Universis, etc., Walterus etc.—Noveritis quod, constitutis personaliter in nostra presencia, in Aula nostra de Peynctone, duodecimo die Octobris, A.D. Millesimo CCC^{mo} nono, Philippo, filio et herede Philippi le Rurde, et Johanne de Byneleghe, Curatore suo, ad hec et ad alia sufficienter deputato, ex parte una, et Magistro Johanne de Cumba, Vicario Ecclesie de

Stokegabriel, Executoris Testamenti Philippi Rurde, patris predicti Philippi defuncti, ex altera ; predictus Philippus, filius et heres, de auctoritate et consensu predicti Curatoris sui, petiit sibi restitui seu liberari quandam Literam Patentem, sigillo bone memorie quondam Domini Thome [Byttone], Dei gracia Exoniensis Episcopi, Predecessoris nostri, ut dicebatur, consignatam, cujus tenor talis est:—Omnibus Sancte Matris Ecclesie filiis ad quos presens Scriptum pervenerit Thomas etc., salutem in Domino.—Noveritis nos concessisse Willelmo de Aleborne unum messuagium et duos ferlingos terre, cum pertinenciis suis, in Aleborne, quam quidem terram Walterus de Aleborne, pater predicti Willelmi, aliquando tenuit ad voluntatem Predecessorum nostrorum ; tenendum et habendum sibi et heredibus suis de nobis et Successoribus nostris, libere, quiete, pacifice, et integre, jure hereditario, imperpetuum ; reddendo inde annuatim predictus Willelmus et heredes sui nobis et Successoribus nostris quatuordecim solidos ad Quatuor Anni Terminos principales, equis porcionibus, pro omni servicio, salvis duabus Sectis Curie nostre de Peynctone per annum, videlicet ad Curiam Sancti Michaelis et ad la Hockeday,[1] et hoc racionabili summonicione. In cujus rei testimonium huic presenti Scripto sigillum nostrum apposuimus ; hiis Testibus : Dominis Andrea de Treloske, Gilberto Filio Stephani, Jacobo de Oxtone, Militibus, Willelmo de Penyles, Willelmo de Comptone, et aliis. Predictus, vero, Executor, desiderium predicti heredis cupiens adimplere, predictam Literam eidem heredi, de auctoritate Curatoris predicti, admittenti, in nostra presencia liberavit. Quibus actis, predictus heres, de auctoritate et consensu predicti Curatoris, predictam Literam, manu sua cancellatam, nobis tanquam vacuam tradidit, et terram de qua in eadem Litera fit mencio, sub certa forma inter nos in scriptis redacta, a nobis recepit ad terminum quinque annorum possidendam ; jurans ad Sacrosancta Dei Ewangelia, coram nobis corporaliter tacta, se contra premissa, vel eorum aliqua, de cetero non venturum. In cujus rei etc.—Datum ut supra ; 44.

Aleborne, William de (son of Walter), *see* Aleborne ; 44.

Alesco, John de, *see* Cornubia, Henry de ; 121.

Aleyn, Richard (of Hatherleigh), *see* Halwill ; 42.

Almanisheghe, William, a parishioner of Culmstock ; 84^{b}.

Alphington [Alfyngtone, MS.],—

Sir Stephen de Brawoda, R. ; Licence to put out his Benefice to farm, for four years, to Robert, Abbot of Tavistock (23 March, 1311-12) ; 69^{b}.

Alfingtone, Robert de, *see* Exeter, St. Mary-Major ; 113^{b}.

Alre, Henry (son of Walter) de ; *Carta* :—

Sciant presentes et futuri quod nos, Walterus, permissione Divina Exoniensis Episcopus, assensu et consensu Decani et Capituli Ecclesie nostre predicte, dedimus et concessimus Henrico de Alre, filio Walteri de Alre, unam arream nostram que jacet in inferiore parte vie que dicitur Prustestrete,[2] inter tenementum Hugonis de Coleforde, ex parte Orientali, et viam que ducit a Porta Occidentali usque ad Combestrete, ex parte Occidentali, et inter tenementum ipsius Hugonis, ex parte Australi, et viam que dicitur Prustestrete, ex parte Boriali ; habendum et tenendum totam predictam arream eidem Henrico, heredibus et assignatis suis, de nobis et Successoribus

---

[1] *Hockeday*]. Hock-tide : an annual Festival, which began the fifteenth day after Easter. Money was formerly collected at this Season for the repairs of the Church, etc. Laneham has described the Hock-Tuesday Play, annually acted at Coventry. (*Halliwell's Dictionary*).

[2] Preston Street, Exeter.

nostris, Episcopis Exoniensibus, libere, quiete, bene, et in pace, jure hereditario inperpetuum. Reddendo inde annuatim nobis et Successoribus nostris, Episcopis Exoniensibus, duos solidos annui redditus in Festis Sancti Michaelis et Pasche, et Sectam ad Curiam nostram de feodo Sancti Stephani Exonie, sicut tenentes nostri ibidem faciunt pro omnibus serviciis. Et nos, dictus Episcopus et Successores nostri, Episcopi Exonienses, predicto Henrico, heredibus suis et suis assignatis, totam arream predictam contra omnes mortales warantizare, acquietare, et defendere tenemur inperpetuum.—In cujus rei testimonium sigillum nostrum, una cum sigillo Decani et Capituli, Presentibus apponi fecimus: hiis Testibus,—Philippo Lovecoke, Majore Civitatis Exonie, Martino Coco, Thoma Farchein, Thoma Fourbour,[1] Waltero de Sweyngthille, Senescallo Civitatis predicte, et aliis.—Datum Exonie, Die Dominica in Festo Sancti Andree, Apostoli, Anno Regni Regis Edwardi, Filii Regis Edwardi, quartodecimo; [30 Nov., 1320]; 154.

Alreforde, William de, resigns Winkleigh; 79b: admitted Precentor of Crediton; 154b.—*See* Lympstone; 83b.

Altars; *Licencia Episcopi Londoniensis pro Altaribus dedicandis,*—

Venerabili in Christo Patri, Domino Waltero, Dei gracia Exoniensi Episcopo Stephanus [de Gravesend], Ejusdem permissione Londoniensis Episcopus, salutem, et sincere dileccionis continuum incrementum.—Fusis nobis vestre Paternitatis precibus annuentes ut Altaria, tam mobilia seu viatica, quam fixa in quacumque parte ydonea nostre Civitatis vel Diocesis duxeritis eligendam, quociens et quum videritis expedire, consecrare seu benedicere valeatis, Licenciam vobis in Domino, tenore Presencium, concedimus specialem.—In cujus rei testimonium sigillum nostrum fecimus hiis apponi.—Datum apud Oresethe [Orsett—Essex], ix Kalendas Januarii [24 Dec.], Anno Domini Mo. CCCmo. vicesimo quarto; 183.

Alternon; *Augmentacio Vicarie Ecclesie de Alternon, cum diminucione Pensionis,*—

The Bishop refers to Bishop Bronescombe's Ordinance in the case of this Vicarage (*see* Vol. I., p. 106), dated—"Londoniis, die Sanctorum Nerre et Achillei et Pancracii [12 May]," 1261; and, understanding that the Benefice, though slenderly endowed, was heavily burdened by an annual Pension of *cs.*, payable to the Dean and Chapter, he ordered (the said Dean and Chapter and Sir Ivo, then Vicar, consenting),—"quod dictus Dominus Ivo et successores sui, Vicarii in eadem, inposterum habeant ea que in Ordinacione predicta continentur, una cum tota terra, prato, et turbaria Sanctuarii . . . ., dimidia acra terre de Sanctuario predicto, que continet decem virgatas terre in longitudine et octo in latitudine, pro blado Dominorum Decani et Capituli vel firmarii loci inibi reponendo, dumtaxat excepta; comodo dicte terre—cum ipsi Decanus et Capitulum dicta terra aut firmarius non indiguerint—et usufructu dicto Vicario et suis successoribus remanente." The Pension was reduced to xls.; but the Vicars were to bear all burdens save those which pertained to the Parishioners (26 Aug.,[2] 1320); 150b.

Alternon, Hamund de, collated (*by lapse*) to Tintagel; 162b.

Alwington,—

Reginald Beaupel, deacon, R.,—Dispensation: non-residence till Michaelmas, to study, etc. (3 Jan., 1308-9); 37b.—Master John Pieres (*or* Perys), deacon, R.,

---

[1] Mayor of Exeter in 1341, 1343, 1344, and 1348.

[2] die Martis proxima post Festum Sancti Bartholomei, Apostoli.

—Dispensation: non-residence till Michaelmas, 1325, to study, in Foreign Parts (14 March, 1322-3),—"et dabit, singulis annis, j marcam,=ij marcas;" 174b: renewed, till Michaelmas, 1326 (23 March, 1324-5); 184.

Angers; Abbey of St. Sergius and St. Bacchus, *see* Tywardreath; 54: Totnes Priory (*Inst.*); 171.

Antony, East (*Taxacio Vicarie de Antone—Grandisson*):—

"Videlicet, quod dictus Vicarius (*see* "Inst.") et ejus successores, nomine Vicarie, habeant totum altilagium dicte Ecclesie in omnibus porcionibus; in quo inter cetera comprehendi volumus decimam cujuscumque culture in ortis nunc existentibus, cum vanga[1] excultis et excolendis, excepta decima lane. Habeat, eciam, idem Vicarius quatuor acras terre de Sanctuario ipsius Ecclesie, cum manso extra curiam Rectoris ubi aliquo tempore Presbiter Parochialis morari consuevit; et communem pasturam cum omnibus porcis suis in Glysera,[2] et competenti via ultra Sanctuarium ibidem. Et solvat Procuracionem Archidiaconi, Cathedraticum, et Sinodaticum. Et sustinebit Libros, Vestimenta, et cetera Ornamenta ejusdem Ecclesie, et Cancellum, suis sumptibus, postquam per dictos Religiosos[2] fuerint semel competenter reparata et correcta. Residuum, vero, Sanctuarii, cum majoribus decimis et decima lane, ut premittitur, remaneant eisdem Religiosis inperpetuum; qui sustinebunt omnia onera extraordinaria, imposita et imponenda. Salva dicto Episcopo, et Successoribus suis, potestate dictam Vicariam aumentandi seu minuendi, et predictam Ordinacionem seu Taxacionem mutandi, si viderit aut viderint expedire (14 Sept., 1309); 43b.

Antony, Antony (son of Richard), of Southmolton, inst. to All-Hallows-on-the-Walls, Exeter; 176b, 177.

Apuldram [Appeldream, etc., MS.], the Prebend of in Bosham (q.v. *Inst*).

Aqua, David de, R. of Ashbury; (*Ord.*), 239b, 240b.

Arbloster, Geoffrey le, presents to Bicton; 50b, 52b.

Arbloster, John le, *see* Winkleigh; 41.

Arblester (*or* Arbloster), Martin le, R. of Bicton; 36b, 56: resigns, and is inst. to Lympstone; 50b: resigns Lympstone, and is again inst. to Bicton; 52b: finally resigns Bicton; 127b: (*Ord.*) 225b, 226.

Arbelestere (*or* Arblaster), Ralph *called* le, inst. to Clyst-St. Mary; 70: admitted to Bicton; 127b.

Arblaster, Richard le, presents to Bicton; 127b.

Arcedekne, Sir Thomas, Knt., presents to St. Ruan-Lanyhorne; 150: Sheriff of Cornwall, L 200b.

Arcubus, Pagan (son of Nicholas) de, inst. to St. Vepe; 44b: resigns; 139: is inst. to Washford-Pyne; 140.

---

[1] sarcula; *a hoe* (*D'Arnis*).

[2] *cum omnibus . . Glysera.* These words are somewhat obscure. Mr. B. W. Greenfield refers me to Dugdale, V. 268 (Ed. Bandinel)—"bosco et plano in sabulis et gliseriis, etc., hoc est, si bene conjecto, locum ubi magna erat copia argillæ quam Gallice dicimus *Terre Glaise.*" The MS. has a capital "G."; but I doubt its being the name of a place.

[3] The Abbot and Convent of Tavistock.

Arlington [Alryngtone, MS.],—
Symon [de Shakespere], R.,—Dispensation—non-residence till Michaelmas, to study, etc. (27 Dec. 1308); 37b.

Arlyn, William de, V. of Zennor; 108b.

Armagh, Stephen [Segrave], Abp. of, *see* High Bickington; 184.

Arnyngworthy, Symon de, R. of West Buckland; 34, 57, 75.

Arnulphi, Thomas, inst. to Mamhead; 43b, 79b, 87b, 109b.

Arthur (*or* Artur), Nicholas, of Tintagel, inst. to St. Madron; 45, 48b, 176: exchanges for Netheravon (Dioc. of Salisbury); 180.

Arundelle, Benedict de, R. of St. Mawgan de Lanherne; 45, 57b, 61b, 66b.
—A Commission was directed to the Official of the Archdeacon of Cornwall, 16 March, 1309-10, "ad recipiendum et examinandum, et si necesse fuerit compellendum, testes omnes et singulos, quos Magister Benedictus de Arundelle super Ordinis sui subdiaconatus recepcione coram nobis duxerit producendos"; 49.—*See* St. Breage; 52b.

Arundelle, John (son and heir of John) de, a minor, Patron of St. Columb-major; 59. *See* St. Mawgan-in-Pyder (*Inst.*); 82b, 163b.

Super Warda Corporis,—
—Pateat Universis per Presentes nos Walterum, permissione Divina Exoniensem Episcopum, remisisse et omnino quieta clamasse Domino Thome Lercedeakne, Militi, heredibus et executoribus suis, omnimoda dampna que quoquo modo recuperare poterimus versus eum, racione cujusdam Placiti inter nos et predictum Dominum Thomam moti, coram Dominis Willelmo de Berefforde et Sociis suis, Justiciariis Domini Regis de Banco, super Warda Corporis Johannis, filii et heredis Johannis de Arundelle, de Cornubia, salvis nobis centum libris sterlingorum, quam summam peccunie nobis dictus Thomas coram Dominis Thesaurario et Baronibus de Scaccario Domini Regis in eodem Scaccario se debere recognovit; salvis, eciam, nobis sumptibus nostris et expensis, si quos aut quas de cetero facere nos contingat pro dicto Placito terminando, in quibus salarium narratorum et attornatorum computari non debet, quia inter nos sic convenit.—In cujus rei testimonium Presentibus Literis sigillum nostrum duximus apponendum. —Datum apud Lawittone, in Cornubia, xiiij die mensis Januarii, Anno Regni Regis Edwardi, Filii Regis Edwardi, septimo [1313-14].

—Noverint Universi per Presentes nos, Walterum etc., concessisse et vendidisse Domino Thome Lercedeakne, Militi, Wardam Corporis Johannis, filii et heredis Johannis de Arundelle, pro centum libris sterlingorum, quas nobis recognovit se teneri coram Dominis Willelmo de Bereforde et Sociis suis, Justiciariis Domini Regis de Banco; que, quidem, Warda nobis pertinuit, eo quod dictus Johannes de Arundelle totum Manerium de la Herne [*hodie* Lanhern], cum omnibus pertinenciis suis, de bone memorie Domino Thoma, quondam Exoniensi Episcopo, Predecessore nostro, tenuit per servicium militare. Et nos, vero, dictus Walterus, et Successores nostri Wardam Corporis dicti Johannis, filii et heredis Johannis de Arundelle, predicto Domino Thome le Ercedeakne, heredibus et executoribus suis, contra omnes gentes tenemur warantizare.—In cujus rei testimonium has Literas nostras, sigillo nostro signatas, dicto Domino Thome fieri fecimus Patentes.—Datum apud Westmonasterium, quinto Idus Marcii, Anno Regni Regis Edwardi, Filii Regis Edwardi, octavo [11 March, 1314-15]; 102.

Oblacio in uxorem Johanni de Arundelle,—

MEMORANDUM quod, die Lune proxima ante Festum Beati Michaelis (27 Sept., 1316), Dominus, existens apud Combe Martyn, in Aula Nobilis Viri Domini Willelmi Martyn ibidem, optulit Johannam Kaignes, neptem suam, tunc ibidem presentem, in uxorem Johanni de Arundelle, filio et heredi Johannis de Arundelle defuncti, in sua Custodia existenti et similiter presenti; qui, quidem, Johannes prefatam Johannam, sic sibi oblatam, ut tunc in uxorem admittere recusavit.—Presentibus Nobili Viro, Domino Willelmo Martyn predicto, Ricardo de Stapeldone, Militibus; Domino Johanne Galmatone, Willelmo Russel, capellano, Nicholao de Hele, clericis; Johanne de Baunfelde, Johanne de Ayscheleghe, Johanne Cotes, Johanne de la Pomeray, Johanne Produmme, Willelmo Walle; et aliis, in multitudine copiosa; 115b. —Shortly afterwards, on the 27th November, in the same year, the young man being with the Bishop at Horsley, the matter was taken up again— —"[et] corporale prestitit juramentum quod vellet se maritare, quando et ubi idem Dominus Episcopus duxerit ordinandum; *ita, tamen quod non disparagetur.* The Witnesses on this occasion were Peter de Honetone, Richard de Brayleghe, and William Russel, chaplains; Gilbert de la Thorne and Richard de Twyvertone, clerks; William Hureward, William de la Walle, and others; 116b.

—The Custody of the Manors of Conerton and Drym, and of the Hundred of Penwith, was committed, 7 May, 1318, to Master Richard de Bello Prato [Beaupre], R. of St. Just [-in-Penwith], by the Bishop, "racione minoris etatis Johannis, filii et heredis Johannis de Arundelle, ... cum potestate amovendi et ponendi Ballivos, servientes, et ministros; aliasque tam in Hundredis et Curiis, quam in terris dominicis"; 126b. *See* L 211b.

Arundelle, Nicholas de, inst. to Loddiswell; 121, 143b, 151.

Arundelle, Ralph de, *see* St. Breoke (*Inst.*), 45b: resigns St. Columb-major in exchange for St. Ewe; 59, 59b: is collated to a Prebend in Glasney; 59b.—*See* 143; L 185, 194b: *also*, page 11.

Ashbourne Priory (Sussex), Alice, Prioress of, *see* Thorney; 76.

Ashburton, *Visitation of the Parish-Church of,*—

Tercio die Aprilis, Anno Domini quo supra (1314), Dominus Visitavit Ecclesiam de Ayspertone in qua inveniebantur defectus; videlicet,—Pixis ad Eucaristiam, que lignea est, sine serura, et omnino inhonesta: Parura ad Majus Altare insufficiens: Velum Nupciale deficit: nulla sunt Frontalia ad Altare preterquam ad Majus Altare: Missale corruptum: Gradale, Troparium, Legenda, Temporale, Antiphonale, Psalteria, Capitularia, insufficiencia: Ordinale in parte corrosum: Crismatorium ligneum et sine serura: Fenestre in Cancello lignee,[1] excepta una, que est insufficiens: Cancellus male coopertus: Capa Chori, Tunica, et Dalmatica deficiunt: vitrum deficit in fenestris Navis Ecclesie: Ala Australis Navis Ecclesie male cooperitur: Ala Borealis ejusdem Ecclesie est ruinosa, et de novo construenda. Unde Dominus Episcopus ordinavit quod fiant fenestre sufficientes in Cancello et de petra, et quod una fiat honesta in fronte Cancelli, et quod Altare amoveatur usque ad murum, et fiat Vestiarium in Boreali parte Cancelli; et injunxit quod omnes predicti defectus reparentur, per eos ad quos pertinet correccio, citra Festum Sancti Michaelis proximo futurum, sub pena xx librarum ad Fabricam Ecclesie Exoniensis; excepta Ala Boriali, que ruinosa est; 84b.

---

[1] The windows in the Chancel of a large and important Church, made of wood! An early instance, this, of a style which we are accustomed to connect with the "improvements" of Churchwardens of a more recent date.

Ashburton, Benedict Snel of, clerk (q.v.); 68.

Ashcombe [Assecumbe *and* Ayssecumbe, MS.],—

Ralph de Stokes (*or* Stokys), subdeacon, R.,—Dispensation: non-residence till Michaelmas, 1312, to study, etc. (5 June, 1311); 62b: renewed for two years (27 Sept., 1312); 74: and again, for two years (20 Aug., 1314); 87b.—Stephen Lovecoke, subdeacon, R.,—Dispensation: non-residence for two years, to study, etc. (2 Oct., 1317),—"et dabit ad Fabricam nove Tabule, ex fine, unam marcam"; 122b: (deacon), renewed for one year (24 Sept., 1319),—"et dabit ad Fabricam dimidiam marcam"; 143.

Ashford [Esseforde, MS.],—

Sir Gilbert, V. of,—he was broken down by reason of old age, and at his request the Bishop appointed William, Prior of Pilton—"licet absens"—his coadjutor,—"ita quod . . . eidem Vicario de bonis ejusdem Vicarie omnia necessaria sua, tam in esculentis et poculentis quam indumentis, racionabiliter ministret, Dominoque Episcopo, deductis stipendiis Sacerdotis qui interim eidem Cure deserviat, respondeat super hoc congrue requisitus (13 Nov., 1311); 66.

Aspertone, Robert de, R. of St. Mary-major, Exeter; 113b. *See* Exeter, the Sub-Dean (*Annexio Pensionis*); 168b.

Ashprington [Aspringtone, MS.],—

The Custody of Sir Nicholas, R. of this Parish, and of the Church thereof, was committed to Sir Walter [Daumarle], Vicar of Totnes as coadjutor, 5 Feb., 1308-9,—"propter ipsius manifestum defectum literature et discrecionis, insufficientem invenimus ad regimen cure Ecclesie"; 38.

Remissio Calculacionis,—

The Bishop writes to Sir Walter Daumarle, Rector, as follows,—"Cum nos, nuper—Domino Nicholao, proximo precessore tuo in eadem Ecclesia[1] . . . propter ipsius impotenciam [insufficiente] ad regendum curam dicte Ecclesie—te tam in persona, quam in rebus que ad eandem Ecclesiam pertinebant, eidem deputavimus coadjutorem, ita quod nobis super hoc racionem redderes cum fueris requisitus, ac tu postea circa personam prefati Nicholai et administracionem rerum predictarum fideliter pertractandam prohibearis, ex fidedignorum testimonio, diligens studium impendisse; nosque de tua fidelitate plenam in Domino fiduciam optinentes, et tuam in hac parte diligenciam, de qua nobis satis constat, plurimum commendantes, necessitatem raciociniorum reddendorum de custodia et administracione tua predicta tibi, tenore Presencium, remittimus, et te ab onere calculandi in premissis absolvimus pro temporibus secuturis.—Datum apud Peynctone (5 March, 1311-12); 69.

Ashreigney [Rynggesasche *and* Esse Reigni, MS.],—

Sir Fubert, R.,—Dispensation ("precibus Nobilis Viri, Domini Radulphi de Mehermer"): non-residence for three years, to study Theology or Canon-Law (24 July, 1308); 34b (*see* "Inst.")—Robert (*sic*) de Dovre, priest, R.,—Licence of non-residence for two years, to study, etc. (6 April, 1312); 71: also, to put out his Benefice to farm, to Master Robert Fromounde, for the same period; "et dabit idem Magister Robertus, pro eodem termino, ad Fabricam Ecclesie Exoniensis j marcam" (1 Aug., 1312); 72b. Renewed,[2] for two years—"ad instanciam Domini Radulphi de Monte Hermeri (10 Oct., 1315); 110:

---

[1] "de Asprintone": this must refer, therefore, to a date previous to 26 Feb., 1310-11, on which day the said Nicholas [de Mothaye] exchanged Ashprington with Walter Daumarle for Totnes (*see* "Inst.")—He was old and infirm, and very soon after his Institution to Totnes requested the Bishop to allow the Prior of Totnes to serve as his coadjutor, viz. 30 Oct. 1311 (*see* Totnes); 65b.

[2] Fobertus de Doveri, MS.

renewed [Fobertus, MS.] till Michaelmas, 1321, to study, etc., and to put out his Benefice to farm, to Sir Richard, R. of Were [Giffard] (7 Dec., 1319),—"et dabit uterque xx solidos"; 145b.

—Richard de Schillonde, priest, was licensed to farm this Benefice till Michaelmas; "et dabit ad Fabricam Ecclesie Sancti Petri Exoniensis dimidiam marcam" (5 May, 1310); 50.

Ashton [Aysscherstone, MS.],—

John Fitz-Hugh, acolite, R.,—Dispensation: non-residence for a year, to study, etc. (29 Sept., 1317); 122: renewed for a year from Michaelmas next (5 May, 1318); 126b: and again (subdeacon) for a year (11 Sept., 1319); 142b: also, for another year (2 Nov., 1320); 154: and again, from 4 Jan., 1321-2, till the Feast of St. Peter-ad-Vincula (1 Aug., 1322); 163b.

Ashwater [Esse Water, MS.],—

William de Westbury, R.,—Dispensation: non-residence, on the Petition of the D. and C. of Wells, "ut usque ad Festum Sancti Michaelis . . . . ministeriis intendere valeret eorundem (17 April, 1309); 40b.

Asshfordeby, Wm. de, inst. to the Chantry of Brightleigh; 39b.

Asheleghe, Robert de; L 190b.

Asshele, Symon, de, R. of Kingsnympton; 41, (*Ord.*) 220b, 222

Assizes (Lent), in Devon and Cornwall,—

Walterus, etc., Venerabilibus et Discretis Viris, Dominis Johanni de Foxle et Sociis suis, ad Assisas in Comitatibus Devonie et Cornubie, nostre Diocesis, capiendas per Dominum nostrum Regem Justiciariis assignatis, salutem et benediccionem Dextere Salvatoris.—Audito et intellecto quod ad Assisas capiendas, et ad exequendum ulterius, in Comitatibus predictis, Officium vobis in hac parte commissum, certos dies et loca in instanti Tempore Quadragesimali proximo secuturo in eisdem Comitatibus assignastis, seu assignabitis forsitan in futurum, ne in adventu vestro ad partes easdem, pro defectu juramentorum prestandorum tunc ibidem, ipsis diebus et locis, presertim dicto Quadragesimali Tempore, vos frustrari contingat, vestris in hac parte precibus annuentes, omnibus Subditis nostris dictorum Comitatuum, per quos Inquisiciones in eisdem Comitatibus, dictis diebus et locis, ad veritatem, quatenus fieri poterit, clarius eliciendam, coram vobis capi contigerit, jurandi cum id per vos, pro hujusmodi Inquisicionibus et veritatibus eliciendis, exactum fuerit ab eisdem, dicto Quadragesimali Tempore non obstante, citra, tamen, primam Dominicam in Passione Domini ejusdem Quadragesime, tenore Presencium, hac vice, Licenciam de nostra concedimus gracia speciali; hujusmodi juramenti prestacione post dictam Dominicam in Passione eisdem Subditis nostris, occasione premissa, omnibus et singulis manente penitus interdicta.—Datum apud Farendone, xij die mensis Januarii, Anno Domini Mo. CCCmo. sextodecimo (1316-17); 116b.—A like Licence was granted to Sir John Foxle, and his Colleagues, 14 Feb., 1320-1; 155b: "et fundatur hec Litera super Canone xxij, i.v. Decrevit" (*margin*). It was not issued, however, till 21 Feb., and then in an abbreviated form—("ista emanavit, et non alia supra in tercio folio, quia nimis diffusa, et ista brevis"; 157.

Astone, Ivo de, inst. to Alternon; 145, 150b.

Atherington [Adringtone, MS.]; Walter de Wylyngtone, R.,—

Dispensation as in the case of Rob. de Wylyngtone, *see* High Bickington; 36. —Reginald de Wylyngtone, subdeacon, R.—Dispensation: non-residence till Michaelmas, 1310, to study, etc. (21 Oct., 1309); 44b: renewed till Michaelmas, 1312, from 1 Nov., 1311; 65.

atte Brugge, Robert, *see* Consistory Court; 172[b].

atte Brigge, William, Proctor for Nicholas de Wedergrave; 155.

attehayesende, Walter; L 190[b].

atte Heghen, William, collated to Clyst-Fomison; 167[b].

atte Hoke, William, junior, *see* Bosham; 15[b].

atte Merche, William; (*Ord. Pris.*) 222[b].

atte Mulle, John, inst. to Burlescombe; 181, 182.

atteputte, Robert, inst. to Iddesleigh; 55.

ate (*sic*) Soler, Henry; 117[b]. *See* Soler, Henry de la.

atte Stone, William, inst. to Satterleigh; 151[b], (*Ord.*) 243.

atteward, Robert; L 190[b].

ate (*sic*) Watere, William, *see* "Dedications"—Membury; 113.

atte Weye (called, also, "de la Weye,"—q.v.), William, R. of East Anstey; (*Ord.*) 239, 239[b], 240[b].

Aucher, Margaret, Abbess-Elect of Canonsleigh; her Benediction and Induction; 150[b].

Audele, Roger de, inst. to St. Stephens-by-Saltash; 116[b], 159.

Augeri, Willelmus filius, *see* Bosham; 15[b].

Aunsel (*or* Aunselm), David, *see* East Buckland (*Inst.*); 85, 100, 114, 140, 144[b], 158: inst. to Redruth; 157[b].—*See* Vol. I., page 450.

Austyn, Wm., presents to St. Pancras, Exeter; 181.

Aveles, Stephen de, inst. to Cheldon; 84[b].

Avenel, Dyonisius, Precentor of Llandaff, *see* St. Columb-major (*Inst.*); 59.

Aveton-Giffard,—

Thomas Hereward, R.,—Dispensation: non-residence for three[1] years, to study etc. (6 Oct., 1310); 56[b].

Axminster, Benediction of Robert, Abbot of Newenham in the Parish Church of; 101.

—*Visitacio facta in Ecclesia de Axeminstre, die Mercurii proxima post Festum Beate Marie Magdalene* [23 July], *per Dominum Walterum, Exoniensem Episcopum, personaliter tunc presentem*, Anno &c. cccxv,—

---

[1] "Dominus Episcopus prorogavit Dispensacionem . . . usque ad completum septennium (6 Aug., 1312); 73.

Ciphus stagneus pro infirmis deficit.
Rochetum et Velum Quadragesimale insufficiencia.
Unum Gradale de Usu Sarum tantum ; alia Gradalia non sunt de Usu.
Legenda Sanctorum insufficiens.
Unum Antiphonarium de Usu Sarum tantum, et id totaliter insufficiens.
Unum Ordinale insufficiens.
Pixis argentea ad Eukaristiam nimis stricta.
Crismatorium et omnes phiole insufficientes.
Hercia ad Tenebras et Candelabrum Paschale deficiunt.
Imago Beati Johannis Baptiste, in cujus nomine est Ecclesia, deficit.
Celatura super Majus Altare deficit.
Vestiarium male coopertum.
Unde preceptum fuit per dictum Episcopum omnibus quorum interest, vel interesse poterit, defectus predictos reparare, quod eosdem reparent et corrigere faciant citra Festum Natalis Domini proximo futurum, sub pena xl librarum ; 28[b] [Written on a blank space at the end of the Visitation of Bosham, bound up with the Register].

} Hec sunt que tunc inveniebantur corrigenda, preter correcciones que in Registro alio inseruntur.

—*Breve erroneum de Attachiamento pro Ecclesia de Axeminstre*[1] :—

---

[1] Mr. Greenfield has sent me the following Extracts (belonging to an earlier period) from Prynne's *Antient Records*, Tome iii, p. 782 :—

"The Bishop of Exeter, endeavouring to divide the Church of *Axeminster* in his Diocese, belonging to two Prebendaries in the Cathedral of *Yorke*, judicially recovered by the Prebends, in the King's Court, and to sever it from the Prebendaries, to the prejudice of the King's Crown, dignity, and disinherison ; the King thereupon issued this Prohibition to him, not to attempt anything, or to proceed therein."

Claus. 26 E. I. m. 10, *dorso*. Pro Magistro Johanne de Craucumb & Willielmo de Hamelton (1298.) } Rex Venerabili in Christo Patri T[home de Byttone] eadem gracia Episcopo Exoniensi, salutem. — Licet dilecti clerici nostri, Magister *Johannes de Crauecumb* & *Willelmus de Hamelton*, Canonici Ecclesie Eboracensis & Prebendarii de Grendale et de Warthill, Ecclesiam de Axeminstre, vestre Diocesis, cum suis pertinenciis, in Curia nostra dudum recuperaverint tanquam predictis Prebendis suis annexam, et ipsam cum dictis pertinenciis, ut membrum earundem Prebendarum suarum, integraliter teneant pacifice & quiete ; vos, sicut datum est nobis intelligi, de predicta Ecclesia nitimini facere seccionem, et eam a juribus et libertatibus quibus gaudent prefate Prebende dividere, statumque ipsius mutare, quod si fieret in nostri prejudicium et exheredacionem cederet manifeste ; nos, igitur, hujusmodi dispendiis obviare volentes, vobis mandamus firmiter inhibentes, ne aliquid, in hac parte, quod in enervacionem juris nostri Regii, et diminucionem dignitatis et Corone nostre cedere valeat attemptantes, seu facientes aliqualiter attemptari, ad premissa procedere, seu quicquam novi statuere super illis aut eciam ordinare nullatenus presumatis, ne si aliter attemptetur remedium aliquod quod conveniens fuerit super hoc apponere compellamur. Teste, &c.

[The attestation is incomplete: but Mr. Baigent tells me that the Roll shews that the Date is between 4 and 8 June].

"Hereupon the Archdeacon of Exon (most likely by the Bishop's encouragement and direction) upon false surmises excommunicated John de Craucumb and William de Hamilton, to whose Prebends the Church of Axeminster was annexed, who had

Rex Vicecomiti Devonie salutem.—Pone per vadium et salvos plegios Walterum, Episcopum Exoniensem, Magistrum Ricardum de Coletone, Ricardum de Braileye, et Magistrum Ricardum de Wideslade, Commissarios ipsius Episcopi, quod sint coram nobis a die Sancti Michaelis in xv dies, ubicumque tunc fuerimus in Anglia, ostensuros quare, cum Ecclesia de Axeminstre ex donacione et concessione quorundam Progenitorum nostrorum, quondam Regum Anglie, Ecclesie Beati Petri Eboracensis antiquitus fuerit Prebendalis, Prebendis de Warthille et Grendale in eadem Ecclesia Eboracensi annexa, et ab omni Jurisdiccione Ordinaria, sicut cetere Prebende prefate Ecclesie Eboracensis, libera et immunis, predicti—Episcopus, Ricardus, Ricardus, et Ricardus, Johannem de Merkingfelde, Prebendarium dicte Prebende de Warthille, et Magistrum Petrum de Dene, Prebendarium dicte Prebende de Grendale, ad ostendendum coram ipsis Titulos quos habent in ipsa Ecclesia de Axeminstre Prebendali, et alia que a Rectoribus Ecclesiarum Curatarum requiruntur, ac si ipsa Ecclesia de Axeminstre prefato Episcopo sicut Ordinario Loci subjecta esset, cum non sit, in prefata Ecclesia de Axeminstre citari, et pro eo quod coram eis non venerunt ad Citacionem illam, prout nec debuerunt, fructus dicte Ecclesie de Axeminstre sequestrari fecerunt, Jurisdiccionem Ordinariam in eadem Ecclesia de Axeminstre exercendo, et alia gravamina eis multipliciter

---

recovered it in the King's Court, and interdicted the Church and their Prebendaries, whiles they were imployed by the King in his service, to his and their notable prejudice, dishonour, grievance and contempt: whereof the King being deeply sensible, issued this memorable Writ to the Sheriff of Devon, to summon the Archdeacon to appear before him to answer this high contempt and injury both to himself and his Clerkes."

Claus. 26 E. I. m. 7, *dorso*. De ponendo Magistrum Bartholomeum de Scō Laurencio per vadium et salvos plegios. (A°1298).

"Rex Vicecomiti Devonie [Simoni de Bradenham] salutem.—Ex fidedignorum relatu didicimus quod, licet dilecti & secretarii clerici nostri Magister Johannes de Craucumbe & Willielmus de Hameltone, Ecclesiam de Axeminstre, cum suis pertinenciis, Prebendis quas habent in Ecclesia Eboracensi annexam, quam, ut membrum earundem Prebendarum recuperaverunt in Curia nostra, huc usque tenuerint pacifice et quiete, Magister, tamen, Bartholomeus de Sancto Laurencio, Archidiaconus Exonie, racione ipsius Ecclesie adversus eos occasionem querens pro libito et confingens, et personarum et temporis qualitatem non pensans, nec ad statum honoris Regii animum habens benivolum, in eosdem clericos nostros, nostris insistentes obsequiis et circa ea assidue intendentes, Excommunicationis Sentenciam autoritate propria, non sine gravi injuria promulgavit, et, ut eadem injuria posset gravior reputari, dictam facit Sentenciam publicari et eos excommunicatos publice nunciari, ac predictam Ecclesiam ex prefatis eorum Prebendis, sicut premittitur, dependentem, Ecclesiastico supposuit Interdicto, in ipsorum clericorum nostrorum non modicum prejudicium et gravamen et nostram offensam notabiliter et contemptum; quod tanto molestius ferimus, quanto majorem in nostris ex talibus processibus offensam incurrimus, quantoque specialius ipsorum injurie nos contingunt. Cum, igitur, non sit verisimile nec credamus illam culpam ex parte ipsorum processisse, cujus pretextu contra eos talia debuerat attemptasse, nec tolerare nos convenit tantum excessum, tantumque eorundem clericorum nostrorum opprobrium cujus fieri nequivimus expertes; tibi precipimus quod ponas per vadium et salvos plegios prefatum Bartholomeum quod sit coram nobis a die Sancti Michaelis in xv dies, ubicunque tunc fuerimus in Anglia, ad respondendum nobis de memoratis excessibus, gravaminibus, et injuriis, sic prefatis clericis nostris per ipsum illatis, et eciam de contemptu. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc Breve.—Teste Rege apud Loweder ix° die Julii [1298].

inferendo, in donacionis, concessionis, ac annexionis predictarum quas manutenere tenemur derogacionem, necnon libertatis et immunitatis prefate Ecclesie Eboracensis et Prebendarum predictarum enervacionem nostri-que que contemptum, et contra prohibicicnem nostram. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc Breve. Teste meipso apud Fulmere, xviij die Augusti, Anno Regni nostri quarto decimo [1320]; 153b.

Unfortunately the "certe cause" are not stated; but the above Writ was speedily revoked, as appears by the following—

Breve Revocatorium Brevis precedentis :—

Rex dilectis et fidelibus suis Henry Lescrope et Sociis suis, Justiciariis ad Placita coram nobis tenenda assignatis, salutem.—Quia intelleximus quod quoddam Breve nostrum de Attachiamento versus Venerabilem Patrem, Walterum, Episcopum Exoniensem, Magistrum Ricardum etc. (*ut supra*), Commissarios ipsius Episcopi, nostro nomine impetratum, pendet coram vobis placitandum, de eo quod ipsi ostendant quare cum Ecclesia de Axeminstre ex donacione etc. (*ut supra*)—nos, certis de causis, vobis mandamus quod execucioni Brevis illius coram vobis ulterius faciende omnino supersedeatis.—Teste meipso, apud Wesmonasterium, xxviij die Octobris, Anno Regni nostri quartodecimo [1320]; 154.

Axminstre, Luke de, inst. to Littleham V.; 105.

Axmouth [Axemuthe, MS.], *see* Rousdon (*Inst.*); 38b.

Axemuthe, John de, clerk,—*Dispensacio super defectu Natalium* ("de *presbitero* genitus et soluta"), 8 May, 1310; 50b.

Aylesbeare, John de, resigns Sheldon and is collated to Farringdon (by Exchange); 131.

Aylesburi, Walter de, an Executor of the Will of Edmund, Earl of Cornwall; L 187.

Ayscheleghe, John de, *see* Arundelle, John de; 115b.

Aysedeswille, Reginald de, *see* Exeter, Dean of; 40.

Ayswylle, Robert de, inst. to Loxhore; 70, 78, 111b.

B.

Baccote, Thomas de, collated (*by lapse*) to the Perpetual-Chantry in the Church of Heanton-Punchardon; 149b.

Bacoun, Edmund; L 195.

Bagestone, Thomas; L 189b.

Baghel, Richard, R. of Highampton; (*Ord.*) 218, 220b, 221b.

Balaeto, Wm. de, Papal Nuncio, etc., *see* Peter's Pence; 118.

Banstede (*or* Benstede), Sir John de, presents to a Mediety of Ermington R.; 34b: to St. Mary's Chantry in the Cemetery of Ermington; 142b.—*See* page 11: also, L 194b.

Banyard, Robert; L 207b.

Barbe, Nicholas, *called* la, inst. Prior of Modbury; 160b.

Baret, William; (*Ord.—Pris.*); 222b.

Bardolby, Robert de, R. of Bridford (resigned); 63[b]

Barentyn, Richard de, *see* Bosham; 15[b].

Barking Abbey, *see* Exeter, Holy Trinity R.; 40[b].

Barnstaple, Dedication of the Parish-Church (*see* "Dedications"); 129.

The Vicarage,—*Taxacio Vicarie Barum (Grandisson)*:—

"Consensu Prioris Barum et commonachorum suorum, quibus dicta Ecclesia appropriata existit, et Domini Philippi, tunc Vicarii in eadem, sub hac forma, videlicet, quod idem Vicarius et successores sui . . . habeant et percipiant, nomine Vicarie sue, totum altilagium et minores decimas, una cum feno tocius Parochie . . . . exceptis minoribus decimis provenientibus de animalibus dictorum Religiosorum, et animalibus aliorum que in Dominico ipsorum Religiosorum pascunt et cubant, ac eciam decimis molendinorum suorum que obtinent in presenti. Facient, eciam, predicti Religiosi construere, suis sumptibus, Domos competentes, super solo suo proprio et in loco competenti, pro Vicario, ad inhabitandum, citra unum annum a Festo Sancti Michaelis proximo secuturum, sub pena decem librarum, in Fabricam Ecclesie nostre Exoniensis pro nostra et Successorum nostrorum disposicione convertendarum. Quas, quidem, Domos ex tunc, Libros, et Vestimenta, et cetera Ornamenta ipsius Ecclesie ad Rectoriam spectancia, necnon vitrum fenestrarum Cancelli ipsius Ecclesie, postquam omnia predicta semel per predictos Religiosos sufficienter reparata fuerint et correcta, dictus Vicarius et sui successores Vicarii dumtaxat suis sumptibus sustinebunt. Solvent, eciam, idem Vicarius et sui successores Vicarii Procuracionem Archidiaconi Loci, Cathedraticum, et Synodaticum; alia, vero, onera dicti Cancelli et extraordinaria ipsius Ecclesie imposita et imponenda ad Religiosos pertineant supradictos; et solvent nichilominus . . . . . eisdem Religiosis, singulis annis, in Quatuor Festis Anni Principalibus . . . in Ecclesia Conventuali Barumensi, centum solidos annue Pensionis, equis porcionibus: in cujus solucione, si infra quindecim dies a tempore aliquorum predictorum Terminorum defecerit facienda, volumus et ordinamus quod . . . . eo ipso dicta Vicaria, absque alio processu super hoc faciendo, sint privati; et extunc liceat eisdem Religiosis Personam ydoneam ad dictam Vicariam, ut ad vacantem, libere presentare. Salva nobis, etc. (3 Nov., 1311); 66[b].

The Priory,—

—It had been reported to the Bishop that John, the Prior, was wasteful and extravagant, and ought to be suspended; and a Commission issued 25 Sept., 1323, directed to Thomas de Stapeldone, Canon of Exeter, and Henry Bloyou, Rector of "Larihorn" [*St. Ruan-Lanyhorne*], to make Inquisition as to the charge, and to suspend the Prior if the report turned out to be true; 177.—The Prior and Convent were Patrons of Barnstaple Vicarage; 62[b].

Barri, Richard, inst. to Boconnoc; 130[b], 139[b]: resigns; 150: collated to South Buckland (*Buckland-Filleigh*); 183[b].

Barri, Robert, co-patron of the Perpetual Chantry of Little Yarnscombe; 54, 145. *See* Otterton Priory; 114.

Basset, Reginald, John, and Gilbert, *see* Comptone, William; 60[b].

Basset, Richard (deceased), *see* Redruth (*Inst.*); 112[b].

Basset, William, *see* St. Illogan (*Inst.*); 31.

Basset, William, presents to Redruth; 184.

Bath and Wells, John [de Drokenesford], Bishop of; *see* Bosham (*Inst.*), 167; also, 183b.

Bath, the Prior and Convent of, Patrons of Uffculme; 166b, 182b.

Bathone, Master Nicholas de, and William de Hentone, clerks, appointed Proctors for the Bishop in the Court of Canterbury (13 June, 1319); 141b.

Bathone, Philip de, proxy for William de Clopcote; 166b.

Bathone, Roger de, proxy for Thomas de Plympstoke; 145.

Battecombe, John de, *see* Thorverton; 73b.

Battle Abbey, *see* Exeter, St. Nicholas Priory (*Inst.*); 128b, 147.

Bauceyn, Wm., collated to a Prebend in St. Crantock; 127b. He was still Canon of St. Crantock, and, also, R. of Lansallos at the time of his death; 148, 150.

Bauudon, Robert, *see* Ros, Saer de; 38b.

Baunfelde, John de, *see* Arundelle, John de; 115b.

Beaford [Beauforde, MS.],—
Henry de Herpathe (*alias* "de Gatepathe"), subdeacon, R.,—Dispensation: non-residence for two years, to study etc. (11 May, 1310); 51: priest; Licence of non-residence, to study Sacred Theology or Canon Law (6 Jan., 1311-12); 67: renewed, for a year (3 Oct., 1313); 79b.

Bealde [*also*, Belde *and* Bealle), Simon, collated (*by lapse*) to Manaton; 125, (*Ord.*) 239, 239b, 240b, 241.

Beamond, Sir John de, Knt., presents to the Perpetual Chantry of Heanton; 184.

Beamound, Peter; (*Ord.—Pris.*) 222b, 228.

Beaucombe, John de; L 197.

Beaulieu Abbey; Patrons of St. Keverne; 110b.—*See* Hyde Abbey; 89.

Beaupel, Reginald, R. of Alwington, 37b; (*Ord.*) 218.

Beaworthy [Beworthi, MS.],—
John Luveriche, subdeacon, R.,—Dispensation: non-residence for a year, to study, etc. (8 Dec., 1323); 177b: deacon; renewed for *three* years (1 Feb., 1324-5); 183.

Bectre, Jacob de, Merchant of Lucca; L 187, etc.

Beek, Maynettus, citizen of London; L 193b, etc.

Behethland, *see* St. Budock.

Bel, John, inst. to Butterleigh; 82b.

Belleworthi, Ralph de; L 190b.

Bello Alneto (*also* Dalbenney), William de, Prebendary of Chulmleigh; 115, 123b, (*Ord.*) 223b. *See* Tiverton, 54b: Chulmleigh; 56.

Bello Campo [Beauchamp], John de ; L 192[b].

Bello Monte [Beaumont] Sir John de, Knt., presents to Heanton-Punchardon ; 148 : to Landcross ; 184.

Bello Monte, Philip de (deceased), son and heir of Richard ; 59[b].

Bello Prato [Beaupre] Baldwin de, R. of St. Ladock ; 37 : inst. to Poundstock ; 157[b] : L 214.

Bello Prato, Isabella de, relict of Stephen (page 4) : presents to St. Ladock (q.v., 43, 71), 169[b].

Bello Prato, Richard de, admitted to St. Ladock, 39 ; resigns ; 127. He was R. of St. Just-in-Penwith, *see* St. Ladock (Gen. Index) ; 43, 46, 82[b] ; *also*, Arundelle, John, 126[b] ; proxy for Adam Mirimouthe ; 86[b] : collated (*by lapse*) to a Prebend in St. Buryan ; 128[b], 162 : to a Prebend in Glasney ; 130, 155.

Beaupre, Richard, *see* Tavistock Abbey ; 113[b] : *also*, L 207.

Bello Prato, Sir Stephen de, Knt., presents to St. Ladock ; 39.

Benalvaylonde, in the Parish of St. German's ; 109[b].

Bendyn, Sir Robert, Knt., presents to Pillaton ; 114[b]. *See* L 200.

Benefices, Presentations to (*absente Episcopo*),—

"Commissio ad rescribendum ad quascumque Presentaciones . . . quousque Dominus ab itinere tunc versus Regem arrepto ad propriam Diocesim remeaverit,"—directed to Master Richard de Coletone, Official-Principal (30 Oct., 1317) ; 123[b]. *See*, also, fol. 101, 119.

—Vacant Benefices ; *Deputacio Yconomi super Beneficiis vacantibus per Constitucionem Johannis Pape XXII*[1] :—

Master Henry de Stouforde, Official-Peculiar, was appointed, 26 Feb., 1317-18 ; 125[b].

—Collations to Benefices, etc. (*absente Episcopo*),—

Committed to Sir Thomas de Stapeldone, Canon of Exeter, 2 Jan., 1318-19 ; 139[b].

---

[1] "contra Personas Ecclesiasticas Seculares plura curata Ecclesiastica Beneficia optinentes." — The Benefices affected are set forth in the Schedule thus,—"Dimissio Ecclesie de *Exemynstre* per Dominum Thomam de Stapeldone, qui ipsius Ecclesie Rector erat, vj die mensis Februarii, Londoniis, per Dominum Petrum de Honetone, ipsius Domini Thome Procuratorem ad hoc specialiter constitutum. Dimissio Ecclesie de *Atheryngtone* per Dominum Reginaldum de Wilyntone, qui ipsius Ecclesie Rector erat ; apud Waleworthe, juxta Londonias, xvij die mensis Februarii, per quendam Petrum, Capellanum, de Uptone, asserentem se Procuratorem prefati Domini Reginaldi ad hoc specialiter constitutum. Dimissio Ecclesie *Sancte Ladoce* per Dominum Ricardum Beaupre personaliter [ibidem], xvj die mensis Februarii. Dimissio Porcionis in Ecclesia de *Tuvertone*, per Magistrum Thomam de Teffonte, personaliter [ibidem], xvj die Februarii. Dimissio Ecclesiarum de *Stoke in Tynhide* et de *Alfyngtone* per Dominum Stephanum de Brawode, personaliter [ibidem], quinto die mensis Februarii (1317-18).

—Commission directed to Walter de Setone, Official-Principal, empowering him to deal with all Resignations, Presentations etc. (*absente Episcopo*), 19 March, 1322-3; 175. Also, in conjunction with Canon Thomas de Stapeldone, to confer on any fit Clerk the Canonry and Prebend which should next become vacant (20 March, 1322-3); *ibid.*

Benefeld, William de, collated to Lezant; 33, 37b, 44; (*Ord.*) 223, 227b (Benetfeld): inst. to Camborne; 69b.

Benet, Master Michael, clerk,—

Commission directed (4 Feb., 1314-15), to Precentor Germeyn and Richard de Coletone, Official-Principal, conferring upon them full powers to act on the Bishop's behalf—"in Negocio Provisorio Magistri Michaelis Benet . . . . de Beneficio Ecclesiastico secundum sue probitatis merita, cum cura vel sine cura, spectante . . . . ad Collacionem seu Presentacionem Abbatis et Conventus Tavistochie[1] . . . . nobis a Sede Apostolica commisso"; 101b. He was R. of Denbury; 106, 112, 119b, 161.—*See* Rome, Court of.

Benteleghe, Elizabeth, wife of Andrew de; L 186b, etc.

Berd, Gilbert, chaplain, of Saltash; L 213.

Berd, John, L 203.

Bere, David de, Patron of Littleham (R.); 52b.

Bere, John de, inst. to Jacobstowe (Devon); 174, 176b, 181b.—*See* L 196b.

Bere, Nicholas de, presents to Jacobstowe (Devon); 41b, 174.

Beare, Peter de, *see* Consistory Court; 172b: L 192b.

Beare, Richard de la, "Annuellarius de Womberleghe" (*see* "Confessions"); 48.

Bere-Ferrers [Bir, MS.], Reginald Pypard, acolite, R.,—

Dispensation: non-residence for two years, to study, etc. (24 Sept., 1318): he was to take sub-deacon's Orders within the year,—"et dabit ad Fabricam xx solidos; 130: (priest), renewed, for a year (12 Sept., 1320); 151b.

Bereford,[2] Sir William de, "Justiciarius Domini Regis,"—

The Bishop grants him a Pension of xls. *per annum*, in the same terms as to Sir Hervey Stauntone (q.v.); 40.—*See* Arundelle, John de; 102.

Berewyke, John de, Canon of Exeter, 31b; deceased; 71b, 72b.

Berkamstede, Robert de, R. of Calstock (*Ord.*), 218.

Berham,[3] Master Michael de,—

The Bishop granted him (17 July, 1309), an annual Pension "de Camera," payable at Michaelmas for life, until he should be provided with a Prebendal Benefice [cancelled—"va . . . cat"], 42b. Afterwards, the Bishop granted to Master Michael, "Professor of Civil Law," an annual Pension of

---

[1] See Vol. I. (Bronescombe), ANTONY (*Inst.*)

[2] He was one of the Puisne Justices of the Common Pleas in 1294, and Chief Justice in 1309.

[3] Anno Domini M° CCC^mo viij°.—Eodem anno contulit [Archiepiscopus] . . . graciam Domini Walteri de Stapeltone, Episcopi Exoniensis, Magistro Michaeli de Bereham, Cancellario suo" (*Regist. Winchelesey*, fol. 47).—F. J. B.

six marks, "de camera," till he could provide him with a Prebendal Benefice (13 Feb., 1309-10); 47b: collated to the Prebend of "Alre," in Crediton; 60, 61b: deceased; 152.

Berlinch Priory [Berlich, MS.], Patrons of Mariansleigh; 72b.

Fr. Humphrey, Prior of, appears before the Bishop, at Exeter, and obtains the Churches of Morebath and Mariansleigh "in proprios usus" (20 Sept., 1321); 160b.

Berneville, John, of Moreton Hampstead; L 188b.

Berry Narbor,—

Confessio et Condempnacio Ricardi de Chuddeleghe:—

MEMORANDUM quod xij die mensis Augusti, Anno supradicto [1317], apud Nymetone Episcopi, comparuerunt coram Venerabili Patre, Domino Waltero, Dei gracia Exoniensi Episcopo, ibidem personaliter tunc presente, Magister Ricardus de Chuddeleghe possessioni Ecclesie de Biri Nerberd, Exoniensis Diocesis, de facto incumbens, ex parte una, et Dominus Ricardus de Braileghe, clericus, et familiaris dicti Patris, ex altera; qui, quidem, Magister Ricardus, bona fide et absque difficultate qualibet, solvere promisit prefato Domino Ricardo, juramento corporali ipsius Magistri Ricardi, tactis Sacrosanctis Evangeliis, interveniente, pro fructibus et obvencionibus predicte Ecclesie de Biri, singulis annis, in Festis Natalis Domini et Pasche, equis porcionibus, quamdiu eosdem fructus et obvenciones sub Sequestro dicti Patris esse contigerit, decem libras sterlingorum; volens idem Magister ac expresse consenciens, et petens a predicto Patre, renunciando quoad hoc excepcioni temporis messium, ipsum dicto Domino Ricardo per eundem Patrem in predicta pecunie summa, et solucione ejusdem Terminis antedictis, sentencialiter condempnari. Unde idem Pater, audita hujusmodi confessione, et peticioni tam unius quam alterius Partis annuens in premissis, predictum Magistrum Ricardum ad observacionem premissorum sentencialiter condempnavit. Promisit, eciam, idem Magister Ricardus, bona fide, coram dicto Patre, quod prefatam Ecclesiam contra et erga quoscumque, propriis suis sumptibus et periculo, defenderet temporibus secuturis; ad cujus promissionis condempnacionem extitit similiter condempnatus. Presentibus in premissis Domino Thoma de Stapeldone, Magistro Nicholao de Hele, et Ricardo de Tuvertone, clerico, Testibus; necnon Patre et antedictis Partibus; 120b.

—John le Knyghte, deacon, R.,—Dispensation: non-residence for two years, to study, etc. (20 Sept., 1321); 161: (priest), Licence of non-residence for a year, to study, etc. (24 Nov., 1324); 182b.

Bertelot, Nicholas, imprisoned for sacrilege (*Ord.—Pris.*); 222b.

Berwe, Richard de, inst. to St. James's, Exeter; 70.

Berwick-on-Tweed, *see* Scotland; 131b—138b.

Bickleigh [Bykeleghe, MS.],—

Walter de Mymmelonde, subdeacon, R.,—Dispensation, as in the case of Penyles, *see* Harford (3 Nov., 1308); 36.—*See* "Inst."

—Sequestration granted to Master William de Wolleghe, clerk (14 July, 1309); 42.

William de Wolleghe, deacon, R.,—Dispensation: non-residence for three years, to study, etc. (4 June, 1310); 52: (priest), renewed for two years, to study, at home or abroad (16 Oct., 1316); 115b.

Bicton [Buketone, *and* Bukyntone, MS.],—

Martin le Arbloster, R.,—Dispensation: non-residence for two years, from last Michaelmas-Day (20 Nov., 1308); 36b: renewed for a year, from next Michaelmas, to study, etc. (11 Sept., 1310); 56.

This Rector, being infirm, petitioned the Bishop to appoint Robert, Perpetual-Vicar of Otterton, his coadjutor; and the Bishop complied (28 Nov., 1315); 110b.

Bideford [Bidiforde, MS.],—
William [Dunnynge], R.,—Dispensation: non-residence till Michaelmas, 1310, "ex certis causis et legitimis" (25 July, 1309); 42b.—Master Henry de Cornubia, priest, R.,—Dispensation: non-residence, for a year from next Michaelmas, to study, etc., "Parisius vel Oxonie, prout elegerit" (17 Sept., 1318); 129b.—Master Walter Prodhomme, clerk, R.,—Dispensation: Licence of non-residence for *seven years*, to study, etc. (12 April, 1325); 184.
—Bertinus and Amya de Greynnevile, of Bideford, *see* "Oratories"; 67b.
—Uppecote, in Bideford; Manor of David de Servingtone; 174.

Bigbury [Bikeburi, MS.],—
Ralph de Pridiaux, R. of,—Dispensation: non-residence till Michaelmas, 1326, to study, etc. (19 May, 1325); he was to take subdeacon's Orders within a year; 184b.

Bykebyry, Reginald de; *Dispensacio super defectu natalium* (5 Sept., 1308); 35b.

Bikeburi, William de, presents to Bigbury; 184b.

Bigod, Roger le, Earl of Norfolk, *see* Bosham; 15b, 28.

Binorchatudi, in the Parish of St. German's; 109b.

Birtone, Master Wm. de, "Capellanus Domini Thome Joce, Cardinalis Anglici,[1] ad partes ipsius Cardinalis,"—
The Bishop grants him a Pension of six marks a year, in the Cathedral, till he can collate him to a Prebend therein, or elsewhere (21 Jan., 1308-9); 38.

Birstone, William de, Archdeacon of Gloucester, *see* Canterbury; *also* St. Dominick; 111b.

Bisimano, William de, Treasurer of the Cathedral,—
The Bishop appoints Sir Hugh [le Engleis—*see* Quivil's Reg. fol. 130], R. of Talaton, to serve as coadjutor to this aged Dignitary, "olim nobile Membrum in eadem, in tantum senio confractus, et occulto Dei judicio egritudine sic gravatus, quod ea que ad ipsam Dignitatem pertinent et se ac Domum et Familiam suam, intra et extra, ad salutem anime sue regere non poterit ut deceret." Hugh was chosen by the Treasurer himself, and was the nearest kinsman he had (11 Sept., 1309); 43b. The said Hugh, together with Thomas Crabba, Rector of Truro, Proctor for the said Treasurer, "manuceperunt de reparando defectus Domorum ac alios Porcionis dicti Thesaurarii in Ecclesia Sancti Probi, in Cornubia, et condempnati sunt (18 Sept., 1309)"; *ibid.* Also, the said Hugh for the like repairs at Exeter, [Bishop's] Nympton, Bectre(?) and Morkeshille," et condempnatus est"; *ibid.* He died soon afterwards; 47b.

Bishop's Tawton; the Parish Church (A.D. 1316),—
MEMORANDUM quod, apud Tautone, xvij die Augusti, Dominus, existens in Ecclesia Parochiali ibidem, videns quod Cancellus ibidem erat nimis strictus, obscurus, et in parte ruinosus, idque notorium fuisset, decrevit et precepit quod hujusmodi defectus notorii repararentur infra annum a Festo Sancti Michaelis proximo futuro, sub pena xx marcarum solvendarum per illum, vel illos, ad quem vel ad quos hujusmodi reparacio dinoscitur pertinere, ad Fabricam Ecclesie Exoniensis; 114.

Bysouthewode, Thomas; (*Ord.—Pris.*) 236b.

Bisschop, Thomas, R. of Uploman; 141.

---

[1] *See* pp. 11, 16, *supra*.

Bitt, Walter le, *see* Despenser; 184[b].

Bittedene, John de, presents to Bittadon; 141: and again, but only "illa vice"; 147.

Blackawton [Blakauetone, MS.],—

George de Byneleghe, subdeacon, R.,—Dispensation: non-residence till Michaelmas, to study, etc. (30 March, 1309); 39[b]: renewed till Michaelmas, 1310 (28 Aug., 1309); 43: (deacon), renewed—"ut possit a Festo Sancti Michaelis proximo futuro per biennium, si ad partes se transferret transmarinas causa studiorum, studere in Loco ubi Universitas seu studium viget generale, absque recepcione Ordinis Presbiteratus" (1 May, 1310); 50: renewed till Michaelmas, and for two years afterwards, to study, etc.; also, to put his Benefice out to farm for five years—in whole or in part, as he might prefer (30 May, 1312); 71[b]: renewed for a year from Michaelmas (next), to study, etc. (29 March,[1] 1314); 83: renewed for two years (4 Feb., 1314-15); 101[b]: (priest), renewed for two years (26 Feb., 1316-17); 117[b]: renewed for a year, to study at Paris, or elsewhere (11 Feb., 1318-19); 140.

Blacolnisle (*also* Blacolnisse, fol. 176—*see* "Lit. Dim."), Roger de, inst. to Stoke-Climsland; 175[b].

Black Torrington [Blaketoritone, MS.],—

Robert Pollard, deacon, R.,—Dispensation: non-residence till Michaelmas, to study, etc. (26 Dec., 1308); 37[b]: Elias de Tyngewyke, subdeacon, R.,—Dispensation: non-residence for a year, to study, etc., from 8 Feb., 1313-14; but the Dispensation was not granted till 23 May, 1314); 85.—Sir Walter de Cromhale, priest, R.,—Dispensation: non-residence for a year, to study (25 Sept., 1316); 115: (priest), renewed; non-residence, and to put out his Benefice to farm, for two years from Michaelmas,—"et dabit ad Fabricam Ecclesie Exoniensis xl solidos; videlicet, pro utroque anno xx solidos (16 Aug., 1317); 120[b].—*See* L 209[b], 210.

Blakedone, J. de; (*Ord.—Pris.*) 236[b].

Blakeford, Richard de, inst. to Davidstowe; 70.

Blakemore, Stephen de; (*Ord.—Pris.*) 236[b].

Blanchminster, *see* Albo Monasterio.

Bliburghe, William de; L 206[b].

Blontesdone, Robert de, Canon of Sarum; 167: *see* Teignton-Regis, the Prebend of; 88[b].

Bloyou, Alan, R. of St. Ludgvan; L 214: deceased; 72.

Bloyou, Alan, Patron of St. Ludgvan (deceased); *ibid.*

Bloyhou, Benedict, inst. to St. Tudy; 38[b].

Bloyou, Henry, inst. to St. Ruan-Lanyhorne; 150, 151[b], 164, (*Ord.*) 243.—*See* Consistory-Court; 172.

Bloyou, John, D.C.L. and Advocate in the Court of Canterbury,—

The Bishop grants him an annual Pension of five marks ("de Camera nostra,") till he can provide him with a Benefice (29 March, 1308); 31[b].

---

[1] quarto Kalendas Aprilis.

See Glasney (*note*), 38: inst. to St. Ewe ; 49[b]: resigns St. Ewe, in exchange for St. Columb-major ; 59, 59[b] ; (*Ord.*) 228: resigns, also, his Prebend in Glasney ; 59[b] (*see*, also, 155, 158): collated to a Prebend in the Cathedral ; 118, 159[b].

Bloyhou, Matilda, Prioress-Elect of Polslo : her Election confirmed ; 161.

Bloyou, Roger, R. of Monkokehampton, *see* Hatherleigh ; 67[b].

Bloyhou, William,—

Admitted to St. Ewe (*in commendam*) ; 42, 49[b]: Provost of Glasney (*in commendam*) ; 80[b]: inst. to Marwood ; 119[b], 158[b], (*Ord.*) 239. He was, also, R. of Poundstock ; 157[b]: deceased ; 155, 157[b].—*See* L 200[b], 201[b], 203

Blunt, Ralph le, poulterer, of London ; L 201[b].

Bochasmethe, Ralph, *see* Ros, Saer de ; 38[b].

Boconnoc: Dedication of the Parish-Church (*see* "Dedications") ; 162,—

Richard Barry, clerk, R. [Bocquinnoke, MS.],—Dispensation: non-residence for two years, to study, etc. ; but he was to take subdeacon's Orders in the course of the first year (26 Dec., 1318) ; 139[b].

Boddeleghe, Roger de, *see* Lanivet (*Inst.*) ; 74, 101.

Bodekysham, Walter de, R. of St. Dominick ; 54[b], 73[b], 111[b], 141.—*See* Vallibus, Robert de,—"Wills" ; L 201[b].

Bodmin Priory ["Monasterium Sancti Petrochi Bodminie"],—

Constitucio Coadjutoris:—

(The aged Prior, Germanus, being past work)—septimo die Marcii, loco supradicto [apud Penryn—1308-9], emanavit Litera continencie infrascripte:—Walterus, etc. . . . Domino Ricardo de Hacche, presbitero, salutem, etc.—Prioratum Bodminie, Ordinis Sancti Augustini, nostre Dyocesis nostrique patronatus, nuper ex Officii debito visitantes, invenimus tam in capite quam in membris plurima corrigenda. Inter cetera, vero, Dominum Germanum, Priorem ejusdem Domus, senio confractum, egritudine perpetua, ut creditur, gravatum, necnon luminibus oculorum et discrecione sensuum debilitatum in tantum invenimus, quod ad regimen ipsius Prioratus ipsum decrevimus totaliter impotentem ; propter que eundem Priorem ab administracione Temporalium et Spiritualium ipsius Prioratus, exigente justicia, duximus canonice suspendendum. Hinc est quod, de vestris prudencia, fidelitate, et discrecione plurimum confidentes, vos eidem Priori Coadjutorem hiis Literis deputamus, curam et regimen dicti Prioratus, tam in Temporalibus quam in Spiritualibus, quatenus ad nos pertinet, vobis in Domino committentes : ita, tamen, quod per visum et testimonium Religiosi Viri, Domini Olyveri dicti le Seneschal, Canonici dicte Domus, de omnibus receptis et expensis ad dictum Prioratum spectantibus nobis per fidelem compotum respondere possitis, cum super hoc fueritis requisiti. Proviso quod juxta regulares observancias predictus Prioratus in Divinis Officiis nocturnis et diurnis deserviatur honeste, et animarum cura in eodem minime negligatur. Volumus, eciam, quod de omnibus et singulis personis, tam Regularibus quam Secularibus, receptoribus bonorum quorumcumque ejusdem Prioratus, in presencia duorum vel trium Canonicorum ejusdem, finalem compotum audiatis, et faciatis ulterius quod justicia suadebit. Intencionis, autem, nostre existit quod, quatenus nobis a jure permittitur, vobis generalem administracionem in premissis committamus. Et hec omnia et singula dicto Priori et Conventui, et omnibus aliis quorum

interest, tenore Presencium intimamus,—Presentibus pro nostro beneplacito duraturis ; 39.—Another Commission to the same effect, was directed (9 Jan., 1309-10), to Richard de Bello Prato, R. of St. Ladock ; but it was cancelled,—"va . . . cat" ; 46.

—In the month of May (the day is not stated), 1310, the said Prior wrote to the Bishop, requesting permission to resign, as he was too old and infirm to retain the Office any longer. Permission was granted ; and on the 11th[1] of the same month the Sub-Prior, Fr. Reginald de Corbays, and the Convent, petitioned the Bishop for licence to elect a successor ; 51.—Space was left here, evidently for the insertion of this Licence ; but it remains blank. The said Sub-Prior [Corboys, MS., here], then wrote to the Bishop, on the Wednesday before the Feast of St. Dunstan (13 May), referring to the said resignation (which had been completed on the previous Sunday), and informing him that on the said Wednesday the whole Community assembled in the Chapter-House for the Election, "congregatis et presentibus tunc de ipsius Monasterii gremio, ac aliis qui voluerunt, debuerunt, ac comode potuerunt interesse." He proceeds—"placuit per viam compromissi Monasterio nostro predicto vacanti providere de Priore. Verum, quia—vobis tunc a Dyocesi vestra per vocacionem Regiam recedentibus, et ad exeundum fines Regni Anglie, necessitate ipsius vocacionis, ut puplice dicebatur, preparatis—nos, pro negocio Provisionis vacantis Monasterii nostri vos in hoc casu forsan adire oporteret in longinquo, et pati dampna vacacionis diuturne, ad grave dispendium Monasterii nostri antedicti, si alias Provisionis seu Eleccionis vias eligeremus in hoc casu, nos, Subprior, Canonici, et Confratres antedicti, de Eleccione futuri Prioris habito tractatu communi et sollempni, de Canonicis Eleccionis formis viam in Provisione ipsius Monasterii elegimus compromissi, et in vestram Sanctam Paternitatem, de zelo vestre paterne et patronalis affeccionis ad plenum confisi, providendi nobis et Monasterio nostro predicto de ydoneo Priore ac eligendi vobis, vice nostra, ydoneum Priorem per hujusmodi viam compromissi de gremio Monasterii nostri concorditer transferimus plenam et liberam potestatem. Promittentes quod illum de quo nobis et Monasterio nostro provideritis de Priore, in Priorem nostrum recipiemus et perpetuis temporibus habebimus pro Priore" ; 51[b].

The Bishop's reply is dated on Wednesday, the morrow of the Feast of St. Dunstan (20 May), in his Chapel at Faringdon. He writes—like a true Christian Bishop—"invocata Spiritus Sancti gracia," agreeing to the proposal, and nominating Sir John de Kylkamptone, a Canon-Regular of their House and in Priest's Orders, "professum, et de legitimo matrimonio procreatum, cui eciam vite sanctitas et morum honestas suffragantur, . . . curam et regimen ipsius Prioratus eidem, in nostra presencia personaliter constituto, licet diucius renitenti, finaliter, tamen, ad nostram instanciam consencienti, per birreti nostri tradicionem, in Domino committentes." The witnesses were Master John Wele, Archdeacon of Barnstaple ; Sir Thomas de Stapeldone, Sir Peter de Honetone, and Sir John de Pultone, Canons of Crediton ; Richard de Brayleghe, R. of St. Gerrans ; Stephen, R. of Thorney ; John David and Roger le Gros, Canons-Regular of Bodmin ; and others ; *ibid.*

There follows the Bishop's Ordinance concerning the provision to be made for the late Prior,—"Ordinacio necessariorum Fratris Germani, prius Prioris Bodminie." The Bishop pays a high tribute to his merits, his laudable conversation and abundant labours, and assigns to him, for life, the Chapel of St. Margaret with the buildings thereto attached and all the obventions thereof ; also, the customary allowance of two Canons in meats and drinks, and six marks yearly for clothes and other necessaries, being the rents paid by certain tenants, which were to be duly assigned to him, the said

---

die Lune proxima post Festum Sancti Johannis ante Portam Latinam.

tenants to be bound on oath to pay the said rents regularly; all other services and escheats thereof remaining to the Priory. And the ex-Prior was to have for his companion one of the Canons, an honourable and peace-loving man; any difficulties that might arise to be referred to the Bishop for summary settlement "sine strepitu et figura Judicii." "Habeat, eciam, . . . unum hominem officii et unum garcionem, sibi et socio suo deservientes humiliter sumptibus dicti Prioratus, sicut alios hujusmodi famulos ejusdem in omnibus sustentandos." But Germanus was to keep the said Chapel and its buildings in good repair, from year to year, and on St. Margaret's Day he was to give a *lagena* of good wine, or threepence to buy wine, to every Canon, on his Election, and without keeping him waiting; and if he failed therein, the amount was to be deducted from his allowances. He was himself to occupy the premises attached to St. Margaret's Chapel, and was to be excused from all Conventual duties on account of his great age and infirmity.—Dated at Faringdon, 22 May,[1] 1310; *ibid.*

Commissio circa Canonicos Bodminie,—

Directed to the Bishop's Official-Principal (22 April, 1312).—In quibuscumque Causis seu Negociis, tam correccionum quam aliorum Articulorum quorumcumque, contra Dominos (*sic*) Oliverum le Seneschal, Dominum Walterum de Sancta Margareta, Dominum Reginaldum Corbois, Ricardum Martyn, Rogerum le Gros, Johannem Waleis, Baldewynum le Moun, Rogerum de Sancto Cuthberto, Ricardum le Seys, Johannem David, Willelmum de la Hyde, Walterum Naturel, Odonem Denisel, Herveium de Rosculian, Costantinum, Johannem de la Haye, Rogerum de Holacumbe, et Thomam Daniel, Canonicos Prioratus Bodminie, nostre Dyocesis, et eorum quemlibet divisim, ex Officio nostro motis seu movendis, una cum omnibus et singulis Articulis ad hujusmodi Causas seu Negocia pertinentibus, vobis vices nostras, cum Canonice cohercionis potestate, committimus per Presentes; 71.—In the result the Canons were excommunicated by the Bishop's Official and Commissary "pro suis manifestis contumaciis"; to whom he wrote (5 Dec, 1312), to the effect that, as their first contumacy had been directed against himself, he reserved absolution for a time; 75.

—Prorogacio Terminorum super solucione ccxlvj librarum iiij denariorum sic, *facta Priori Bodminie:—*

The Bishop held two "Litere Obligatorie" for £266 13s. 4d., and £20 thereof had been paid to him more than a year ago. "Preterea, in Termino Sancte Trinitatis, Anno . . . . Regis Edwardi [II] vij^mo [1313] versus Johannem de Kylkamptone, Priorem ejusdem Prioratus, coram Justiciariis de Banco Domini Regis, per consideracionem eorundem Justiciariorum et recognicionem dicti Prioris, ducentas libras sterlingorum, certis terminis futuris solvendorum, recuperaverimus, ac nichilominus in eodem Termino idem Prior, in Cancellaria ejusdem Domini Regis, recognovisset se teneri nobis in quadraginta sex libris, xiij solidis et iiij denariis sterlingorum, certis futuris Terminis solvendorum, predictis Literis Obligatoriis penes nos remanentibus, sicut prius; nos, considerantes dictorum Religiosorum inopiam, quodque idem Monasterium, propter ipsorum incuriam, in suis mobilibus facultatibus plurimum sit collapsum; et cupientes, propter hec, sibi facere graciam specialem, concessimus eisdem Priori et Conventui quod si nobis satisfecerint, citra Festum Beati Petri ad Vincula [1 Aug.] proximo futurum, de quadraginta marcis sterlingorum, et infra Quindenam Festi Omnium Sanctorum [1 Nov.] de aliis quadraginta marcis sterlingorum, et postea infra Quindenam Festi Invencionis Sancte Crucis [3 May] tunc subsequentis, similiter de quadraginta marcis sterlingorum, et sic, de anno in annum, in predictis Terminis Quindene Invencionis Sancte Crucis de l

[1] die Veneris proxima post Festum Sancti Dunstani.

marcis, et Quindene Omnium Sanctorum de l marcis, quousque dictarum peccuniarum summe ccxlvj*li.* xiij*s.* et iiij*d.*, sic recuperate et recognite, nobis fuerint plenarie persolute, ita quod in ultimo Termino, id quod residuum erit, dicta peccunia persolvatur, ad citeriorem solucionem in Terminis coram predictis Justiciariis, in Cancellaria Domini Regis, de dictis peccuniarum summis assignatis minime teneantur, nec compelli valeant quoquo modo. Si, vero, in aliquo Termino, defecerint de solucione supradicta tunc ad observandum Terminos coram eisdem Justiciariis de Banco, in Cancellaria Domini Regis assignatos, teneantur et compelli valeant, presenti Litera non obstante. Et cum nobis de ccxlvj libris, xiij solidis, et iiij denariis, in dictis Terminis, vel postea, de dictis debitis plenarie satisfecerint, extunc tam predicte recogniciones quam Litere Obligatorie irrite sint et inanes et omni careant robore firmitatis; interim utrisque in suo robore duraturis.—In cujus rei testimonium sigillum nostrum Presentibus duximus apponendum.—Datum apud Farndone, Wyntoniensis Dyocesis, xxij die mensis Junii, Anno Domini M°. CCC. xiiij^{mo}; 85^{b}.

Acta super Requisicione ad reconciliandum Monasterium Bodminie:—MEMORANDUM quod die Sabbati proxima post Festum Sancti Leonardi (9 Nov., 1314), occurrens Frater Johannes [de Kylkamptone], Prior Monasterii Bodminie, Domino Episcopo, juxta Pontem de Lostwithiel, ex parte Orientali ejusdem Pontis, exposuit eidem Episcopo quod per quendam conflictum inter quendam Fratrem Odonem Denisel, Concanonicum suum dicti Monasterii, et quendam Clericum Secularem, quem idem Frater Odo, in Monasterio predicto, usque ad sanguinis effusionem vulneravit, biennio vel circiter elapso, idem Monasterium fuerat execratum; supplicans humiliter eidem Episcopo ut, ad dictum Monasterium divertens, ipsum, si placeret, reconciliare dignaretur. Qui, quidem, Episcopus, post modicum annuens supplicacionibus dicti Prioris, statuit Diem Dominicam proximam post Festum Sancti Edmundi, Cantuariensis Archiepiscopi [24 Nov.] ad reconciliandum Monasterium antedictum. Et veniens idem Episcopus, ex hac causa, die Sabbati proxima ante dictam Dominicam, apud Bodminiam, et ingrediens Capitulum ibidem, vocatisque dicto Fratre Johanne, Priore, et aliis Canonicis dicti Monasterii coram eo, super dicta violencia et modo ejusdem requisivit eosdem. Qui, quidem, Prior et Canonici fatebantur ibidem quod prefatus Frater Odo quendam Clericum Secularem in Ecclesia sua, biennio vel circiter elapso, usque ad sanguinis effusionem in dicta Ecclesia vulneravit; et id noviter ad cor revocantes reputabant ex hoc Locum ipsum execratum; et quod a tempore dicte violencie celebrarunt in dicta Ecclesia et alia Divina Officia excercuebant (*sic*) in eadem sicut prius, et corpora mortuorum sepeliebant similiter sicut prius. Unde idem Episcopus, hiis auditis, et reputans factum hujusmodi grande et enorme, et quod factum ipsum, quoad Celebracionem Divinorum et aliorum Divinorum Officiorum excercicium, in loco taliter execrato et execrato manente, erat commune, decrevit propterea ipsos debere puniri in communi, et mulctavit eos in viginti libris sterlingorum, pro suo beneplacito ab ipsis levandorum. —Presentibus Dominis Petro de Honitone, Ricardo de Braileghe, presbiteris dicti Episcopi, et me Nicholao de Hele, clerico ipsius; 89^{b}.

Litera Generalis super Excommunicacione Philippi de Kernek:—He had, some time before, laid violent hands upon Roger le Gros, one of the Canons, a priest, and professed—"usque ad non modicam sanguinis effusionem graviter vulnerando,—and having appeared before the Bishop, he was convicted, and sentenced to incur the Greater Excommunication, as the due and canonical reward of sacrilegious malefactors of that sort; and the Sentence was publickly proclaimed throughout the whole of the Archdeaconry of Cornwall. Up to the date of the Bishop's Letter (28 Aug., 1315), he had not been absolved; and, meanwhile, the Bishop forbids the Faithful to hold communion with him—"quin pocius, ut rubore suffusus ad Ecclesie gremium celerius revertatur . . . vitetis eundem, et ipsum vitari similiter faciatis"; 108^{b}.—*See*, also, Rome, Court of; 122.

The Prior and Convent were Patrons of Hollacombe; 174b: Newton-St. Petrock; 119: a Portion (or Prebend) in St. Endellion; 71: St. Minver; 130: Withiel; 181.

Bodminia, Christopher de, collated to St. Colan; 35b. *See* "Confessions"; 48.

Bodpedethe, Luke de, Proctor for Thomas de Knolle; 176b.

Bodrugan, Sir Henry de, Knt., presents to St. Martins-by-Looe; 36.

Bodrugan, Sir Otho de, Knt., presents to Poundstock; 157b.

Bodrigan, Peter de, one of the Executors of Ysolda de Bodrigan's Will (*see* "Wills"; 60).

Bodrigan, Wm. de, Archdeacon of Cornwall (*see* "Inst."); 85.

Bodyer, Robert, inst. to Tavistock; 128.

Bodyn, Walter, inst. to Bittadon (q.v., *Inst.*, 141); 147.

Boggewille, Reginald de, *see* Consistory Court; 172b.

Bokenal, David de, chaplain of St. Buryan (q.v.); 85.

Bokerele, Bartholomew de, *see* Tautone, Robert de; 156b.

Bokerel, Henry de, appointed the Bishop's Steward in Devon; 34b.—*See* Comptone, William; 60b: Budleigh; 63b.

Bohun, Humphrey de, Earl of Hereford and Essex, presents to Powderham, as Guardian to John de Pouderham, a minor; 154b.

Boleford, Richard de, *see* Ros, Saer de; 38b.

Bolleghe, Henry de, (late) Archdeacon of Cornwall, *see* "Wills" (Puntyngtone); 66.

Bonde, Robert, *see* Consistory Court; 172b.

Bonda, William, Priest-Vicar in the Cathedral, *see* Puntyndone; 42b: R. of Poltimore; (Bonde) 73b, L 190b.

Bondleigh [Boneleghe, MS.],—

Sir Adam [*called* Marchaunt], subdeacon, R.,—Dispensation: non-residence for a year from last Michaelmas (30 Nov., 1308); 37. It was, afterwards, cancelled, but was granted again, till Michaelmas 1309 (24 Dec., 1308); 37b. [He is here called, simply, "Sir Adam"; and I was, at first, under the impression that Sir *Adam de Champaus*, inst., some thirty years before, by Bp. Bronescombe (*see* Vol. I., page 115), was meant; but it will be observed that the latter was in priest's Orders in 1277, whereas this Adam was a subdeacon in 1308, and he must have been inst. by Bp. Quivil or by Bp. Bytton]. The Dispensation was renewed (deacon) till Michaelmas, 1310 (13 Sept., 1309); 43b: also, till Michaelmas, 1312 (27 Sept., 1311); 65: also, for a year from next Michaelmas (10 Aug., 1312); 73: and again for a year from next Michaelmas ("Magister Adam Marchaunt"—16 Aug., 1314); 87. —Sir John de Bradmor, priest, R.,—Licence of non-residence till Michaelmas, from 6 Oct., 1322,—"et dabit j marcam"; 174.

Boneker, Richard, of Nymet-St. George,—*Dispensacio super defectu natalium* (17 Dec., 1308); 37.—*See* the next Entry.

Bonere, Richard le, of Nymet-St. George, inst. to Cheldon ; 112[b].

Boor, Bartholomew le, inst. to Landcross ; 184.

Borham, John de, *see* Lanteglos [-by-Camelford] (*Inst.*) ; 33[b].—He was one of the Executors of the Will of John Lovetot, senior ; L 185.

Borne, Sir William de, Canon of Wells,—

The Bishop granted him an annual Pension of four marks, "de Camera sua," payable at Easter, till he could provide him with a suitable Benefice (28 Feb.,[1] 1311-12) ; 69.—He was collated to a Prebend in Glasney on the 26th of March,[2] 1312 ; 69[b].

Bos, in Zennor (q.v.) ; 108[b].

Boscarn, Agnes de, *see* St. Buryan ; 85.

Boscher, Geoffrey, inst. to Eggbuckland ; 129[b].

Boscyni, Martin de, inst. to Lamerton ; 171[b] : he had resigned Jacobstowe (Devon) ; 174.

Bosevaran, John, inst. to St. Paul (*hodie* "Paul"), Cornwall ; 119.

Bosham, the King's Free Chapel of (*see* Vol. V. p. 30, note 8),—

—The Bishop cites all the Canons, except Ralph de Hyngham and Richard le Brun (who had already appeared), to appear before him, in the Chapel of Bosham, and take the Oath of Canonical Obedience, and admonishes them as to their Prebends (25 June, 1308), and Walter [de Welwe], Sacrist, appeared in person with John Doude (one of the Vicars), Proctor for the said Richard le Brun. Stephen de Cheshunte appeared by his Proctor, John Dude (*sic*), (26 July, ad Chidham) ; 35. John de Drokenesforde appeared by Jordan de Hertewelle, chaplain (22 Sept., at the same place) ; 35[b].

—Commission directed (31 Aug., 1309) to Sir William de Meltone, "Decano in Ecclesia Sancti Martini Londoniarum, et Clerico Domini Regis,"—The Bishop revokes a former Commission, directed to Master Roger de Welletone, and gives permission to institute and induct any fit person to the Canonry and Prebend about to become vacant, but without prejudice to any Apostolick Provision, or Nomination by the King ; 43.—There is no record of what was done herein ; but, probably, the reference is to the Prebend of John de Lewes, to which Michael de Berham was collated, 14 Jan., 1310-11, "suo periculo," and evidently after enquiry and delay (*see* "Inst.") ; 59. A Commission had been directed, 13 Jan., 1309-10, to Richard, V. of Chidham, in the matter of an action brought by Canon Ralph de Hyngham against the said John de Lewes ; 46[b].

The following Record of the Bishop's Visitation of Bosham has been bound up, together with other Documents relating to this Collegiate-Church, at the beginning of the Register :—

fol. 25. —VISITACIO FACTA IN LIBERA CAPELLA DE BOSEHAM PER DOMINUM WALTERUM, EXONIENSEM EPISCOPUM, PERSONALITER, SECUNDO DIE JURIDICO POST FESTUM EPIPHANIE DOMINI, ANNO EJUSDEM M^mo CCC^mo NONO, ET CONSECRACIONIS SUE SECUNDO :—

Certificatorium Vocacionis,—Venerabili in Christo Patri, Domino suo, Domino Waltero, Dei gracia Episcopo Exoniensi, suus humilis et devotus Sacrista

[1] tercio Kalendas Marcii.—The grant . . . Entry is marked "va . . . cat." was afterwards cancelled, and the [2] septimo Kalendas Aprilis.

PACIFIC LIBRARY

in Libera Capella vestra de Boseham, obedienciam, reverenciam tanto Patri debitam cum honore.—Mandatum vestrum recepi sub eo qui sequitur tenore verborum:—"Walterus, permissione Divina Exoniensis Episcopus, dilecto in Christo filio, Sacriste Libere Capelle de Boseham, salutem, graciam, et benediccionem. Quia dictam Liberam Capellam nostram de Boseham secundo Die Juridico post Festum Epiphanie Domini proximo futurum, Altissimo concedente, ex Officii nostri debito canonice visitare proponimus, vobis in virtute Obediencie firmiter injungimus et mandamus quatinus peremptorie citetis omnes dicte Capelle Canonicos, ceterosque ejusdem Ministros, quod compareant coram nobis, seu nostras vices gerentibus, dicto die, in eadem Capella nostra de Boseham,—Canonici, videlicet, supradicti, Titulum si quem habeant Canonicum super assecucione Prebendarum suarum in Capella memorata exhibituri; ceteri, vero, ac ipsi Canonici facturi et recepturi quod hujusmodi Visitacionis nostre Officium in se exigit et requirit. Et quid in premissis feceritis nos, seu nostras vices gerentes, citra dictum diem, per Literas vestras Patentes, harum seriem et nomina citatorum continentes, aperte et distincte certificetis.—Datum apud Farndone, xxj die Decembris, Anno Domini M° CCC° nono."[1] Hujusmodi, igitur, auctoritate Mandati vestri reverendi, omnes et singulos Canonicos dicte Capelle de Boseham, in stallis suis in dicta Capella, prout de ipsius Capelle consuetudine hactenus usitatum existit, ac Vicarios et ceteros Ministros ejusdem in Domibus suis peremptorie citavi quod compareant, die et loco supradictis, ad faciendum quod dictum Mandatum in se exigit et requirit. Nomina, vero, dictorum citatorum in Cedula Presentibus annexa seriosius continentur. Et sic Mandatum vestrum sum executus.—Datum apud Boseham, iij Nonas Januarii [3 Jan.], Anno supradicto.

Copia Cedule de qua in Certificatorio fit mencio talis est :—

Dominus Radulphus de Hyngham, Magister Stephanus de Chesthunte, Dominus Johannes de Lewes, Dominus Amaneus de Pelagrua, Dominus Ricardus Le Brun, Dominus Walterus de Welwe, *Sacrista et Canonicus,*	CANONICI.	Dominus Willelmus de La Hale, *parochus,* Dominus Stephanus de Midhurste, Dominus Johannes de Virga, Dominus Willelmus de Lowente, Dominus Walterus de Bernham, — VICARII.
		Johannes Phelip, Henricus de Bradebrugge, Johannes de Boseham, — CLERICI.

Placita :—

Dominus Radulphus de Hyngham, Canonicus et Prebendarius dicte Capelle de Boseham, vocatus ad secundum Diem Juridicum post Festum Epiphanie Domini supradictum, ad ostendendum Titulum suum, mediante quo optinet dictam Prebendam, comparuit per Dominum Walterum, Sacristam ejusdem Loci, capellanum, Procuratorem suum, cujus Procuratorii copia retenta super assecucione dicte Prebende, nomine Domini sui nichil exhibuit; unde datus est sibi dies crastinus, per Dominum Episcopum, in Capella antedicta, ad faciendum ulterius quod jus dictabit. Quibus die et loco, dicto Domino Radulpho coram Magistris Nicholao de Hele, Canonico in Ecclesia Sancti Carantoci, et Willelmo de Wolleghe, Rectore Ecclesie de Bykeleghe, Commissariis Domini Exoniensis Episcopi predicti in hac parte Specialibus, quorum Commissionis tenor inferius continetur, per Procuratorem suum,

[1] Another copy of this Mandate is preserved on fol. 46, this *memorandum* being added:—Die, vero, Visitacionis adveniente, Dominus Episcopus ad dictam Capellam suam personaliter accessit, et Officium Visitacionis sue quoad Canonicos et Vicarios exercuit in eadem.

ut supra, comparente, idem Procurator dicit se nil velle ulterius exhibere. Unde preclusa est sibi via ulterius exhibendi et proponendi per decretum, et datus est sibi dies Lune proximo sequens ad audiendum Pronunciacionem in Capella antedicta. Quibus die et loco, dicto Radulpho per Procuratorem suum coram dictis Commissariis, ut supra, comparente, dicti Commissarii dictam Pronunciacionem distulerunt : unde pendet Pronunciacio. [This Entry is given in full: in the subsequent Entries the essential portions only are given, to avoid repetition].

Commissio :—

. . . Ad cognoscendum super criminibus et excessibus subditorum nostrorum Libere Capelle nostre de Boseham, in Visitacione nostra nuper in eadem facta repertis, necnon dicta crimina et excessus corrigendi, puniendi, et super eisdem faciendi et statuendi que nostro incumbunt Officio, et ad faciendum et excercendum omnia et singula predictam Visitacionem et personas visitatas qualitercumque contingencia, quociens nos personaliter abesse contigerit, vices nostras vobis communiter et divisim committimus . . . Datum apud Chuddeham, nono die Januarii, Anno Domini Millesimo CCC^mo nono [1309-10]. [There is another copy on fol. 46].

—Magister Stephanus de Chesthunte, Canonicus, etc., comparuit per Magistrum Willelmum de la Lane, de Fyssyngborne, clericum, . . . qui exhibuit Collacionem et Induccionem sub sigillo bone memorie Domini Thome [Byttone], nuper Exoniensis Episcopi, quarum copia retenta, et probata Induccione per duos testes alias per Sacristam . . . facta, datus est ei, etc.

pendet. . . . preclusa est ei via ulterius exhibendi, etc.—(*ut supra*).

fol. 25b. —Dominus Johannes de Lewes . . . comparuit per Dominum Johannem de Virga, presbiterum, . . . qui exhibuit Literas Domini Willelmi, quondam Decani Ecclesie Cicestrensis, Executoris Domini sui, a Sede Apostolica, ut

pendet. asserebatur, deputati, super Collacione, etc. (and so on, in substance, *ut supra*).

—Dominus Amaneus de Pelagrua . . . comparuit per . . . Sacristam ibidem, substitutum Magistri Willelmi de Tosta. His Papers were not satisfactory, and he was ordered to appear before the Bishop in Exeter Cathedral, and take the oath of Obedience, "proximo die Juridico post mediam Quad-

pendet. ragesimam."

—Dominus Ricardus le Brun . . . comparuit per Thomam de Arundelle, . . . qui fatebatur dictum Dominum suum fuisse, et esse, in partibus transmarinis, et ibidem, Licencia . . . non petita vel optenta, moram trahere . . . Episcopus prefatum Ricardum puplico Edicto monuit et citavit.—This Document sets forth that the Canon "nedum ab ipsis Capella et Beneficio, set eciam a Regno Anglie se transferens ad loca transivit ignota, Licencia . . non optenta," and, accordingly, he was admonished to return into residence, not later than Michaelmas following,—"alioquin quod nostro incumbit Officio extunc super hoc faciemus." His Proctor, Family and Friends were to see to this matter,—"et sic pendet Pronunciatio."

pendet. —Dominus Walterus de Welwe . . . comparuit personaliter . . . (*ut supra*) "dicens seplura non velle exhibere: unde preclusa est sibi via, etc." (*ut supra*).

Vicarii,—

fol. 26. Dominus Willelmus de La Hale, Vicarius Magistri Stephani de Cheshunte, comparuit personaliter ; et, requisitus si hactenus juramentum Obediencie . . . Exoniensi Episcopo prestitisset, dicit quod non ; et monitus ibidem juramentum prestare, recusavit omnino. Fatebatur, tamen, dictum . . . Episcopum Ordinarium esse Loci ejusdem, quoad Chorum, et ipsum ministrare in eodem. Et habet diem . . . He appeared in due course, but said he could give no reason for his refusal ; adding, however, that he received no pay for his services. For his contumacy and manifest disobedience, his pay, if it should turn out that he had any, was sequestrated. He afterwads submitted, and the Sequestration was taken off, "pro beneplacito."

—Dominus Stephanus de Midhurste, Vicarius Domini Radulphi de Hyngham, comparuit personaliter ; et, requisitus (*ut supra*) . . . fatetur et recusat. He could give no adequate excuse, and was dealt with in the same way.

—Dominus Johannes de Virga, Vicarius Domini Johannis de Lewes, . . comparuit personaliter—with the same result.
—Dominus Willelmus de Lowente, Vicarius Domini Amanei,—the same.
—Dominus Walterus de Bernham, Vicarius Ricardi le Brun,—the same.

fol. 26b. *Acta coram Magistris Nicholao et Willelmo, Commissariis, etc.* :—

CORRECCIONES:—

Item, detectum est, in Visitacione, quod Magister Stephanus de Chesthunte . . . dedit Domino Johanni de Hasele, qui Prebendam, quam nunc optinet dictus Stephanus, prius . . . habebat, quadraginta marcas sterlingorum, promittens nichilominus eidem Ecclesiam de Moungomery, estimacionis, ut dicitur, xl marcarum, ea condicione seu pacto ut predictam Prebendam suam ad opus suum resignaret . . . Habens in personam Magistri Willelmi de Fyssyngborne, Procuratoris sui . . . tercium Diem Juridicum post Festum Epiphanie . . . negavit ea omnia et singula esse vera: unde datus est, etc. . . . Indicta est Purgacio prefato Magistro . . .—This took place in the Bishop's Chapel, in London, on the day after the Feast of St. Peter's Chair (i.e. 23 Feb.)—"et dimissus est, illa vice." His Prebend was that called "Parochialis,"—"curam habet animarum tocius Parochie dicte Capelle adjacentis, et tenetur ad personalem residenciam; qui, necglecta cura sibi commissa et residencia supradicta, absque Licencia . . . ad partes se transfert alias." His Proctor was examined on oath, and said that there was no cure of souls attached to the Prebend, to the best of his belief, though he confessed that it was called the Parochial Prebend. Asked whether the said Canon held other Benefices with cure of souls, or no, he said that he did—to wit, the Church of Horton, Dioc. of Lincoln, and the Free Chapel of Moungomery, and acknowledged that he had been admitted thereto after he became Canon.—pendet.

Item, detectum est . . . quod Johannes de Lewes, Stephanus de Chesthunte, et Radulphus de Hyngham . . . spoliarunt, spoliarive mandarunt Walterum, Sacristam Loci, jam tribus annis effluxis, de quibusdam garbis, quas habere debuit et habuit pacifice per biennium post Collacionem dicte Sacristarie sibi factam, de singulis campis Comitis Marescalli in Manerio de Boseham, et quas predecessores sui . . . . pacifice perceperunt . . . . pro custodia dictorum camporum per Sacristam . . . post messionem et ante amocionem earundem facienda.—The Proctors of the three Canons did not deny the charge,—"allegarunt tamen, pro excusacione Dominorum suorum . . . quod Sacrista qui nunc est supradictum servicium minime prestitit, racione cujus predictas garbas nullatenus liberarunt eidem. — This the Sacreist denied, alleging that, if the said service had not been rendered, his servants had been prevented from doing it by the said Canons. He established his case, and the Canons had to pay xvs., the value of the sheaves.

Item, detectum est. . . quod . . . Johannes de Lewes, Stephanus de Chesthunte, [et] Ricardus le Brun . . . . a quibus Sacrista certis Terminis Porcionem suam recipere habet, solucionem suam . . . . minus debite differunt, alii per plus, alii per minus.—Their Proctors appeared and denied the charge, requesting that the Sacrist should be examined thereupon on oath. This was done, and he admitted that he had been duly paid; "unde quoad hoc dimissi sunt Canonici supradicti."

fol. 27. Dominus Walterus, Sacrista et Canonicus, diffamatus de incontinencia cum quadam Matillide Plente, vidua, quam incorrigibiliter tenet, ut dicitur, . . . comparuit personaliter, . . . et negat, a tempore ultime correccionis super hoc facte . . . Probavit correccionem alias factam, et purgavit se legitime, et dimissus est.

Pena commissa,—Item, detectum est . . . . quod supradicti Canonici non exegerunt, nec exigunt, decimas molendinorum Manerii de Boseham, secundum quod alias per Episcopum Thomam eis sub certa pena extitit injunctum.—They appeared by their Proctors, who confessed that this was true. But Richard le Brun alleged that he was not bound to exact these

tithes, as they formed no part of his Prebend; and the others said the same. —Unde quoad eos qui dictas decimas optinere deberent, si petite essent et habite, . . . pronunciatum est penam ea occasione impositam in ultima Visitacione Thome, nuper Exoniensis Episcopi, esse commissam, et in utilitatem Ecclesie, pro disposicione Episcopi Exoniensis, convertendam.

Alia pena commissa,—Item, detectum est . . . . quod in dicta Capella . . . . deficiunt Candelabrum Paschale, Velum Quadragesimale, Epistolarium, Ewangelisterium, asser ad Pacem, Stole et Manipuli pro duobus paribus Vestimentorum, quorum invencio et reparacio spectat ad Canonicos in communi; ac, eciam, alii plures defectus qui in ultima Visitacione supradicti Thome . . . comperti extiterunt; super reparacione quorum apposita fuit pena viginti librarum.—The Canons, by their Proctors, confessed that this charge was true, and that they had no excuse to offer.—Unde pronunciatum est, etc. . . . et nichilominus injunctum est dictis Canonicis . . . sub pena Excommunicacionis extunc incurrende, quod citra Festum Beati Michaelis proximo futurum eos qui deficiunt inveniant, et reparent reparandos.

Item, detectum est quod R. de Hyngham, R. le Brun, S. de Chesthunte et J. de Lewes, . . . tradunt Prebendas suas ad firmam laicis, absque Licencia. —By their Proctors, the first two admitted the charge, and the last two denied it; and the former were ordered to be punished (we are not told how), and the latter were discharged.

misericordia.

Nota: contra rixantes,—Item, detectum est . . . quod Vicarii . . . rixantes sunt in Choro, et, absque licencia Sacriste Loci, Chorum exeunt, contra consuetudinem dicte Capelle et preceptum Domini Thome Episcopi, in ultima Visitacione sua.—The five Vicars (named in the Schedule) appeared in person, and denied that these things were true, and having purged themselves in due form were discharged.

Item, detectum est . . . quod Dominus Radulphus de Hyngham . . . subtraxit tria quarteria frumenti et dimidium, et unum busellum et dimidium, ad semen Manerii de Chuddeham debita, que soluta fuerunt usque ad tempus Domini Rogeri de Derteforde, tunc Senescalli Exoniensis Episcopi et in eadem Prebenda Prebendarii; qui, per potenciam et familiaritatem quam habuit cum Episcopo, illa primo subtraxit, et audiens raciocinia Prepositorum illos de dicto frumento non oneravit.—By his Proctor he denied the charge, and asked for inquiry—which was granted.

Item, detectum est . . . quod Magister Stephanus de Chesthunte . . . subtraxit tria quarteria frumenti et dimidium, j busellum et dimidium, ad semen Manerii de Chuddeham de Prebenda sua debita, in quorum possessione jura percipiendi vel quasi Exoniensis Episcopi non est diu extiterunt. —The Canon, appeared by his Proctor and denied the truth of the charge, asking for enquiry—which was granted.

fol. 27b. Item, compertum est . . . quod Dominus Johannes de Lewes . . . est illegitimus.—The five Vicars were then examined as to any other matters needing to be reformed, and four of them, Hale, Midhurste, de Virga, and de Lowente, said that they knew of nothing in addition to the matters already set forth. But Walter de Bernham—"dicit quod dicti Canonici . . . nichil boni faciunt pauperibus Parochianis suis ibidem, de bonis inibi perceptis."

Item, cum . . . compertum esset non nullos esse notorios defectus in Ornamentis Capelle . . . ad quorum reparacionem Dominus Johannes de Drokenesford, pro rata Porcionis sue et Prebende quam nuper obtinuit in eadem, tenebatur, ac eciam in Domibus, Clausis, et aliis ad dictam Prebendam spectantibus, et propter hoc fructus ipsius Prebende fuissent per Commissarios supradictos sequestrati; die Lune proximo, etc. supradicto comparuit in Capella . . . coram dictis Commissariis Elias de la Houe, firmarius dicte Prebende, offerens se cauturum pro defectibus supradictis, inveniens duos manucaptores, videlicet Alanum de Watergate et Jullanum (*sic*) Frauncoys, qui pro defectibus in Domibus etc. . . debite reparandis et cor-

rigendis manuceperunt, et se, quoad hoc, Jurisdiccioni Episcopi Exoniensis submiserunt. Pro porcione, vero, dictum Dominum suum super defectibus in Ornamentis ipsius Capelle contingente, et condempnacione pene commisse alias per Dominum Thomam, Exoniensem Episcopum, occasione hujusmodi defectuum imposite, promisit se velle cx solidos numerate peccunie penes dictum Walterum, Sacristam Loci, citra Festum Purificacionis Beate Virginis proximo futurum, sub sigillo suo deponere; ita ut, si condempnacio pene commisse et defectus Ornamentorum predicti pro rata Porcionis dicti Domini Johannis in tantum se extenderent, quod ipsa peccunia tota moraretur ibidem pro defectibus et pena supradicta in utilitatem Capelle convertenda; alioquin, si ad minus se extenderent, residuum quod contingeret superesse retraderetur eidem; petens ipsum per dictos Commissarios, et in hoc se Jurisdiccioni Domini Exoniensis Episcopi subiciens per Precepti Sentenciam condempnari. Quo facto, iidem Commissarii, requisito in premissis consensu supradictorum Procuratorum Canonicorum absencium, et ipsis ad hoc consencientibus, et dicentibus tantam peccuniam pro porcione dicti Domini Johannis sufficere, et petentibus illud idem, prefatum Eliam ad premissa omnia et singula, et in omnibus et singulis, ut premittitur, per Precepti Sentenciam condempnarunt, et sequestrum, ut premittitur, interpositum in fructibus Prebende predicte, in omnibus extra valenciam cx solidorum predictorum, relaxarunt.

Ordinacio de Boseham.

Walterus, permissione Divina etc., Capitulo Libere Capelle de Boseham, etc., ... salutem, etc.—Literas bone memorie Domini Thome, quondam Exoniensis Episcopi, . . . integras et illesas, et in nulla sui parte viciatas, vero ipsius sigillo signatas, inspeximus, in hec verba:—Thomas, etc., Capitulo Ecclesie Collegiate de Boseham, salutem, etc. Pridie ad Ecclesiam de Boseham predictam personaliter accedentes, sub quinto Kalendas Augusti [28 July], Anno Domini M° CC nonogesimo quarto, et, prout nostris humeris incumbebat, debite Visitacionis Officium excercentes ibidem, tam in personis ministrancium in dicta Ecclesia quam rebus spectantibus ad eandem, nonnulla invenimus celeri correccione condigna; nos, igitur, circa reformacionem eorum eo libencius desudantes quo magis ex eo quod agitur speramus mereri in Domino et penas pro quibus Prelatus necgligens se
(1) dignum efficit devitare, sub Divini attestacione judicii injungimus et mandamus ut Vicarii, Divino Obsequio intitulati, amodo modo debito frequentent Ecclesiam supradictam, distincte et aperte, absque omni sincopacione et precipitacione legendo, psalmoditando, et cantando, nichil penitus committentes quod Divine offendat occulos Majestatis, omni nichilominus negociacione illicita et turpis lucri questu eis prorsus manentibus inter-
(2) dictis.—Canonici, quoque, de bonis que ibi percipiunt, plus solito hospitalitati insistant, Christi pauperes ejusdem Parochie pia consolacione, ut
(3) convenit, visitantes.—Ac edificia Prebendarum suarum diruta reedificent
(4) et deteriorata reparent, ut tenentur.—Nullus, insuper Canonicus, Vicarius, aut quivis alius Ecclesie supradicte, terminos juris alieni invadat. Set quilibet debita sibi porcione ab antiquo secundum consuetudinem Ecclesie
(5) hactenus usitatam contentus existat.—Cesset omnis murmuracio et con-
(6) tencio in Choro, per quas Cultus Divinus poterit impediri.—Nullus, eciam, Vicariorum ab Horis Canonicis in Ecclesia decantandis se absentet, nisi
fol. 28. forte a Sacrista ejusdem Ecclesie, quem istius Capituli deputamus executorem, ob aliquam justam causam se absentandi licenciam optinuerit
pena. specialem. — Eum, siquidem, qui secus fecerit ab ingressu Chori manere volumus suspensum, donec unum obolum, nomine mulcte, pro qualibet hora absencie et suspensionis sue exsolverit in usus Ecclesie, quam debito defraudavit obsequio, convertendum.—Stipendia, vero, dictis Vicariis ab antiquo in dicta Ecclesia constituta, et hactenus soluta, nullus Canonicorum
memorandum mutilet vel immutet; set antiquum canonem *duarum marcarum*, preter ea que alias percipiunt ab Ecclesia nomine Vicarie, ipsis Vicariis, ut

hactenus fieri consuevit, exsolvant; cum alias, si id eis liceret, illud sequeretur inconveniens de facili, ut pro minori solito ministrum minus ydoneum loco ydonei, presertim cum perpetui non existant, licet stipendia sint certa, multociens subrogarent.—Ceterum, cum Prebenda quam dictus Sacrista optinet in dicta Ecclesia in quatuor libris argenti a quibusdam Canonicis ejusdem Ecclesie prestandis consistat, ac per seram satisfaccionem peccunie supradicte idem Sacrista frequenter grave dispendium paciatur, eosdem Canonicos qui ad prestacionem hujusmodi tenentur auctoritate Presencium monemus et hortamur in Domino, pro prima, secunda, et tercia monicione, ut, juxta consuetudinem Ecclesie supradicte, eidem Sacriste singuli pro rata Porcionis sue de predictis quatuor libris, suis Terminis, satisfaciant competenter, sub pena Excommunicacionis quam nunc ut extunc, in personas non solvencium proferimus in hiis Scriptis.—Ad hec, cum nobilis vir, Comes Marescallus, Petrus de Roteham, et Rogerus Papillun, quedam habeant molendina in Parochia de Boseham, de quibus licet grande emolumentum proveniat, nulla tamen ex eis, jam longo tempore, extitit decima persoluta, precipimus et mandamus ut Canonici quibus ipsa decima debetur eandem decimam repetant cum effectu; cum subtraccio ipsius grave periculum detinencium animabus inducat, et in manifestum cedat prejudicium Ecclesie supradicte.—Et quia, deficientibus Libris, et aliis Ornamentis que ad Cultum Divinum requiruntur, Ecclesia ipsa nequit officiari ut convenit in Divinis, precipimus et mandamus ut subscripti defectus, videlicet Legenda nova et Collectarium novum in peciis consistencia examinentur, corrigantur, et ligentur; preterea, unum Epistolarium cum Ewangeliis tocius anni in uno Volumine redigenda, competens tabulamentum super Altare, unum Frontale sollempne, et tres Cape de serico decentes, Candelabrum Paschale honestum, et tuallie sufficientes ad Ministerium Divinum peragendum, citra Pascha proximo futurum, de novo, preter prius habita in ipsa Ecclesia, habeantur.—Maxime, autem, quod Cancellus, jam per loca varia distillans, citra Festum Omnium Sanctorum in statum debitum reparetur, sub pena viginti librarum tociens committendarum quociens cessatum fuerit in aliquo premissarum, pro nostro convertendarum arbitrio in usus Ecclesie supradicte.—Et, ne quis super hiis que jam ordinavimus ad restauracionem dicte Ecclesie se possit inposterum excusare, tibi, fili, Sacrista predicte, committimus et mandamus quatinus hec omnia et singula que premisimus et Presentibus Literis amplectimur in dicta Ecclesia facias sollempniter publicari, et ad noticiam omnium quorum interest deduci. Et quid super hiis feceris nobis, citra Festum Nativitatis Beate Marie Virginis [8 Sept.], rescribas per Literas tuas Patentes harum seriem continentes.—Datum apud Chuddeham, iij Kalendas Augusti [30 July], Anno Domini Millesimo CC^mo nonagesimo quarto.—Nos, itaque, eidem Domino Thome, Exoniensi Episcopo, succedentes in onere et honore, et eandem Capellam nostram, Canonicos, et eciam Ministros ejusdem, subsequenter, secundo Die Juridico post Festum Epiphanie Domini, Anno Ejusdem Millesimo CCC^mo nono, ex Officii nostri debito, prout ad nos pertinuit, actualiter visitantes, nonnullos ibidem invenimus defectus notorios; videlicet, Candelabri Paschalis, Veli Quadragesimalis, Epistolarii cum Ewangeliis, et Frontalis sollempnis, ac eciam reparacionis quorundam aliorum Ornamentorum; qui, quidem, defectus et reparacio in prefatis Literis, quadam certa pena adjecta si adimpletum non fuerit quod super hoc precipitur in eisdem, superius sunt expressi. Unde, cum dictorum defectuum adhuc nullum factum sit penitus supplementum, vel alias subsecuta congrua reparacio eorundem, Commissarii nostri, quibus in hac parte commisimus vices nostras, premissis omnibus et singulis que requirebantur de jure, hujusmodi penam, suadente Justicia, pronunciarunt esse commissam, in ipsius Capelle utilitatem, pro nostra disposicione et arbitrio, convertendam; vobis nichilominus et omnibus vestrum injungentes ut eosdem defectus omnes et singulos, ac eciam unum asser ad Pacem, Stolas et Manipulos pro duobus paribus Vestimentorum, qui nunc ultra defectus

pena.—Nota bene contra non solventes Porcionem. Sacriste de Boseham.

de molendinis.

de Ornamentis Ecclesie

de Cancello et pena.

ad publicandum.

hic per Walterum Episcopum

superius nominatos restant ibidem, prout ad hoc tenemini, citra Festum Beati Michaelis proximo nunc venturum, sub pena Excommunicacionis quam extunc in personas vestras, et vestrum singulas, qui super hoc in mora fueritis vel eciam fuerit in mora, si premissa non impleveritis, seu impleverit, faceretisque inveniri modis omnibus ac eciam reparari, pertulerunt; quam, quidem, Sentenciam, ac eciam omnia et singula que in Literis dicti Predecessoris nostri superius sunt expressa, necnon acta et gesta coram Commissariis nostris antedictis, quatenus rite acta et gesta sunt, rata habentes et grata, ea, prout ad nos pertinet, in Domino confirmamus.—Et, quia invenimus inter cetera, in eadem Visitacione, quod Vestimenta, Calices, Libri, et alia Ornamenta ipsius Capelle, per Canonicos ibidem hactenus inventa, et quorum invencionis et reparacionis onus, cum necesse fuerit, ad ipsos Canonicos spectare dinoscitur, que ad cotidianum usum Sacerdotum, in Navi dicte Capelle pro Parochianis ejusdem celebrancium, multociens deputabantur illicite et deteriorata extiterant in immensum, licet iidem Parochiani, vel eciam Sacerdotes, nullam prorsus emendacionem seu reparacionem fecerint eorundem, tenore Presencium precipimus et mandamus quatinus usus Ornamentorum predictorum quoad Parochianos et Presbiteros in Navi dicte Capelle, ut premittitur, celebrantes, exnunc cesset omnino, et quod premissa Vestimenta, Calices, Libri, ac eciam Ornamenta predicta extra Chorum per Parochianos seu Presbiteros supradictos, seu alios ad hujusmodi usus nullatenus deferantur, sub pena Excommunicacionis ac eciam unius dimidie marce a Sacrista ipsius Capelle qui pro tempore fuerit, quique omnium Ornamentorum predictorum custodiam habet et curam; et dictam tociens percipiendam, et in utilitatem dicte Capelle, pro nostro arbitrio convertendam, quociens contra hec actum fuerit vel aliquod eorundem. Premissa, vero, omnia et singula, que tam in Literis prefati Predecessoris nostri quam eciam hiis nostris Literis continentur, volumus et precipimus, sub penis superius annotatis, firmiter observari. Et, cum parum sit jura condere vel statuta facere Canonica, nisi sit qui eadem tueatur seu legitime exequatur, tibi Domino Waltero, nunc Sacriste et Canonico, tenore Presencium committimus et mandamus, sub pena Excommunicacionis firmiter injungentes quatinus de observacione et execucione predictorum omnium et singulorum, quatenus tibi legitime constare poterit; necnon que de premissis fuerint observata et que non; cujus, eciam, de eisdem vel eorum aliquo temerarius violator existat, per vestras Patentes Literas, harum seriem continentes, citra dictum Festum Sancti Michaelis nos reddas dilucide cerciores.—Datum apud Chuddeham, tercio decimo die mensis Januarii, Anno Domini Millesimo CCC^mo nono [1309-10].

Ornamenta pertinent ad Canonicos.

Vicarius Parochialis non utatur Ornamentis Chori.

fol. 28^b.

pena dimidie marce.

pro Procuracione.

Walterus, permissione Divina Exoniensis Episcopus, dilecto in Christo filio, Domino Waltero de Welewe, Canonico et Sacriste in Libera Capella de Boseham, salutem, etc.—Quia nos nuper in eadem Capella, secundum morem Predecessorum nostrorum, debite Visitacionis Officium impendentes, non invenimus aliquem qui nos in esculentis et poculentis, juxta juris exigenciam inibi procuraret, vobis committimus et mandamus quatinus canonice moneatis et efficaciter inducatis omnes et singulos predicte Capelle Canonicos Prebendatos nostre Visitacionis Officium tunc temporis subeuntes, si presentes fuerint, vel ipsis absentibus eorum Procuratores, si quos dimiserint; alioquin in predicta Capella, per publicum edictum coram Clero et populo propositum,—quod una vobiscum satisfaciant nobis infra viginti dies a tempore hujusmodi monicionum, quas fieri volumus, receptis Presentibus, ut premittitur, indilate, de quadraginta solidis sterlingorum, pro Procuracione nostra de die ipsius Visitacionis, et occasione ejusdem Visitacionis, nobis sufficienter debite ab eisdem. Quod si monicionibus vestris, super hiis canonice sibi factis, plene non paruerint infra terminum superius annotatum, extunc singulos non solventes ad satisfaciendum de porcione sua de dicta Procuracione, per Suspensionis, Excommunicacionis et Interdicti Sentencias, si oporteat, de die in diem compellatis; scientes quod, ad abbreviacionem laboris solvencium, vos de dicta peccunia nostrum fecimus

receptorem: volentes quod secundum quantitatem et taxacionem Prebende vestre contribuatis cum aliis Canonicis in eadem solucione facienda. De die, vero, recepcionis Presencium, et quid super hiis duxeritis faciendum, nobis citra Carniprivium per vestras Literas Patentes, harum seriem continentes, dilucide rescribatis.—Datum apud Farendone, juxta Aultone, sextodecimo die Januarii, Anno Domini Millesimo CCC° nono, et Consecracionis nostre Anno secundo [1309-10]. [The marginal references, throughout, were added by Bishop Grandisson].

The following Documents relating to Bosham have also been bound up with the Register, at the beginning:—

fol. 12b. Rex Venerabili in Christo Patri J[ohanni de Langtone], eadem gracia Episcopo Cicestrensi, et ejus Officiali, et eorum Commissariis, salutem.—Cum Dominus Henricus [III.], quondam Rex Anglie, Progenitor noster, per Cartam suam quam inspeximus concessisset et confirmasset, pro se et heredibus suis, Willelmo tunc Exoniensi Episcopo, Predecessori Venerabilis Patris Walteri, nunc Episcopi ejusdem Loci, Capellariam de Boseham, cum Manerio de Chudeham in Comitatu Sussexie, et cum Manerio de Farendone in Comitatu Suthamptonie, et cum Manerio de Horseleghe in Comitatu Surrie, et cum omnibus terris, decimis, feodis, serviciis Advocacionibus Ecclesiarum, Collacionibus Prebendarum, et omnibus aliis pertinenciis suis, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad eandem Capellariam et Maneria predicta pertinentibus; ac prefatus Walterus Episcopus et Predecessores sui, Episcopi Loci predicti, semper hactenus a tempore confeccionis Carte predicte Capellariam predictam et Maneria predicta cum terris, decimis etc. (*ut supra*), pacifice tenuerint, ut dicitur; Nos, concessionem predictam manutenere volentes, ut tenemur, vobis prohibemus ne ipsum Episcopum super Capellaria predicta, Collacionibus Prebendarum, libertatibus, aut liberis consuetudinibus, seu aliis quibuscumque ad Capellariam et Maneria predicta virtute Carte predicte spectantibus, trahatis in Placitum in Curia Christianitatis, nec aliquid in hac parte attemptetis, seu per alios attemptari faciatis, quod in enervacionem Carte predicte cedere valeat quoquo modo. Et si quid hactenus, per vos aut vestros, in hac parte minus rite attemptatum fuerit, id, sine dilacione, faciatis, exigente Justicia, emendari.—Teste Rege, apud Westmonasterium, xxx die Junii, Anno Regni nostri quartodecimo [1321].

—Et memorandum quod consimile Breve in forma directum fuit Archidiacono Cicestrensi, et ejus Officiali, ac eorum Commissariis, sub eadem data. Et fuit Breve, directum Episcopo, etc., traditum Magistro Roberto de Derbi, Officiali suo, in Ecclesia de Boseham, secundo die Julii, Anno Domini M° CCCmo xxj°; et aliud Breve traditum fuit Magistro Willelmo de la Leyne, Officiali Archidiaconi Cicestrensis, eodem die.

—Rex Venerabili in Christo Patri, J[ohanni], eadem gracia Episcopo Cicestrensi, et ejus Officiali, ac eorum Commissariis, salutem.—Cum Ecclesia de Boseham, quam Venerabilis Pater, Willelmus, Exoniensis Episcopus tenet de fundacione Progenitorum nostrorum, quondam Regum Anglie, Libera Capelle nostra existat, et a tempore dicte Fundacionis semper hactenus ab omni Jurisdiccione Ordinaria, sicut cetere Libere Capelle nostre, exempta esse consueverit penitus et immunis, ut dicitur; vos nichilominus hujusmodi Jurisdiccionem in eadem Ecclesia excercetis jam de novo, in nostri et ipsius Episcopi prejudicium, necnon libertatis Capelle nostre predicte derogacionem manifestam. Et, quia nolumus quod nobis seu ipsi Episcopo prejudicetur, aut eciam libertati predicte Capelle nostre derogatur in hac parte, vobis mandamus quod, si ita est, tunc ab hujusmodi Jurisdiccione in eadem Ecclesia excercenda desistatis. Et si quid quod in nostri seu dicti Episcopi prejudicium, aut libertatis predicte derogacionem cedere valeat per vos in hac parte indebite fuerit attemptatum, id sine dilacione corrigi faciatis; ne querela ad nos inde perveniat iterata.—Teste Rege, apud Dovorriam, xxiij die Maij, Anno Regni nostri sexto [1313].—Hoc Breve traditum fuit predicto Magistro Roberto, predicto die, apud Boseham.

[Another Royal Letter—"Prohibicio Regis super Jurisdiccione Boseham"—addressed to the Bishop of Chichester and to the same effect, without date, but, issued, evidently, in 1314, will be found on fol. 86.

—MEMORANDUM quod die Sabbati in Vigilia Sancti Michaelis (28 Sept.), Anno, etc. CCC^mo quarto decimo, apud Eboracum, tradita fuit quedam Peticio per Dominum Exoniensem Episcopum Domino Roberto de Bardlebi, ad Cancellariam Domini Regis, ipsius Regis sigillo privato signata, sub hac forma.—Here follows a Letter from the King to the Bishop of Chichester, to the same effect as the above, and, also, without date; and the MS. proceeds thus:—"Et postea, presente nichilominus Cancellario coram Rege, in Palacio Episcopali apud Eboracum, die Lune in crastino Sancti Michaelis (30 Sept.), anno quo supra, Rex precepit eidem Cancellario quod fieret sub forma predicta. Et fuit dicta Peticio expedita et Breve optentum sub eadem forma, de verbo ad verbum; unum, videlicet, ad Episcopum Cicestrensem, et ejus Officiali ac eorum Commissariis, et aliud ad Archidaconum Loci, et Officiali suo ac eorum Commissariis: sub Teste apud Eboracum, secundo die Octobris, Anno Regni sui octavo [1314].—Et memorandum quod Dominus Johannes de Sendale erat tunc Cancellarius Regis; et fuerunt Brevia duplicata. Postea, in proximo Parliamento, Londoniis, fuit dicta Prohibicio, eo quod asserebat simpliciter Capellariam de Boseham esse Liberam Capellariam Regis, revocata, et alia concessa, que scribitur in iiij folio quaterni proximi[1]; fol. 88].

fol. 14. *Processus habitus in Curia Domini Regis contra Archidiaconum Cicestrensem et ejus Officialem, super libertate Ecclesie seu Capelle de Boseham:—*

Prohibicio,—

Edwardus, Dei gracia Rex Anglie, Dominus Hibernie, et Dux Aquitanie, Magistro Roberto Leyset, Archidiacono Cicestrensi, et Roberto de Enderby, Officiali suo, ac eorum Commissariis, salutem,—Cum Ecclesia de Boseham sit Libera Capella nostra, et a Jurisdiccione, precipue quantum ad Chorum et Prebendas Ecclesie illius, ac personas Prebendariorum Prebendarum illarum et Ministrorum Ecclesie predicte, exempta penitus et immunis, ut dicitur, ac vos in Choro et Prebendis Ecclesie predicte ac in personis Prebendariorum Prebendarum illarum et Ministrorum Ecclesie predicte Jurisdiccionem Ordinariam exercere nitamini, ut intelleximus, unde plurimum admiramur; vobis prohibemus, firmiter injungentes quod, si ita est, tunc in Capella predicta, vel in Choro seu Prebendis Ecclesie illius, aut personis Prebendariorum Prebendarum illarum, sive Ministrorum Capelle predicte, Jurisdiccionem hujusmodi nullatenus exerceatis, nec in nostri aut immunitatis prefate Libere Capelle nostre, aut Prebendariorum sen Ministrorum predictorum prejudicium quicquid indebite facere presumatis; et si quid hujusmodi in premissis feceritis, id sine dilacione aliqua revocetis.—Teste meipso, apud Westmonasterium, xvij die Marcii, Anno Regni nostri octavo [1314-15]; 14.

Attachiamentum,—

—Rex Vicecomiti Sussexie salutem.—Pone per vadium et salvos plegios Magistrum Robertum Leyset, Archidiaconum Cicestrensem, et Robertum de Endreby, Officialem ejus, quod sint coram nobis a Die Pasche in xv dies, ubicumque tunc fuerimus in Anglia, ostensuri quare, cum Ecclesia de Boseham sit Libera Capella nostra, a Jurisdiccione Ordinaria, precipue quantum ad Chorum et Prebendas Ecclesie illius, ac personas Prebendariorum Prebendarum illarum et Ministrorum Ecclesie predicte, ac in personis

---

[1] i.e. fol. 106, where the two Documents printed immediately below are entered,—(1) "*Prohibicio Boseham* (17 March, 8 Edw. II.),—(2) *Attachiamentum contra Archidiaconum Cicestrensem* (6 March, 8 Edw. II).

Prebendariorum Prebendarum illarum et Ministrorum Ecclesie predicte Jurisdiccionem Ordinariam exercere presumpserunt, in nostri contemptum et Regie Dignitatis nostre prejudicium manifestum, et contra Prohibicionem nostram. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc Breve.—Teste meipso, apud Westmonasterium, vj die Marcii, Anno Regni nostri octavo [1314-15].

Placita coram Domino Rege de Termino Sancte Trinitatis, Anno nono: Rotulo cix°:—

Magister Robertus Leyset, Archidiaconus Cicestrensis, et Robertus de Endreby, Officialis ejus, attachiati fuerunt ad respondendum Domino Regi de Placito quare, cum Ecclesia de Boseham sit Libera Capella Domini Regis, et a Jurisdiccione Ordinaria, precipue quantum, etc. (*ut supra*), Jurisdiccionem Ordinariam exercere presumpserunt, in Regis contemptum, etc. (*ut supra*); et unde Dominus Rex, per Johannem de Nortone, qui sequitur pro eo, dicit quod, cum Ecclesia de Boseham predicta sit Libera Capella Domini Regis, a Jurisdiccione Ordinaria, precipue, etc. (*ut supra*), exempta penitus et immunis et predicti Archidiaconus et Officialis ejus Jurisdiccionem Ordinariam etc. (*ut supra*), per se et suos, nomine ipsorum, presumpsissent exercere, propter quod Prohibicio Regia eisdem Archidiacono et ejus Officiali missa fuit, pro ipso Domino Rege, et eisdem liberata, videlicet, die Jovis (*sic*) in Festo Sancti Laurencii, Anno Regni Regis nunc octavo [10 Aug., 1314], apud Cakham, per Willelmum de Watergate, in presencia Ricardi de Kilryngtone et Ricardi de Otery, ne hujusmodi Jurisdiccionem Ordinariam exercerent in eadem, predicti Archidiaconus et ejus Officialis, non obstante Prohibicione Regia predicta, eandem Ecclesiam, que Libera Capella Regis est, exempta et immunis, ut predicitur, ingressi sunt, et Jurisdiccionem Ordinariam in eadem exercere presumpserunt, visitando Chorum et Ministros Chori in Choro, et sequestrando bona Canonicorum in Prebendis suis, videlicet Dominorum Thome de Stapeldone, Roberti Herewarde, et aliorum Canonicorum ibidem, et tenendo et celebrando in eodem Choro Capitula, et alias diversas injurias in hac parte attemptare presumpserunt, et de die in diem attemptare presumunt, in derogacionem libertatis Capelle ejusdem Regis, et Regie Dignitatis sue prejudicium, et contemptum ipsius Domini Regis mille libris; et hoc offert verificare pro ipso Domino Rege, etc. Et predicti Archidiaconus et ejus Officialis, per Thomam de Shawe, attornatum suum, venerunt et defenderunt vim et injuriam, et quicquid est in contemptum et prejudicium Domini Regis, etc. Et dicit quod nullam Jurisdiccionem Ordinariam in predicta Ecclesia, in Regis prejudicium seu contemptum et contra ejusdem
fol. 14b. Regis Prohibicionem, exercuerunt seu attemptare presumpserunt, quia dicit quod predicta Ecclesia, que predictus Johannes de Nortone dicit esse Capella Libera Regis, est Parochialis Ecclesia et animabus curata, et infra limites sui Archidiaconatus; et quod ipse tempore quo Episcopus Cicestrensis sibi predictum Archidiaconatum conferebat, invenit Archidiaconatum suum seisitum de Jurisdiccione Ordinaria, etc.; et quod omnes predecessores sui Archidiaconi seisiti fuerunt, etc., et Jurisdiccionem Ordinariam, sine interrupcione, exercuerunt in Ecclesia predicta, ut in Parochiali Ecclesia et animabus curata, et infra limites, etc. Et ipse, et Officialis suus predictus, Jure Ordinario, prout predecessores sui, fecerunt et exercuerunt, et non in contemptum Domini Regis, sicut eis imponitur. Et de hoc ponit se super Patriam. Et predictus Johannes de Nortone, qui sequitur pro Domino Rege, dicit quod predictus Archidiaconus, seu ejus Officialis, non dedicunt quin predicta Ecclesia sit Libera Capella Domini Regis, et cognoscunt quod Jurisdiccionem Ordinariam exercuerunt in eadem; et petit judicium, etc.—Dies datus est eis, etc., a die Sancti Hillarii in xv dies, ubicumque, etc. Ad quem diem predictus Johannes de Nortone, qui sequitur pro Domino Rege, et, eciam, Robertus Leyset, Archidiaconus, et ejus Officialis, per predictum Thomam de Shawe, attornatum suum, etc. venerunt. Et predictus Robertus et ejus Officialis nichil ostendunt quare Jurisdiccionem Ordinariam, ut premittitur, exercere debeant, nec dedicunt

quin predicta Ecclesia de Boseham sit Libera Capella Regis, et a Jurisdiccione Ordinaria, precipue quantum ad Chorum, etc. (*ut supra*), exempta penitus et immunis, ut plenius supradictum est, etc. Unde idem Johannes de Nortone petit judicium pro Domino Rege de recognicione sua predicta, etc. Et predictus Archidiaconus et ejus Officialis, per predictum attornatum suum, dicunt, ut prius, quod omnes predecessores sui Archidiaconi, etc. in predicta Ecclesia etc. (*ut supra*), semper Jurisdiccionem Ordinariam supradictam, ut in Visitacionibus, Correccionibus, Citacionibus, Sequestracionibus, et aliis que ad Officium Archidiaconi, tam in dicta Ecclesia quam in aliis Ecclesiis Parochialibus, et infra limites eorum Archidiaconatus, pertinuerunt, faciendis, pacifice et sine interrupcione exercuerunt, et ex quo ipse Archidiaconus invenit predictum Archidiaconatum suum seisitum de hujusmodi Jurisdiccionibus ; petit judicium si Dominus Rex accionem habere debeat versus eum conquerendi de aliqua injuria sibi facta in tempore suo, etc. ; ex quo predicta Ecclesia de Boseham est Ecclesia Parochialis et animabus curata, ut predictum est, et omnes Archidiaconi, predecessores sui Archidiaconi, etc., Jurisdicciones Ordinarias in dicta Ecclesia, ut in Ecclesia Parochiali, etc., exercuerunt, prout ipse paratus est verificare per patriam,[1] vel prout Curia, etc.—Dies datus est eis, etc., a Die Pasche in xv dies, ubicumque etc., salvis racionibus ex utraque Parte proponendis, etc. Postea, ad prefatam xv Pasche, predictus Johannes de Nortone, qui sequitur pro Domino Rege, venit, et predicti Archidiaconus et ejus Officialis, per Thomam de Shawe, attornatum, etc., similiter venerunt. Et dies datus est eis in Octabis Sancte Trinitatis, ubicumque, etc.—Postea, in Octabis Sancte Trinitatis, Anno Regni Regis nunc decimo [1317], predictus Johannes de Nortone, qui sequitur etc., et predicti Archidiaconus, etc., per Thomam de Shawe, etc., similiter venerunt. Et datus est eis dies a die Sancti Michaelis in xv dies, etc.—Postea a die Sancti Michaelis, xv dies, Anno Regni Regis nunc undecimo [1317], predictus Johannes de Nortone . . . venit et predicti Archidiaconus, etc. . . . venerunt, et datus est etc. a die Sancti Hillarii, etc., salvis racionibus, etc. Ad quem diem predictus Johannes etc., venerunt, et datus est eis dies a Die Pasche in tres septimanas, etc. Ad quem diem predictus Johannes de Nortone, etc., venerunt, et datus est eis dies in Octabis Sancti Johannis Baptiste, etc. Ad quem diem Ricardus de Nortone, etc. venerunt, et datus est, etc., in Octabis Sancti Michaelis, etc. Ad quem diem predictus Ricardus, etc., venerunt,
fol. 15. etc., et datus etc. in Octabis Sancti Hillarii, etc. Ad quem diem Adam de Fyncham, qui sequitur pro Rege, etc. . . venerunt, et datus est eis dies a Die Pasche, etc. Postea, continuato inde Processu usque in Quindenam Sancte Trinitatis, Anno Regni, etc., duodecimo [1319], etc. ; ad quem diem predictus Adam, et predicti Archidiaconus, etc., venerunt, et quesitum est ab eis si aliquid ulterius dicere velint pro Parte sua, etc., quam prius dixerunt etc. ; qui, quidem, Archidiaconus dicit, ut prius, quod Ecclesia de Boseham est, etc. (*ut supra*). Dicit, insuper, quod predicta Ecclesia, quam Dominus Rex dicit esse Capellam suam Liberam, non est in possessione Domini Regis, immo in possessione Episcopi Exoniensis, jure perpetuo Ecclesie sue Exoniensis, qui quidem Episcopus est Patronus ejusdem, et dat Prebendas in eadem, etc. Per quod dicit quod ipse non est transgressus erga ipsum Dominum Regem in aliquo, etc., eo quod ipse nichil aliud fecit nisi quod Jurisdiccionem Ordinariam exercuit, prout predecessores sui fecerunt, etc. Et predictus Adam qui sequitur etc., dicit quod, cum predicti Archidiaconus et ejus Officialis superius allegavit predictam Ecclesiam de Boseham esse Parochialem et animabus curatam, et quod ipse, et predecessores sui Archidiaconi etc., Jurisdiccionem Ordinariam sine interrupcione exercuerunt in eadem, et non in contemptum Regis, etc. ; et modo asserunt predictam Ecclesiam

---

[1] "*per patriam se defendere* — genus defensionis qua accusatus vel reus judicio totius patriæ se submittit (*D'Arnis*).

non esse in possessione Domini Regis, immo in possessione Episcopi Exoniensis, Patroni ejusdem, etc.; que, quidem, Responsio alium exitum exigit quam Responsio precedens. Petit Judicium si ad utrasque Responsiones que diversos exitus exigunt se tenere possint, etc. Et super hoc datus est dies eis, coram Rege, a die Sancti Michaelis in xv dies, ubicumque etc. Et quia Curia Regis vult cerciorari super jure Regis per Librum de Domesday de libertate Capelle predicte, si, etc., mandatum est Thesaurario et Baronibus de Scaccario quod, scrutato Libro de Domesday, id quod inde inveniri contigerit Regi distincte et aperte mittant, ad prefatum Terminum, ubicumque etc. Ad quem diem datus est dies Partibus, coram Rege, a die Sancti Hillarii in xv dies, etc. Et deinde datus est dies Partibus a Die Pasche in tres septimanas, coram Rege, etc., Anno Regni Regis nunc duodecimo [1319]. Et, sicut prius mandatum est tam Thesaurario et Baronibus de Scaccario quam Thesaurario et Camerario, etc., quod, scrutato Libro de Domesday, et similiter Libro Feodorum aliisque evidenciis, Ecclesiam de Boseham tangentibus, id quod inde inveniri contigerit Regi mittant ad prefatum Terminum, ubicumque etc. Ad quem diem predicti Thesaurarius et Camerarius miserunt recordum Libri de Domesday, sub hiis verbis.

Inter Terras Regis in Comitatu Sussexie.—Nota Domesday.[1]

Rex Willelmus tenet in dominio Boseham. Godwynus[2] Comes tenuit; et tunc erant lvj et dimidia: pro[3] xxxviij hidis geldavit, et modo similiter. Terra est. In dominio sex[4] caruce et xxxix villani, cum l bordellariis,[5] habent xix carucas. Ibi Ecclesia et xvij servi, et viij molini de iiij[or] libris xxx denariis minus. Ibi due piscarie de viij solidis et x denariis. Silva de vj porcis. Ad hoc Manerium pertinent[6] xj hage in Cicestre tempore Regis Edwardi, que reddebant[7] iiij solidos[8] iiij denarios. Modo habet Episcopus x de illis a Rege; et modo est una in Manerio. Totum Manerium tempore Regis Edwardi et post valuit xl libras. Modo similiter xl libras. Tamen reddit l libras ad arsuram et pensum, que valent lxxv[9] libras. De isto Manerio habet Engeler duas hidas de Rege; et ibi habet j carucam et j bordellarium.[10]

Inter Terras Osberti Episcopi in Comitatu predicto.[11]

Osbertus[12] Episcopus tenet de Rege Ecclesiam de Boseham, et de Rege Edwardo tenuit. Huic Ecclesie pertinebant cxij hide; modo sunt foris xlvij. Hugo, filius Ranulphi, tenet xxx hidas, et Radulphus Kaysuedde[13] xvij hidas, quando Osbertus[12] recepit se defendit Ecclesia pro lxv hidis, et modo
fol. 15b. similiter. Terra est. In dominio sunt due caruce et xxj villani cum xviij bordellariis[5] habent viij carucas. Ibi tres molini de xiiij solidis, et xij acre prati, et j salina de ij solidis, et j haga de viij denariis. Malgerus tenet de terra hujus Ecclesie xij hidas, pro j. Manerium Turneye[14] vocatur, et geldat pro viij hidis. Ibi habet xxxij villanos cum viij carucis. De eadem terra Ecclesie habet Radulphus j hidam. Quidam Clericus j hidam; et quatuor Clerici j hidam communiter. Ipsi habent iij carucas in dominio, et iij villanos et x bordellarios[15] habentes j carucam et dimidiam, et Ecclesia et presbiteri[16] ibi et duo servi et j haga de viij denariis. Toto[17] tempore Regis

---

[1] These Extracts were not very carefully made as the following results of collation with the original will shew. Ecclesia is spelt Œcclesia, throughout [W. D. M.]
[2] Goduinus.
[3] *et* pro.
[4] *sunt* sex.
[5] bord[ariis].
[6] pertin[uerunt].
[7] "reddebit," MS.
[8] vii solidos.
[9] lxv.
[10] bord[arium].
[11] Terra Osberni Episcopi.
[12] Osbernus.
[13] Radulfus de Caisned.
[14] Tornei.
[15] bord[arios].
[16] presbiter.
[17] Totum.

Edwardi valebat[1] ccc libras, et post l libras. Modo xvj libras x[2] solidos quod Episcopus tenet, et tamen habet de firma xx solidos plus. Quando[3] Malgerus tenuit vj libras valebat[1] et tamen habet l solidos plus. Quod alii tenent iiij^or libras et xv solidos valet. Decimam Ecclesie Clerici tenent, et valet[1] xl solidos. Tempore Regis Edwardi pertinebat huic Manerio j hida in Shenore.[4] Modo tenet Warinus, homo Rogorii[5] Comitis.

Sussexia: *Thesaurarius et Barones de Scaccario miserunt recordum Libri Feodorum, sub hiis verbis*:—

In Libro Feodorum de Scaccario, in quinto folio a principio Comitatus Surrie. —Isti tenent de Episcopo Exoniensi de Capellaria de Boseham: Ricardus de Grenstede tenet duo feoda Militis in Thorneye de eodem Episcopo. Nicholaus de Wancy duo feoda in Wollamintone de eodem Episcopo.[6] Philippus de Croft ij feoda Militis in Elnestede de eodem Episcopo. Radulphus la Falleyse tenet unum feodum Militis in Stoke de eodem Episcopo. Ricardus de Prestone tenet dimidium feodi Militis, in Prestone de eodem Episcopo.

Item, in nono folio in eodem Libro sic continetur: Isti tenent de Episcopo de Capellaria de Boseham:—Ricardus de Grenstede tenet ij feoda Militis in Thorneye de eodem Episcopo. Nicholaus Wancy tenet ij feoda Militis in Wollamintone de eodem Episcopo. Philipus de Croft tenet ij feoda Militis in Elnestede de eodem Episcopo. Radulphus de la Faleyse tenet j feodum Militis in Stoke de eodem Episcopo. Ricardus de Prestone tenet dimidium feodi Militis in Prestone de eodem Episcopo.

Item, in folio xv^o in eodem Libro sic continetur: Episcopus Exoniensis tenet de Domino Rege de Capellaria de Boseham viij feoda Militis et dimidium. Unde Ricardus de Thorneye tenet duo feoda Militis, ex antiquo tempore. Robertus de Elnestede ij feoda Militis. Nicholaus de Wanci ij feoda Militis. Ricardus de Barentyn j feodum Militis. Ricardus de Prestetune dimidium feodi Militis.

Veredictum de Boseham:—

Dominus Rex Willelmus, qui venit ad Conquestum Anglie, dedit Manerium de Boseham Willelmo filio Augeri et heredibus suis ad feodi firmam, reddendo inde annuatim ad Scaccarium xlij libras argenti arsas et ponderatas pro omni servicio; et sic tenuit, tota vita sua, Manerium illud, et heredes sui. Et, postea, Willelmus Marescallus tenuit Manerium illud hereditarie, reddendo inde predictam firmam, scilicet xlij libras, ad Scaccarium Domini Regis, arsas et ponderatas. Rex, autem, Henricus Primus arentavit ad Scaccarium suum xxx solidos de predicta firma pro escambio quod fecit Willelmo filio Ernulphi de terra de Bradebrugge, pro terra in qua sita est Abbathia Sancte Marie de Prato, apud Rotomagum, et v solidos, quos idem Rex dedit cuidam Willelmo in elemosinam.

Mandaverunt, eciam, transcriptum cujusdam Placiti, nuper coram Justiciariis Domini Regis de Banco habiti, ad majorem evidenciam, in hec verba[7]:—

Placita apud Westmonasterium[8] coram Johanne de Metyngham et Sociis suis, Justiciariis Domini Regis[9] de Banco, de[10] Termino Sancti Hillarii, Anno Regni Regis Edwardi, filii Regis Henrici, decimo octavo [1289-90]. — Sussexia:

---

[1] "valebit," MS.

[2] *et* x.

[3] Quod . . . ten[et] . . . val[et].

[4] Icenore.

[5] Rogerii.

[6] *See* Vol. I. (Reg. Bronescombe), p. 97. I take this opportunity of correcting a slip, kindly pointed out to me by Sir John Maclean. "*Comitatus* de Gloucestria" should not have been rendered "Gloucestershire." I was unable, at the time, to identify "Wolaumptone," which turns out to be Wollavington in Sussex.

[7] There is a second Copy of this Document on fol. 138^b, with a few various readings which will be found below.

[8] *apud Westmonasterium*]. Omitted.

[9] *Domini Regis*]. Omitted.

[10] *in Rotulo* de.

—Rogerus le Bigod, Comes Norfolchie et Marescallus Anglie, summonitus fuit ad respondendum Petro, Episcopo Exoniensi, de Placito quare ipse, simul cum Willelmo de la Lane, Willelmo atte Hoke, juniore, Rogero le Prunere,[1] et Roberto le Scut, averia ipsius Episcopi cepit et injuste detinuit,
fol. 16. contra vadia et plegia, etc. Et unde predictus[2] Episcopus, per attornatum suum, dicit quod predictus Comes, simul cum predicto Willelmo et aliis, Die Dominica proxima ante Festum Ascensionis Domini, Anno Regni Domini Regis nunc sexto decimo [2 May, 1288], cepit duo jumenta ipsius Episcopi in Villa de Westyngtone, in quodam loco qui vocatur Godfelde, et illa fugavit usque Manerium suum[3] de Boseham, et ibidem injuste detinuit quousque etc. ; unde dicit quod deterioratus est et dampnum habet ad valenciam xl solidorum. Et inde producit sectam, etc. Et Comes venit et defendit vim et injuriam, quando, etc. ; et bene advocat predictam capcionem et juste ; quia dicit quod ipse tenet Hundredum de Boseham de Domino Rege ad feodi firmam, infra precinctum cujus Hundredi predicta villa de Westyngtone est. Et dicit quod, quia quidam Warinus porcarius, Laurencius messor, Rogerus Osewalde, Henricus le Aketour,[4] Willelmus Hingelonde,[5] Robertus Laurence, Willelmus Spirewike, Germanus le Portere, Willelmus Jakes, Rogerus Cosemere,[6] Ricardus Belleringere,[7] Warinus le Messer, Radulphus Osewalde, Johannes le Palmere, et Johannes Jakes, villani ipsius Episcopi manentes in quodam hameletto predicte ville de Estyngtone,[8] non venerunt ad letam quam ipse per Ballivos suos tenuit die Mercurii proxima post Quindenam Pasche, Anno secundo, apud Boseham, distrinxit ipse eos, scilicet unumquemque ipsorum, per unam bestiam. Et, quia predictus Episcopus[7] non fecit replegiari nisi predicta duo jumenta, ignorat ipse quorum jumenta illa sunt, etc. Et Episcopus, per attornatum suum, dicit quod ipse tenet Liberam Capellam Domini Regis de Boseham ad quam pertinet Manerium ipsius Episcopi de Chidham. Et dicit quod ipse et predecessores sui, a tempore quo non extat memoria, usi sunt quod carucarii, carettarii,[9] berkarii,[10] et omnes servientes ejusdem Manerii ad nullam letam predicti Comitis venire consueverunt, cum ipse infra idem Manerium habet decennarium et decennam[11] ad pacem Domini Regis de eisdem observandam. Et quod ita sit, petit quod inquiratur per patriam, etc.—Et Comes dicit quod predictus Episcopus nullum decennarium vel decennam in eodem Manerio habere debet, nec habuit, nisi jam tribus annis elapsis quod usurpavit sibi[12] super Regem et ipsum Comitem decennarium et decennam. Et quod omnes manentes infra predictum Hundredum debent venire ad illam letam, exceptis hiis qui ad visum franciplegii venire non debent. Et de hoc ponit se super Patriam. Et Episcopus similiter. Ideo preceptum est Vicecomiti quod venire faceret hic a Die Sancte Trinitatis in quindecim dies xij^{cim}, etc., per quos etc: et qui nec, etc., ad recognoscendum in forma predicta ; quia tam, etc. Postea, in crastino Sancti Martini, eodem anno, venit tam predictus Episcopus quam predictus Comes, per attornatos suos ; et similiter jurati, de consensu Parcium electi, qui dicunt super sacramentum suum quod predictus Episcopus tenet Capellam de Boseham, que est Libera Capella Domini Regis, et Manerium de Chidham simul cum hameletto de Westyngtone, quod est membrum ejusdem Manerii, que pertinent[13] Capelle predicte ex Collacione Regum Anglie, Progenitorum Domini Regis nunc : in quo, quidem, Manerio idem Episcopus habet quosdam libere tenentes et quosdam villanos, qui faciunt sectam ad Hun-

---

1 *le Prunere*]. Pruner.
2 *predictus*]. idem.
3 *suum*]. Omitted.
4 *Aketour*]. Akatour.
5 *Hingelonde*]. Ingelond.
6 *Cosemere*]. Gosemere.
7 *Belleringere*]. Belleringe.
8 *Estyngtone*]. Westyngtone.
9 *carettarii*]. Omitted.
10 ploughmen—carters—shepherds.
11 a tithing man—a tithing.
12 *usurpavit sibi*]. ipse usurpavit.
13 *que pertinent*]. quod pertinet.

dredum predictum de Boseham.[1] Dicunt, eciam, quod idem Episcopus habet in Westyngtone, quod est membrum predicti Manerii de Chidham, quosdam parvos tenentes, quorum quilibet tenet tres acras terre; et sunt pro eisdem tenentibus operarii officinarii, sicut messarii, bercarii, porcarii, trituratores, et hujusmodi. Et dicunt quod isti parvi tenentes veniunt, bis per annum, coram Ballivo ipsius Episcopi, de Chidham, ad visum suum tenendum, scilicet post Pascha, et post Festum Sancti Michaelis, et ibidem per decennarium suum presentant ea que presentanda sunt; et ibidem coram Ballivo illo de transgressionibus in visu illo inventis fiunt correcciones. Quesiti[2] si predictus Warinus, et alii parvi tenentes ipsius Episcopi, de Westyngtone, factus sit per Ballivum ipsius Episcopi, aut per eleccionem parvorum tenencium predictorum, dicunt per eleccionem; ita quod quam cito aliquis electus fuerit in decennarium ex officio terre
fol. 16b. sue pertinente debet esse decennarius et messor. Et bene dicunt quod idem Episcopus et Predecessores sui hac eadem libertate in predicto hameletto de Westyngtone usi sunt a tempore quo non extat memoria. Et quia ex veredicto isto sequitur quod predictus Comes injuste cepit averia predicta, consideratum est quod predictus Episcopus recuperet dampna sua que taxantur ad duos solidos: et predictus Comes in misericordia. [Bishop Grandisson has written on the margin (fol. 138b), "De Boseham et Chudham, contra Comitem Marescallum."]

—Miserunt eciam coram Rege Cartam Domini Henrici Regis, in hec verba. [There is a copy of this Charter in Bishop Bronescombe's Register, fol. 10. —*See* Vol. I., page 33].

Et modo venit Adam de Fyncham, qui sequitur pro Domino Rege, et predictus Magister Robertus Archidiaconus, et eciam ejus Officialis, per attornatum suum venerunt. Et predictus Adam petit quod ex quo tante evidencie hic pro Domino Rege ostenduntur, et per quas liquere potest Curie dictam Capellam esse Liberam, quod ipsi respondeant Domino Regi utrum Capella predicta sit Libera necne. Et predicti Magister Robertus, Archidiaconus, et Robertus dicunt quod ad hoc non habent necesse ad presens respondere, nisi tantummodo ad excusandum transgressiones per Dominum Regem eis impositas, etc. Et dicit, ut prius, idem Archidiaconus quod Ecclesia de Boseham est Ecclesia Parochialis etc. (*ut supra*); et quod ipse, tempore quo Episcopus Cicestrensis sibi predictum Archidiaconatum conferebat, invenit predictum Archidiaconatum suum seisitum de hujusmodi Jurisdiccione Ordinaria, etc.; et ipse [et] omnes predecessores sui Archidiaconi, a tempore quo non extat memoria, seisiti fuerunt, etc., et Jurisdiccionem Ordinariam, sine interrupcione, semper hucusque exercuerunt, etc. (*ut supra*); et dicit quod ipse percipit de eadem Ecclesia, annuatim, nomine Procuracionis, unam marcam argenti; et ipse, et Officialis suus predictus, Jurisdiccionem Ordinariam, prout predecessores sui, exercuerunt, et non in contemptum Regis, etc.; et de hoc ponit se super Patriam. Et predictus Adam, qui sequitur pro Rege, petit quod ex
fol. 17. quo predicti Archidiaconus et ejus Officialis non dedicunt quin predicta Ecclesia sit Libera etc. (*ut supra*), petit Judicium pro Domino Rege precise. Et super hoc datus est eis dies a Die Sancte Trinitatis in xv dies, etc. ad quem diem, etc.; et datus est eis dies a die Sancti Michaelis, etc. Postea, ad diem illum venit predictus Adam, qui sequitur pro Domino Rege; et similiter predicti Archidiaconus, etc. . . . et predicti Archidiaconus, etc., petiverunt ut prius verificare per patriam quod ipsi et predecessores sui, etc. (*ut supra*). Et predictus Adam . . . dicit quod predicta Capella a tempore quo non, etc. (*ut supra*) et hoc petit similiter verificare pro Rege, etc.; ita, videlicet, quod quandocumque idem Dominus

---

[1] *predictum de*]. predicti Comitis in.

[2] A clause is omitted here—"Quesiti si predicti Warinus et alii parvi tenentes ipsius Episcopi, de Westyngtone, aliquam sectam faciunt, seu facere consueverunt, ad Hundredum predicti Comitis, de Boseham, dicunt quod non."

Rex poterit cerciorari super immunitate Capelle, etc. aliter per recordum seu per alia munimenta seu evidencias quovismodo, tam ante verificacionem patrie quam post, quod verificacio illa non cedat in prejudicium, etc., set semper jus ipsius Domini Regis sibi in premissis salvetur. Ideo preceptum est Vicecomiti quod venire faceret coram Rege a die Sancti Hillarii in xv dies, ubicumque, etc. xxiiij^{or}, etc., quorum octo sint Milites gladio cincti, etc. Postea, a Die Pasche in tres septimanas, Anno Regni Regis nunc quarto decimo [1321], venit predictus Adam de Fyncham . . . . et similiter predicti Robertus Archidiaconus et ejus Officialis per Hugonem de Farndone, attornatum suum ; et similiter jurati venerunt, qui dicunt super sacramentum suum quod apud Boseham, in Choro Ecclesie, sunt sex Canonici Seculares, habentes sex Prebendas divisas. Et dicunt quod Episcopi Exonienses, ex concessione Regum Anglie, Progenitorum Regis nunc, conferunt Prebendas illas, et Canonicos instituunt, installant, et destituunt cum fuerint destituendi, et hoc propria auctoritate. Et quod predicti Canonici, seu eorum Prebende, bona sua propria Prebendarum illarum, vel eorum Ministri in Choro Ecclesie de Boseham ministrantes, nunquam per aliquem Archidiaconum Cicestrensem, predecessorem dicti Archidiaconi qui nunc est, visitati fuerunt; nec aliquam Jurisdiccionem in eis exercuerunt, quousque Dominus Archidiaconus et ejus Officialis qui nunc sunt, tempore suo, primo Jurisdiccionem Ordinariam in predictis Choro, Canonicis, Ministris, et Prebendis exercuerunt. Et dicunt quod unus predictorum Canonicorum tenet Prebendam que vocatur Prebenda Parochialis et Vicariam in corpore Ecclesie confert, et Vicarium constituit ; qui, quidem, Vicarius curam animarum Parochianorum, in Corpore Ecclesie, extra Chorum habet. Et in eodem Vicario et Parochianis, ac in Corpore dicte Ecclesie, extra Chorum, predictus Magister Robertus Archidiaconus, et predecessores sui Archidiaconi Cicestrenses, Jurisdiccionem Ordinariam exercuerunt. Et super hoc dies datus est Partibus de audiendo judicio suo, coram Rege, a die Sancte Trinitatis in xv dies, ubicumque, etc. Et deinde datus est eis dies, coram Rege, a die Sancti Hillarii in xv dies, ubicumque, etc. de audiendo judicio suo, etc. Et deinde datus est eis dies, coram Rege, a Die Pasche in tres septimanas, ubicumque, etc. de audiendo judicio suo, etc. Et deinde datus eis dies, coram Rege, a die Sancti Michaelis in xv dies, ubicumque, etc., de audiendo judicio suo etc. Ad quem diem predictus Adam, qui sequitur pro Domino Rege, venit, et predicti Archidiaconus et ejus Officialis similiter venerunt. Et, quia per Inquisicionem predictam, in quam predicti Robertus, Archidiaconus, et ejus Officialis, se posuerunt, compertum
fol. 17^{b}. est quod Canonici Ecclesie predicte et eorum Prebende, bona sua Prebendarum illarum, seu eorum Ministri in Choro Ecclesie predicte de Boseham ministrantes, nunquam per aliquem Archidiaconum Cicestrensem, predecessorem predicti Archidiaconi qui nunc est, visitati fuerunt ; nec aliquem Jurisdiccionem Ordinariam in eisdem exercuerunt, quousque predicti Robertus Archidiaconus, et Robertus de Endreby, ejus Officialis, qui nunc sunt, tempore suo, primo Jurisdiccionem Ordinariam in predictis Choro, Canonicis, Ministris, et Prebendis, contra Prohibucionem Domini Regis, exercuerunt, consideratum est quod predicti Robertus Archididiaconus, et Robertus de Enderby, ejus Officialis, capiantur, etc. Et inhibitum est prefatis Archidiacono et ejus Officiali quod nullam Jurisdiccionem Ordinariam in predictis Choro, Canonicis, Ministris, et Prebendis, bonis et catallis Prebendarum predictarum, de cetero exerceant seu exercere presumant, etc.—Postea, a die Sancti Hillarii in xv dies, Anno xvj° [1322-3], venerunt predicti Archidiaconus, et ejus Officialis, et finem fecerunt cum Domino Rege ; prout patet per Rotulum Finium de Termino Sancti Hillarii predicto. [About a third (in the middle) of the page is left blank here].

Item, Processus habitus in eadem Curia contra Johannem, Episcopum Cicestrensem, super eodem :—

MEMORANDUM quod quedam Prohibicio directa fuit Johanni, Episcopo Cices-

trensi, Officialique suo, et eorum Commissariis, concordans de verbo ad verbum illi que scribitur supra, in principio istius quaterni, et que dirigitur Archidiacono et ejus Officiali Cicestrensi, etc. (*see* page 62).

Attachiamentum:—

Edwardus, Dei gracia Rex Anglie, etc., Vicecomiti Sussexie salutem.—Pone per vadium et salvos plegios Johannem, Episcopum Cicestrensem, et Robertum de Derby, quod sint coram nobis a Die Pasche in xv dies ubicumque tunc fuerimus in Anglia, ostensuri quare, cum Ecclesia de Boseham sit Libera Capella nostra et ab omni Jurisdiccione Ordinaria, precipue quantum ad Chorum et Prebendas Ecclesie illius, et personas Prebendariorum Prebendarum illarum, et Ministrorum Ecclesie predicte, ac bona Prebendarum earundem, exempta penitus, ut dicitur, et immunis. Et nos, pro eo quod prefati Episcopus et Robertus, in Capella nostra predicta, precipue in Choro, Canonicis, Ministris, et Prebendis Ecclesie predicte, ac bonis Prebendarum illarum, Jurisdiccionem Ordinariam exercere intenderunt, sicut ex relatu accepimus plurimorum, eisdem Episcopo et Roberto districte prohibemus ne aliquam Jurisdiccionem Ordinariam in eadem Capella nostra, precipue in Choro, etc., exercere, nec aliquid quod in nostri prejudicium aut libertatis Capelle nostre predicte lesionem cedere posset, aliqualiter attemptare presument. Et si quid per ipsos aut ministros suos indebite attemptatum esset in hac parte, id sine dilacione facerent revocari. Predicti
fol. 18. Episcopus et Robertus Jurisdiccionem Ordinariam in Capella nostra predicta, precipue in Choro, etc. exercuerunt, et alia nobis prejudicialia in hac parte eo amplius attemptaverunt, et adhuc attemptare non desistunt, ea que per ipsos et ministros suos in premissis sunt indebite attemptata revocare penitus differendo, in nostri et Juris nostri Regii prejudicium libertatisque Capelle nostre predicte lesionem manifestam, et contra Prohibucionem nostram. Et habeas ibi nomina plegiorum et hoc Breve.—Teste meipso, apud Newerke, secundo die Februarii, Anno Regni nostri sexto decimo [1322-3].

Placita coram Domino Rege, apud Eboracum, a die Sancti Johannis Baptiste in xv dies, Anno Regni Regis Edwardi, Filii Regis Edwardi, decimo septimo incipiente.—Inter Placita Regis.

Sussexia.—Johannes, Episcopus Cicestrensis, attachiatus fuit ad respondendum Domino Regi de Placito, quare, cum Ecclesia de Boseham sit Libera Capella Regis et ab omni Jurisdiccione Ordinaria, precipue quantum ad Chorum, etc. (*ut supra*), exempta penitus, ut dicitur, et immunis, et Rex, pro eo quod prefatus Episcopus in Capella Regia predicta, precipue in Choro, etc. (*ut supra*), Jurisdiccionem Ordinariam exercere intendit, sicut ex relatu accepit Rex plurimorum, eidem Episcopo districte prohibuerit Rex ne aliquam Jurisdiccionem Ordinariam in eadem Capella Regis, precipue etc. (*ut supra*) aliqualiter attemptare presumeret; et si quid per ipsum aut ministros suos indebite attemptatum esset in hac parte id sine dilacione faceret revocari,—predictus Episcopus, simul cum Roberto de Derby, Jurisdiccionem Ordinariam in Capella Regis predicta, precipue, etc. (*ut supra*) exercuit etc. (*ut supra*). Et unde idem Dominus Rex, per Adam de Fyncham, qui sequitur pro eo, dicit quod, cum Ecclesia de Boseham sit Libera Capella Regis, etc. (*ut supra*); et pro eo quod prefatus Episcopus in Capella Regia predicta, precipue, etc. (*ut supra*) Jurisdiccionem Ordinariam exercere intendit, Regia Prohibicio eidem Episcopo missa fuit, et liberata apud Cakham, die Jovis in Festo Sancti Laurencii, Anno Regis nunc octavo [10 Aug.(?), 1314], per Willelmum de Watergate, in presencia Ricardi de Kilringtone et Ricardi de Otery, ne hujusmodi Jurisdiccionem Ordinariam exerceret in eadem; idem Episcopus, non obstante Regia Prohibucione predicta, Jurisdiccionem Ordinariam in Capella Regis predicta exercuit, ut visitando Chorum, Canonicos, et Ministros Chori in Choro, et sequestrando bona Canonicorum in Prebendis suis, videlicet Thome de Stapeldone et Roberti Herewarde, et aliorum Canonicorum et Prebendariorum ibidem, et tenendo

Capitula sua in eodem Choro, citando Canonicos et Ministros ejusdem Chori ad veniendum coram ipso Episcopo, responsuros in Capitulis predictis, et eos suspendendo pro eo quod coram eo in Capitulis suis non comparuerunt, et alia Domino Regi prejudicialia,—videlicet, Episcopum Exoniensem, qui est ejusdem Capelle Decanus, excommunicando, et ipsum excommunicatum per totam Diocesim suam publice denunciando ; ea que per ipsum sunt indebite attemptata non revocando, set revocare differendo, etc., in prejudicium Regis et libertatis Capelle Regis predicte lesionem, et contra Prohibicionem Regiam, etc., in contemptum Domini Regis decem milium
—Elias de Sancto Albano, clerk, R.,—Dispensation: non-residence for two years from last Michaelmas (26 Oct, 1308); 36: (subdeacon), renewed and extended (27 March, 1309); 39b: further extended (23 Sept., 1310) till the following Easter, "ut libere intendere valeat obsequiis Domine Margarete, Comitisse Cornubie, ubicumque; ita quod extunc ad Ecclesiam suam redeat, facturus, ut tenetur, residenciam personalem in eadem"; 56b.—John de Carente, R.,—Dispensation: non-residence, to study, etc.; but he was to take subdeacon's Orders within the year (23 May, 1311); 61b.—*See* Cornubia, Sir Walter de (*Oratories*); 53b.

Bradstone,—

Walter de Bradestone, priest, R.,—Licence of non-residence for a year; "et dabit ad Fabricam Beati Petri Exonie dimidiam marcam (16 Aug., 1310); 54.

Braibroke, John de, inst. to Lapford; 169.

Braibroke, William de, inst. to Lapford; 152b: resigns; 169.

Brayleghe, Richard de, R. of "Fyncleghe"[2] (*see* Teffonte; 36b):

---

[1] "presentibus Domino Rogero de Boddeleghe, Johanne Holonde, Notario Publico, et parochianis pluribus Ecclesie memorate."

[2] Doubtless, a clerical error; he was R. of "Filleigh" at the time; 46.

inst. to St. Mullion; 44b: collated to a Portion in St. Gerrans; 49b: Proctor for John de Cloteworthe; 52: collated to Morchard-Bishop; 60b, 67b, 79b: Proctor for Walter de Mertone; 64: for Henry, R. of St. Gerrans; 65: exchanges Morchard-Bishop for St. Breoke; 83b: collated to a Prebend in the Cathedral and admitted (*in commendam*) to the Office of Penitentiary (Sub-Dean); 127, 175: exchanges St. Breoke for Exminster; 128b: appointed Vicar-General (*absente Episcopo*); 142: *see* St. Gerrans (*Inst.*); 47: Rome, Court of; 49: Glasney (*Inst.*); 72b, 76b: Bosham, Canons of; 85: Bodmin Priory; 89b: Cookbury; 107b: Otterton Priory; 114: St. Crantock (*Inst.*); 115b: Arundelle, de; 116b: Berry-Narbor; 120b.

Brandone, Robert de, inst. to the Prebend of Carswell in the Castle of Exeter; 70: to Dolton; 105, (*Ord.*) 235, 236: to Musbury; 117b.

Branel, Thomas de, inst. to St. Stephen's-in-Brannel; 36, (*Ord.*) 220, 221b.

Brankescumbe, Joceline de; L 190b, 195, etc.

Bratton-Clovelly,—

Master Robert Broke, R.,—Licence of non-residence till Michaelmas, 1323, to study "in loco competenti ultra mare vel alibi, pro libito suo" (1 July, 1322); 168: and again (subdeacon), for a year (24 Sept., 1324); 181b.

Bratton-Fleming [*see* "Institutions," note],—

William de Schireburne, R.,—Licence of non-residence, to study, etc. (9 Jan.,[1] 1308-9); 37b: renewed, 1 Feb., 1309-10, till the Feast of St. Peter-ad-Vincula (1 Aug.); 47.—Thomas le Flemyng, clerk, R.,—Dispensation: non-residence for two years, to study, etc. (1 May, 1311); 61: renewed, for three years from 30 Oct.,[2] 1312; 74b: again, till Michaelmas, 1317, from 5 Jan., 1315-16; 111: again (deacon), for a year from 6 Oct., 1317,—"et dabit ad Fabricam Exoniensem x solidos; 122b: again, (priest), for a year, from Michaelmas, to study, etc. (23 Sept., 1318),—"et dabit ad Fabricam x solidos"; 130: till Michaelmas, 1320 (21 Oct., 1319),—"et dabit ad Fabricam x solidos; 144b: again, from 28 Dec., 1320, till the Feast of St. Peter-ad-Vincula (1 Aug.); 154b:—Baldwin, son of Robert le Chariter (of Torrington), clerk, R.,—Dispensation: non-residence for a year, to study, etc. (6 July, 1321),—but he was to take subdeacon's Orders in the interval; 158b.

Braunton,—*Confessio*:—

MEMORANDUM quod vicesimo nono die mensis Decembris, Anno Domini Mo. CCCmo. xjmo, Dominus Andreas [Dagoun],[3] Vicarius Ecclesie de Brauntone, comparuit coram Domino Waltero, etc. in Capella dicti Episcopi de Tautone, et fatebatur se teneri eidem Domino, pure, sponte, et absolute, in quinque marcas argenti de arreragiis decem marcarum cujusdam annue Pensionis, de tempore Vacacionis[4] Decanatus Exonie per mortem Magistri

[1] vto Idus Januarii.

[2] die Lune in crastino Festi Apostolorum Symonis et Jude.

[3] *See* "Inst."; 146b.

[4] From the spring of 1309 till June, 1311.

Thome de Lecchelade, quondam Decani ibidem, racione Vicarie sue debitam,—presentibus Domino Petro de Honetone, presbitero, Ricardo Jagel, clerico, et aliis ; 66b.

Braunetone, Thomas de, inst. to Haccombe ; 42b : resigns ; 105 : inst. to Nymet-St.-George ; 104.

Brawoda, Stephen (Proctor for William) de ; 43 : admitted (*in commendam*) to Charleton ; 69 : he was R. of Alphington ; 69b, 125b (Institution not recorded) : inst. to Stoke-in-Teignhead ; 112 : *see* L 197, 211 ("ad reddendum compotum de exitibus minere . . . Regis") : his debt (£700) to Queen Margaret ; *ibid.*

Brawoda, Wm. de, collated (*by lapse*) to Charleton ; 43, 44, 169.

Bray, Benedict de, L 215.

Bray, Michael (*also*, Richard) de ; L 195b. *See* St. Cleer (*Inst.*)

Bray, Philip, "de Bertone," presented to Faringdon (*Hants*) ; 80.

Brendeluenne, Richard de ; L 195.

Brendone, John de, R. of Halwill ; (*Ord.*) 218.

Breamore Priory [Brummore, MS.], Hardinus, Prior of, *see* Comptone, Wm. ; 60b.

Brente, Richard de, inst. to the Chantry-Chapel of St. Mary Magdalene, Torrington ; 68b.

Brenta, Walter, inst. to North-Petherwin ; 116.

Brent Tor ; Dedication of the Church (*see* "Dedications" ; 145).

Brevannek, *see* St. Hilary ; 88.

Briane, Sir Guy de, presents to Slapton ; 53 : to Torbrian ; 120.

Briddale, William de, inst. to West Buckland ; 127, (*Ord.*) 239, 240, 240b.

Bridestowe [Brittestowe, MS.],—

Master Ralph de Knovyle, R.,—Licence of non-residence for a year, to study, etc. (3 Dec., 1312) ; 75.

—Master Gilbert de Knoville, priest, R.,—Licence of non-residence for a year, to study, etc. (15 Sept., 1321) ; 160.

Bridestowe, Jordan de, clerk ; 73b.—*See* Consistory Court ; 172b.

Bridford [Brideforde, MS.],—

John de la Burghe, clerk, R.—Dispensation: non-residence for three years, to study, etc. (17 Oct., 1312): He was to take subdeacon's Orders within the year 74.

—Walter de Lappeflod, clerk, R.,—Dispensation: non-residence for a year from Michaelmas, to study, etc. (21 Sept., 1318): he was to take subdeacon's Orders within the year; 130: renewed (subdeacon), for a like period (23 June, 1319) ; 141b: again, 2 Sept., 1320 ; 151: again, 28 Sept., 1321 ; 161 : again (deacon), for a year (20 Oct., 1322) ; 169: again (priest), 24 March, 1324-5 ; 184.

Brideforde, John de (*see* "Wills"—Gildeforde, Henry de) ; L 201b.

Bridgewater [Brugewaters *and* Bruggewalteri, MS.]; Hospital of St. John; Patrons of Davidstowe; 70: of Lanteglos-by-Fowey; 141.

Brigge, William atte, *see* atte Brigge; 155.

Britannia, John de,[1] *see* Pollard, William; 79.

Brixham [*also*, Brixam, MS.],—

Sir William. V. of,—Fr. Joceline, Prior of Totnes, appointed his coadjutor, 7 May, 1318.—The Rectory was appropriated to the Priory; 126b.

—*Ordinacio inter Priorem et Conventum Tottonie et Simonem, Vicarium de Brixham, super altercacione decimarum ejusdem Ecclesie,*—

Universis, etc., Walterus, etc.—Ad Universitatis vestre noticiam deduci volumus per Presentes quod, cum inter Religiosios Viros, Priorem et Conventum Monasterii Tottoniensis, Ecclesiam Parochialem et curatam de Brixham, nostre Diocesis, in usus proprios optinentes, ex parte una, et Dominum Simonem Stiria, presbiterum, Perpetuum Vicarium ejusdem Ecclesie, ex altera, super porcione ipsius Vicarii aliquatinus mota fuisset materia questionis, demum Partibus eisdem coram nobis, certis die et loco, libere constitutis, et expresse consencientibus, hinc et inde, quod ad taxandum seu ordinandum Vicariam eandem, in quibus videlicet porcionibus consistere debeat temporibus secuturis, actualiter procedere curaremus,—nos, pro bono pacis et certitudinis inter Partes easdem, quia dum pacem inter subditos nostros recoligimus, nostre cogitacionis intima magis consistere poterunt in quiete, hujusmodi Vicariam, de ipsarum Parcium voluntate unanimi et expresso consensu, subductis et revocatis quibuscumque Ordinacionibus seu Taxacionibus super dicta Vicaria a quibuscumque nostris Predecessoribus hactenus forsitan factis et habitis, quas, eciam, omnes et singulas tenore Presencium subducimus et revocamus, premissisque omnibus et singulis que in hac parte requiruntur de jure, pensatis nichilominus ipsius Ecclesie de Brixham facultatibus, modo quo subsequitur ordinandam duximus aut taxandam; videlicet, quod prefatus Dominus Simon, Vicarius—ut premittitur—qui nunc est, et sui successores Vicarii qui pro tempore erunt ibidem, habeant et percipiant, nomine Vicarie ipsius, mansum cum gardino quod jam inhabitat dictus Simon, totumque altilagium dicte Ecclesie de Brixham, et Capellarum ejusdem, excepta medietate decimarum feni tocius Parochie, et molendinorum omnium et singulorum hactenus constitutorum, et constituendorum, eciam, in posterum in eadem Parochia; quam quidem medietatem decimarum feni et molendinorum memoratis Priori et Conventui volumus remanere. Habeant, eciam, et percipiant iidem Dominus Simon et sui successores Vicarii, ut premittitur, nomine Vicarie predicte, totam decimam gardinorum et ortorum nunc in dicta Parochia constructorum, et gardinorum similiter et ortorum construendorum in posterum, eciam de terra nunc arabili, in Parochia antedicta; dum, tamen, hujusmodi gardini et orti forsitan construendi x perticatas terre in uno loco non excedant. Et, si decem perticatas terre, ut premittitur, excesserint in loco uno, tota tunc decima eorundem gardinorum et ortorum taliter forte construendorum non ad Vicarium, set ad Priorem et Conventum pertineat antedictos. Si, vero, de gardinis et ortis jam constructis et existentibus in dicta Parochia aliquid ultra decem perticatas terre in uno loco ad terram arabilem in posterum redigatur, tota decima tunc eorundem gardinorum et ortorum, una cum tota decima gardini Manerii Domini de

[1] "John, a younger son of John, Earl of Richmond and Duke of Brittany, summoned to Parliament—'Johanni de Britannia, Juniori,' 24 May and 13 July, 33 Edw. I. (1305); declared Earl of Richmond, 15 Oct., 34 Edw. I. (1306); ob. unmarried, in Brittany, 1333, when his honours became extinct." (Nicolas' *Historic Peerage*).

Brixham, qualitercumque exculti, non ad Priorem et Conventum predictos, set ad Vicarium integraliter pertinebit. Et, si de gardinis et ortis hujusmodi nunc constructis et existentibus quicquam intra decem perticatas terre redigatur in uno loco, ut premittitur, forsitan ad culturam, tota tunc decima de terra hujusmodi, una cum decima gardinorum et ortorum de quibus premittitur, aliter quam cum vanga vel alio instrumento manuali excultorum, et novorum gardinorum et ortorum quos plus quam decem perticatas terre, ut premittitur, in uno loco continere contigerit, ac eciam de terra extracta de gardinis et ortis nunc existentibus, et in culturam redacta, intra x perticatas terre, ut premittitur, in uno loco, et una cum omnibus aliis decimis majoribus tocius Parochie, que Vicario specialiter superius nullatenus assignantur, ad memoratos Priorem et Conventum, auctoritate presentis Ordinacionis, volumus pertinere. Volumus, eciam, et ordinamus quod iidem Prior et Conventus omnes defectus Cancelli dicte Ecclesie de Brixham in coopertura, fenestris vitreis, Libris, et aliis Ornamentis ejusdem, ad Rectoriam quamlibet pertinentes, hac vice prima, suis propriis sumptubus, faciant in sufficienti statu reparari; et extunc onus invencionis, sustentacionis, et reparacionis hujusmodi defectuum reparatorum, quociens opus erit, ad Vicarium qui pro tempore fuerit imperpetuum pertinebit, Prefatus, vero, Vicarius et sui successores qui pro tempore fuerint solvent decimam, juxta antiquam Taxacionem dicte Vicarie, eidem Vicario incumbentem, cum imposita fuerit et exacta; Archidiacono, eciam, Loci procuracionem suam exnunc, Sinodaticum, et Cathedraticum; dicteque Ecclesie de Brixham et Capellis ejusdem in Divinis Officiis et Cura deserviet, per se et Capellanos suos, suis sumptibus, modo honesto et consueto. Cetera, vero, onera ipsius Ecclesie de Brixham, quocumque nomine censeantur, ad Priorem et Conventum pertineant antedictos. Volumus, eciam, et presentis Ordinacionis auctoritate precipimus et mandamus, quod prefatus Simon, Vicarius, ut premittitur, et sui successores Vicarii in Ecclesia predicta, solvant prefatis Priori et Conventui, singulis annis, nomine annue Pensionis, de Vicaria predicta, viginti sex solidos et octo denarios sterlingorum, in Festis, videlicet, Pasche, Nativitatis Beati Johannis Baptiste, Beati Michaelis, et Nativitatis Domini, equis porcionibus, vel saltem infra Octabas singulorum Festorum predictorum, absque more diffugio longioris; salva nobis et Successoribus nostris, Episcopis Exonie, potestate hujusmodi Vicariam augmentandi, minuendi, declarandi, et presentem Ordinacionem seu Taxacionem in totum mutandi, si, prout, et quando viderimus seu viderint expedire.—In cujus rei testimonium sigillum nostrum Presentibus duximus apponendum.—Datum apud Chuddeleghe, sexto die mensis Februarii, Anno Domini Millesimo CCC^{mo}. vicesimo primo; 165.

Broadclyst [Clistone, MS.], Sir Roger de Nonaunt's Chapel of St. Agnes in, *see* "Oratories"); 160.

Broadwood-Kelly [Brodewodekelly, MS.],—

Sir Nicholas, R. of; Licence of non-residence, for three years, from Michaelmas, and to put out his Benefice to farm to Sir Richard de Hurtleghe, V. of North Buckland (i.e. Buckland-Brewer); "et optulit gratis ad Fabricam Ecclesie Exoniensis idem Vicarius, singulis annis predictis, j marcam"—*margin*, "xls." (1 Aug., 1312); 72^{b}.

Broadwood-Widger [Brodwode (*also*, Bradewode) Wyger, MS.],—

William Kayngnes, subdeacon, R.,—Dispensation: non-residence till Michaelmas next, to study etc. (27 Dec.,[1] 1310); 58^{b}: also, till Michaelmas (4 Nov., 1311); 65: and again [Caingnes, MS.], for a year from Michaelmas (5 Aug., 1312); 73.

[1] Sexto Kalendas Januarii.

Brock, Henry le, *see* Comptone, William; 60b.

Broke, Robert, inst. to Bratton-Clovelly; 163b, 167, 168, 181b.

Brome, Adam, *see* Bridford (*Inst.*); 63b: resigns St. Creed [Adam de Brome, MS.]; 101.

Bromestone, Richard de—Pomeray, John de la,—*Litera pro Custodia*:—

Omnibus Christi Fidelibus, etc., Walterus, etc. salutem in Domino.—Noveritis nos dedisse et concessisse Johanni de la Pomerai Custodiam terrarum et tenementorum Ricardi, filii et heredis Nicholai de Bromestone, que nobis accidit per mortem ipsius Nicholai; habendum et tenendum predicto Johanni, heredibus et assignatis suis dictam Custodiam cum maritagio predicti Ricardi, de nobis et Successoribus nostris, libere, quiete, bene, et in pace, usque ad legitimam etatem predicti Ricardi. Reddendo inde et faciendo nobis et Successoribus nostris redditus et servicia inde debita et consueta.—In cujus rei testimonium sigillum nostrum Presentibus est appensum.—Datum apud Morcestre Episcopi, die Jovis proxima ante Festum Annunciacionis Beate Marie, Virginis (21 March), Anno Domini Mo. CCCmo. xiijmo [1313-14]; Regni, autem, Regis Edwardi . . . . septimo; 85b.

Bromleghe, Gilbert de, *see* Tiverton; 52b.

Brothertone, Thomas de, Earl-Marshal (*Homagium,—Stoke, in Manerio de Boseham*),—

In hospicio Magistri Willelmi de Okham, Archidiaconi de Stowe in Ecclesia Lincolnie, apud Lincolniam, vicesimo secundo die mensis Februarii [1315-16], Nobilis Vir, Dominus Thomas de Brothertone, Natus Domini Edwardi dudum Regis Anglie, Patris Domini Regis nunc, et Comes Marescallus, fecit homagium Domino Waltero, Episcopo Exoniensi, racione dimidii feodi Militis, quod idem Comes tenet, et tenere debet, de Episcopo Exoniensi apud Stoke, in Manerio de Boseham, in Comitatu Sussexie; presentibus Dominis Johanne de Mutforde, Baldewino de Maners, et Johanne de Westone, Militibus, familiaribus dicti Comitis, necnon Domino Stephano de Haccombe, Magistro Ricardo de Burtone, Domino Petro de Honetone, Nicholao de Hele, clericis, Johanne de la Pomeray, tunc Marescallo dicti Episcopi, et aliis in multitudine copiosa.—Et memorandum quod Dominus Johannes de Mutforde posuit verba hujusmodi homagii facti in ore Comitis antedicti.—"N D H." [Nicholas de Hele]; 112.

Bruce, Robert, *see* Scotland: *also*, L 187.

Bruere, Robert, *called* le, inst. to Harpford; 79b.

Bruetone (*also*, Bruytone), John de (*see* the Letters at the beginning of this Volume; pp. 8 *et seqq.*): appointed Proctor for the Bishop in Parliament; 36b: inst. to Treneglos (by alleged *lapse—see* "Inst."); 56b.—*See*, also, Exeter, Election of Dean; 42.

Bruggis (*also*, Bruges), Andrew de, collated to a Prebend in St. Crantock; 104b: deceased; 183.

Brugge, Robert, *see* atte Brugge; 172b.

Bruyn (*or* Brun), John le, R. of St. Mawgan-in-Kerrier; 36, 45, 61b, 72.

Brun, Richard le, Canon of Bosham ; 35.

—The revenues of his Prebend of Apuldram, having been sequestrated, the Bishop—"aliquorum super hoc devicti instancia"—relaxes the Sequestration, so far as to permit the said Richard's Proctor to remove the crops of last autumn.—Commission, directed to the Sequestrator, the Sacristan of Bosham (16 Jan., 1310-11) ; 59.

Brun, Sir William le, Knt., brother of John, R. of St. Mawgan-in-Kerrier ; 45.

Bruony—"Ecclesia Sancti Pauli de Bruony" ; L 188 (*note*).

Buchun (*or* Buthun), Robert (son) and Cecilia (daughter) of Laurence de ; L 190.

Buckfast Abbey ; Patrons of Buckfastleigh ; 49, 172 : of Downe-St. Mary ; 123 : of Petrockstowe ; 65, 123 : also, *see* Churchstow (Gen. Index) ; 64[b] : Flambard, Walter ; 116[b].

Buckland Abbey, Appropriation of the Rectory of Walkhampton by Bishop Bytton, to ; 65 : Patrons of Buckland-Monachorum ; 66 : Bickleigh (*South Devon*) ; 130[b].

Buckland-Filleigh, Hertleghe in, *see* Halap (*Oratories*) ; 49.

Budleigh, the Hundred of,—

Litera ad capiendum seysinam Hundredi de Buddeleghe:—

Pateat universis quod nos, Walterus, etc., facimus et ordinamus dilectos nobis in Christo, Henricum de Bokerel et Johannem Direwyn, seu eorum alterum, Attornatos nostros seu Attornatum, Senescallos nostros seu Senescallum, ad capiendum seysinam Hundredi de Buddeleghe in Comitatu Devonie, per Dominum Regem nobis concessi cum pertinenciis suis, et tenendum dictum Hundredum, et ad omnia alia faciendum que pertinent ad premissa.—In cujus rei testimonium has Literas nostras vobis transmittimus Patentes, sigilli nostri munimine roboratas. — Datum apud Stockwille juxta Londonias, die Martis in Festo Exaltacionis Sancte Crucis [14 Sept.], Anno Domini Millesimo CCC[mo] undecimo, et Regni Regis Edwardi, filii Regis Edwardi, quinto ; 63[b].

Bugge [*hodie* Budge], Henry, *see* Manaton ; 111[b].

Buketone, John de, *see* Exeter, St. James's Priory (*Inst.*) ; 85[b].

Bukyngtone, Johel de, inst. to West Worlington ; 130, 141[b], (*Ord.*) 240, 241[b].

Bukyngtone, Mathew de, presents to West Worlington ; 130.

Bukyntone, William de, *see* Morchard-Bishop ; 67.

Bureford, John de, merchant ; L 207[b].

Burgeis, John *called*, *see* Kenton ; 129[b].

Burghe, Elizabeth de, *see* St. Ludgvan ; 183[b].

Burghe, John de la, inst. to Bridford ; 74 : resigns ; 101[b] : inst. to Lifton ; 143, 149[b].

Burghe, Roger de la ; L 196[b].

Burghe, William de la, and Ysolda his wife ; L 197.

Burghtone, John de, inst. to Upottery; 127: resigns; 164.
Burgo, Edmund de, R. of Moreton-Hampstead; 37[b].
Burgo, William de, *see* Consistory Court; 172[b].
Burlescombe,—

Taxacio et Ordinacio Vicarie Ecclesie de Burdlescombe (sic),—

Universis, etc., Walterus, etc., salutem in Domino sempiternam.—Cum Dominus Johannes atte Mulle, presbiter, nuper fuerit auctoritate nostra ad Perpetuam Vicariam in Ecclesia de Burdelescombe, nostre Diocesis, per nos de novo taxandam et ordinandam—quam, quidem, Ecclesiam Abbatissa et Conventus de Leghe Canonicarum optinent in proprios usus—ad ipsorum presentacionem admissus et institutus canonice in eadem, ut tam pro quiete ipsorum Abbatisse et Conventus quam Vicarii predicti, et aliorum Vicariorum qui pro tempore erunt ibidem, sciri valeat in quibus porcionibus hujusmodi Vicaria consistere debeat temporibus secuturis; nos, tam de expresso consensu Abbatisse et Conventus predictorum quam Domini Johannis Vicarii antedicti, ipsam Vicariam ut in subscriptis porcionibus consistat taxamus ac, eciam, ordinamus; videlicet, quod idem Vicarius, et successores sui qui pro tempore erunt ibidem, habebit et habebunt mansum, cum curtilagio, quod Capellani Parochiales ante Admissionem et Institucionem dicti Domini Johannis in Vicaria predicta, habere et inhabitare consueverant; ac, eciam, unam acram et perticatam terre eidem manso et curtilagio proprius adjacentes, de terra Sanctuarii dictorum Abbatisse et Conventus, unde annuatim reddet et reddent Vicarius et Vicarii memorati decem denarios sterlingorum, ad sustentacionem cujusdam mortarii ardentis in Ecclesia antedicta. Volumus, eciam, et ordinamus quod dictus Dominus Johannes, Vicarius, et successores sui qui pro tempore erunt ibidem, percipiat et percipiant, nomine Vicarie predicte, omnes decimas tam majores quam minores de curtilagiis nunc existentibus infra limites Parochie dicte Ecclesie qualitercumque provenientes, ac, eciam, omnes alias minutas decimas et oblaciones quascumque, ac alia omnia et singula in dicta Parochia que appellacione altilagii consueverant contineri, exceptis dumtaxat oblacionibus libere familie intra Abbathiam de Leghe Canonicarum et devocionibus factis in eadem; exceptis, eciam, mortuariis tocius Parochie antedicte ac oblacionibus ad Capellam Sancti Theobaldi in dicta Parochia de Burdelescombe provenientibus, decimisque silve cedue per totam Parochiam antedictam, necnon duorum molendinorum, videlicet, Knaphille et Pogeham, ac minutis decimis omnibus et singulis tocius Abbathie predicte, et terrarum dominicarum Abbathie ejusdem, ac de nutrimentis animalium quorumcumque Abbatisse et Conventus predictorum, dum, tamen, in proprio dominico suo depasti fuerint; quas, quidem oblaciones, mortuaria, decimas, una cum majoribus decimis tocius Parochie de Burdelescombe antedicte, exceptis decimis majoribus quas pro Vicario superius assignavimus, volumus predictis Abbatisse et Conventui, auctoritate presentis nostre Ordinacionis, integraliter remanere. Ita quod, si curtilagia de quibus premittitur, et ex quibus Vicarius qui pro tempore fuerit percipere debet majores decimas et minores, in agriculturam extra curtilagia futuris temporibus forsitan sint redacta, Vicarius qui pro tempore fuerit extunc tantum percipiat de porcione ad predictos Abbatissam et Conventum superius assignata quantum Vicarius de hujusmodi curtilagiis in culturam redactis percepturus fuerit juxta arbitrium boni viri. Et, si aliqua terra que nunc est arabilis, et extra curtilagia, in curtilagia, futuris temporibus, forsitan sit redacta, prefati Abbatissa et Conventus de hoc decimas omnes percipiant, sicut essent alias percepturi. Volumus, nichilominus, et ordinamus quod dictus Vicarius, et successores sui Vicarii qui pro tempore erunt, omnia onera ordinaria, necnon invencionem, sustentacionem, et reparacionem Librorum Matutinalium et aliorum Ornamentorum Ecclesie

prelibate, ad Rectoriam ipsius Ecclesie communiter pertinencium, postquam idem Libri et Ornamenta primo et semel per Abbatissam et Conventum predictos competenter inventa fuerint et reparata, una cum invencione panis et vini, et similium in Divinis Officiis inibi celebrandis, omnibus futuris tunc temporibus, integraliter suis propriis sumptibus subeant et agnoscant. Extraordinaria, vero, onera—reparacio et sustentacio Cancelli dicte Ecclesie de Burdelescombe—ad Abbatissam et Conventum pertineant memoratos. Salva nobis et Successoribus nostris, Episcopis Exonie qui pro tempore erunt, potestate dictam Vicariam augendi, minuendi, seu de novo, si oportuerit, alias taxandi et ordinandi, si et prout nobis et ipsis visum fuerit expedire.—In cujus, etc.—Datum Londoniis, xx die mensis Novembris, Anno Domini M° CCC° vicesimo quarto ; 182.

Buris, Walter de, R. of Whimple, *see* Cowick Priory (*Inst*) ; 111.

Burncestre, William de, resigns Broadclyst and is inst. to East Ogwell ; 100, [Burcestre] 126, 151[b].—*See* L 202[b].

Burnham, John de, (late) V. of Heavitree ; 47[b].

Burrington,—

Taxacio Vicarie,[1] *que antea taxata non fuerat :—*

Perpetui Vicarii in eadem habeant et percipiant, nomine dicte Vicarie, totum Sanctuarium et totam terram aliam quam proximus Secularis Rector ejusdem Ecclesie tenebat, cum omnibus domibus in eisdem, et cum omnibus aliis suis pertinenciis, quietam et solutam ab omni servicio seculari. Habeant, eciam, et percipiant omnes decimas minores, oblaciones, et alias quascumque obvenciones tocius Parochie ad altalagium ipsius Ecclesie pertinentes, in quibus eciam decima feni et mortuaria inter cetera debent comprehendi. Solvent, eciam, dicti Vicarii Procuracionem Archidiaconi, Cathedraticum, et Sinodaticum, et sustinebunt Cancellum, Libros, et Ornamenta ipsius Ecclesie ad Rectoriam pertinencia, suis sumptibus, postquam sumptibus Religiosorum Virorum, Abbatis et Conventus de Tavystoke, Patronorum ejusdem, semel fuerint sufficienter reparata. Solvent, eciam, predicti Vicarii predictis Religiosis, singulis annis, in Festo Pasche, septem solidos sterlingorum, nomine Pensionis, de fructibus altalagii supradicti. Omnia, autem, onera extraordinaria, quocumque nomine censeantur, eidem Ecclesie imposita et imponenda, predicti Religiosi, suis sumptibus, agnoscent totaliter et persolvent ; 50.

Burtone, Richard de, *see* Brothertone ; 112.

Burwike (*also*, Borewike) Richard de, inst. to Mamhead ; 114[b], 121[b], 128[b], (*Ord.*) 237.

Burum, Fr. Wm. de, admitted Prior of St. Nicholas Priory, Exeter ; 128[b].

Butterleigh ; Dedication of the Cemetery 126[b] : of the Parish-Church and the High Altar ; 145 (*see* "Dedications").

Boterleghe, Richard de, inst. to Pinhoe ; 82.

Byare, William de la, clerk ; L 202[b].

Byerne, Vicecomitissa de, *see* France ; 79.

Bykeforde, Everard de, *see* Manaton ; 111[b].

---

[1] The date is not given ; but the Entry occurs between 5 May and 6 May, 1310. *See* Vol. V. (Stafford), p. 45.

Byne, Walter, inst. to Seaton; 161[b].

Byneleghe, George de, inst. to Blackawton; 37[b], 38, (*Ord.*) 220[b], 224[b].

Byneleghe, J. de, Guardian of Philip de Rurde, *see* Aleborne; 44.

Byneleghe, Peter de, inst. to Harberton; 75[b].

Bynneworthe, William de, inst. to Dean-Prior; 111[b].

Bynyngtone, Thomas de, an Executor of the Will of John Lovetot, senior; L 185, etc.

Byrylonde, John de,—*pro liberacione excommunicati capti ad Significacionem Episcopi:—*

Excellentissimo Principi, etc., Edwardo, Dei gracia Regi Anglie, etc., Walterus, etc., salutem in Eo per Quem Reges regnant et Principes dominantur.—Cum Johannes de Byrylonde, Parochianus noster—contra quem tanquam excommunicatum, et in Excommunicacione per quadraginta dies et amplius persistens (*sic*), secundum Consuetudinem Ecclesie Anglicane, pro ipsius Capcione nuper vestre scripsimus Majestati—ad gremium Ecclesie rediens super dicta Excommunicacionis Sentencia Absolucionis Beneficium in forma Juris meruerit optinere, Excellenciam vestram Regiam humiliter imploramus quatinus ministris vestris precipere velitis, si placet, ut Capcioni predicti Johannis non insistant, set, si ea occasione fuerit arrestatus, ipsum faciant debite liberari (17 Feb., 1314-15); 103.

Byschop, Henry *called*, inst. to Treneglos; 57.

Bysouthewode, Thomas, murder of; (*Ord.—Pris.*) 236[b].

Bythewalle, Sir John, priest,—

Litera directa Regi pro liberacione excommunicati, capti, et imprisonati ad Significacionem Episcopi, pro Excommunicacione sustenta per xl *dies et amplius:—*

Excellentissimo Principi, etc. Walterus, etc.—Quia Dominus Johannes Bythewalle, presbiter, nostre Dyocesis, nuper, propter suam manifestam offensam in Dyocesi Exoniensi contractam, Majoris Excommunicacionis Sentencia innodatus, et demum ex eo quod dictam Excommunicacionis Sentenciam per quadraginta dies et amplius animo sustinuerat indurato, Claves Ecclesie dampnabiliter contempnendo, de Mandato vestro Vicecomitibus Londoniarum in hac parte directo ad Significacionem nostram, juxta Consuetudinem Regni Anglie, tanquam Excommunicatus et Clavium Ecclesiasticarum contemptor, per eosdem Vicecomites carceri mancipatus est, a dicta Excommunicacionis Sentencia, prestita primitus caucione ydonea de stando Mandatis Ecclesie, super offensa hujusmodi absolutus, vestram Excellenciam requirimus et rogamus quatinus pro ipsius Domini Johannis liberacione a carcere, quo occasione premissa detinetur, eisdem Vicecomitibus scribere velitis, si placet (10 Nov., 1310); 57[b].

Bythewalle, Robt., collated to St. Perran-Uthno; 34, 38, 73[b], (Notary-Publick; 68, 68[b]): collated to Lawhitton by exchange (*see* St. Perran-Uthno); 76[b].—*See* "Ord." 218, 224[b], 226.

Bytton, Bishop; Institution by, *see* Churchstanton; 43. *See, also*, Aleborne; 44: Exeter, St. James's Priory (*Inst.*); 85[b]. Reference to his Will; 86[b], L 186[b].

C.

Cabbel, William, inst. to Christow; 82: resigns; 126.

Cailleway, John, presents to Cheldon; 84b, 112b.

Kaylleweie, Roger, inst. to Cheldon; 79b.

Calitone, John de; L 191.

Calley, Simon, resigns Brampford-Speke; 131.

Cally, Hugh, of Seaton, R. of Offwell; 169b, 181b.

Camborne [Cambron, MS.],—

John de Newbaud, R., subdeacon,—Dispensation: non-residence for a year to study, etc. (22 Feb., 1308-9); 38b.

Master William [de] Benetfeld, priest, R.,—Licence of non-residence for a year to study, etc. (3 Nov., 1312); 77: and again for a year (3 Oct., 1313); 79b. This Rector ("Willelmus de Benefelde, qui Ecclesiam de Cambroun tenet ut Rector"), seems to have given the Bishop some trouble, and he was solemnly admonished, 14 Aug., 1315, to return to his Church before Michaelmas, and to reside continuously, and report himself to the Bishop before the said Feast; 107b. He did not obey; and the Bishop consented to suspend the Monition till the ensuing Michaelmas—"ad instanciam Domini Ricardi de Hacche (16 Nov., 1315); 110b. But Benetfeld was incorrigible, and, year after year, apparently for nearly seven years, absented himself from his Benefice. Eventually he obtained Licence of non-residence from 3 Feb., 1322-3, till the ensuing Michaelmas; "et illo eodem tercio die idem Rector fecit finem pro sua non residencia usque ad illum diem, pro xl solidis, solvendis—xxs. in Festo Pasche, et alios xxs. in Festo Assumpcionis Beate Virginis: et pro gracia absentandi dabit j marcam." This Licence was not delivered to him till 1 March; 174. At the expiration of the year he seems to have returned for a time, but Licence of non-residence till Michaelmas was again granted to him, 15 June, 1352; 184b.

Camelford,—

Licence granted to the Burgesses of that Town, till Michaelmas, "ut in Oratorio seu Capella, quam in eadem Villa in honore Beati Thome, Martiris, construi fecerunt de novo, per Capellanum ydoneum, suis sumptibus in omnibus sustentandum, auxta formam Constitucionis Synodalis super hoc edite, Divina facere celebrare, et ipsi et ceteri dumtaxat habitantes in eadem Villa Divina hujusmodi ibidem audire possint; dum, tamen, in Libris, Ornamentis, et aliis, ad hoc necessaria invenerint, voluntasque Rectoris dicte Ecclesie de Nanseglos [*Lanteglos-by-Camelford*] ad id accesserit et consensus, ita quod nullum prejudicium ipsi Matrici Ecclesie generetur" (24 Jan., 1311-12); 68.

Cameleforde, John de, inst. to Tavistock; 42b.

Cameleford, Reginald de, inst. to Dunsford; 162b.

Camera, Philip, clerk; (*Ord. Pris.*), 236b.

Campellis [Champeaux], Robert de, Abbat of Tavistock, *see* Whitchurch; 165.

Campion, William, Proctor for Thomas Nyusom; 105.

Campo Arnulphi [Champernowne], Sir Henry de, Knt., presents to Stockleigh-English; 71b: to Ilfracombe; 162b.

Chambernoun, Dame Joan de (relict of Sir William) presents to Jacobstowe (*Cornwall*); 39.

Campo-Arnulphi, John de, inst. to Thurlestone; 39: to Jacobstowe (Cornwall); 45, 51, (*Ord.*) 231, 232[b].

Chambernoun, Reginald de, R. of Ilfracombe; 51, 129[b], L 209[b], 213[b].

Campo Arnulphi, William de, collated (*by lapse*) to Kentisbeare; 37, 55[b], 73, (*Ord.*) 218, 220[b], 232[b]: inst. to Thurlestone; 120[b], (*Ord.*) 239: deceased; 159[b].

Candevere, John de, inst. to Puddington; 124.

Canonsleigh Abbey,—

Appropriacio Ecclesie de Donesforde [Dunsford]:—

Universis etc., Walterus, permissione Divina Exoniensis Episcopus, salutem in Domino, etc.—Puritate Religionis quam dextera Veri Sponsi plantavit in Sponsis Suis nos decet jugiter confovere, et ipsius necessitates relevare remediis oportunis. Sane, proponente dudum Nobili Muliere, Comitissa Gloucestrie et Herfordie, Religiose Domus de Leghe Canonicarum nostre Dyocesis Fundatrice,[1] defuncta, dum vixit, zelo Celitus inspirato, ad congruam sustentacionem Canonicarum in numero quinquagenario, qui adhuc perpetualiter ad ipsius instanciam institutus ibidem viget, ditasse in terris, redditibus, et possessionibus, ac aliis perpetuis incrementis, pia postmodum ipsius desideria, concurrentibus quibusdam mundi molestiis, prepedivit preventrix mors amara, adeo quod quicquid eisdem Religiosis Mulieribus citra salubre propositum predicte Comitisse remanet per eandem assignatum, ad parcissimum eciam earundem et Familie sue necessarie cotidianum victum sufficere non valebit. Eisdem, siquidem, Virginibus Christi Sponsis, propter hujusmodi temporalis subsidii carenciam, affectu paterno condolemus, et vicibus alternis ex eo medullitus spiritus noster exultat quod eas Altissimus sponsavit in Fide quas seculum non fedavit, sed reliquid (*sic*) incorruptas, in sexu nimirum fragili probatissimam Religionis intuemur scalam; illic conspicimus summum modestie usum, Sororitatis devotum affectum, pacem animi, communicacione omni mutua obsequia, discipline rigorem, obediencie amorem, vinculum caritatis, carnis servitutem, legendi et orandi libertatem, vigiliarum excubras, quietem meditacionis, devocionem Psalmodie. Quia, insuper, in predicta Domo frequenter offeruntur, propter ipsius celebrem famam, que in omnes Regni Anglie fines exivit, Virgines Generose, ne tam hec quam cetere, dum subsidia corporalia mendicant, a Divina Contemplacione tepescant, de misericordia Jesu Christi ac Beate et Gloriose Virginis et Matris Sue Marie, necnon Beatorum Apostolorum Suorum Petri et Pauli, nostrorum Patronorum, suffragiis confidentes—habitis super hoc cum Capitulo nostro et Ecclesie nostre Exoniensis communi et diligenti tractatu et deliberacione sollempni; vocatis, nichilominus, ad hoc omnibus et singulis qui fuerint in hac parte evocandi—de ipsius Capituli nostri, necnon omnium quorum intererat, communi et unanimi consensu, Ecclesiam Parochialem de Donesforde, nostre Dyocesis, que de predictarum Religio-

---

[1] Matilda de Clare, said to have been the widow of Richard, seventh Earl of Gloucester. She re-founded this House as an Abbey for Augustinian Canonesses, c. 1284. It was founded, originally, as a Priory, by Walter de Clavill, before 1173. The last Prior was William de Roneton (*see* Vol. I., pp. 41, 339, 340, 391.

sarum Mulierum Patronatu existit, que quidem Mulieres Manerii ejusdem loci optinent dominium, propter quod per eas utilitas ipsius Ecclesie procurari poterit efficacius et augeri, dictis Religiosis Mulieribus, Abbatisse videlicet et Conventui de Leghe Canonicarum earumque successoribus appropriamus et, eciam, in proprios usus concedimus perpetuo possidendam, cum suis juribus et pertinenciis universis ; salva competenti Vicaria in predicta Ecclesia taliter per nos appropriata, per nos aut Successores nostros taxanda et ordinanda ; ad quam predicte Abbatissa et Conventus nobis et Successoribus nostris, in qualibet vacacione ipsius Vicarie, Personam ydoneam presentabunt ; et salva, eciam, predicto Capitulo nostro suisque successoribus annua quatuor marcarum Pensione, quam predicte Ecclesie de Donsford ac dictis Abbatisse et Conventui et earum successoribus, nomine ipsius Ecclesie de Donsforde, propter evidentem utilitatem ejusdem Ecclesie, imposuimus et imponimus, ac contemplacione Venerabilium Virorum, Dominorum Decani et Capituli Ecclesie nostre predicte, qui dictarum Mulierum et predicte Ecclesie de Donsforde utilitates et profectus hactenus suis auxiliis, consiliis, et favoribus efficaciter procurarunt, et ipsos similiter procuraturos firmiter speratur in futurum, perpetuis futuris temporibus, quolibet anno, in Festo Invencionis Sancte Crucis [3 May], predictis Decano et Capitulo, in Scaccario ipsorum Exonie, fideliter persolvenda. Salvis, nichilominus, nobis et Successoribus nostris juribus Episcopalibus Auctoritate et Dignitate Episcopali ; Loci, eciam, Archidiaconi qui pro tempore fuerit—suo jure integro remanente semper et illeso. In quorum omnium fidem et testimonium presentes Literas sigilli nostri munimine duximus roborandas. Et nos, predicti Decanus et Capitulum, premissis omnibus et singulis gratum prebemus consensum pariter et assensum, sigillumque nostrum commune Presentibus duximus apponendum. Datum in Capitulo nostro Exoniensi, tam sub sigillo nostro, quam sub sigillo dictorum Decani et Capituli, quinto die mensis Augusti, Anno Domini M^mo^ CCC^mo^ xiiij^mo^.—Et optinuerunt Literas Induccionis Domino Archidiacono Exoniensi vel ejus Officiali directas, sub dato apud Chuddeleghe, viij die mensis Augusti ; 86^b^.

—*Reformacio de Canoneleye* [written in the margin by Bp. Grandisson]:—

Wautier, par la suffrance Dieu Evesque Dexcestre, a ses cheres fiulles en Dieu la Abbesse et le Covent de Leghe, de nostre Eveschee, salutz, ove la beneiceon Ihesu Crist et la nostre. Purceo qen nostre Visitacion, *et cetera, ut supra in Litera directa Monialibus de Polslo*[1] *usque ibi*—Item, qant Dame de Religion mange a Excestre—*hoc mututo quod in ista Litera ponitur* Abbesse, Abbeye, et le Ordre, ou Reule, et les Observances Seint Augustin, *ubi in supradicta Litera ponebatur* Priouresse, Priourie, et le Ordre, ou Reule, et les Observances Seint Benet,—*set dempto illo capitulo,* Item, qant Dame de Religion mange a Excestre, *usque ibi*—Item, Dame qi voit a visiter ses amys en la fourme susdite,—*tunc dicitur sic ulterius,*—ceo est a savoir en Somersete, Dorsete, Deveneschire, ou en Cornwaille, deit retourner a lostel, *et cetera, ut supra usque ibi,* —si ceo ne soit—*et tunc sic,*—hors des quatres Counteez avantditz en plus loigteyn pais et adonkes eit temps assigne plus outre par la Abbesse, solom ceo qe ele verra qe ceo soit a faire, eyant totes voyes regard a la loigtenete et a la procheinete du lieu, sicome est desusdit, et plus longe temps ne eit mie, si ceo ne soit par mort ou maladie conue, *etc., usque ibi,*—nule Dame de vostre Religion, Professe ou nient Professe—*quo capitulo dempto, usque ibi,*—Item, nous ordinoms qe entre vous trestotes—*tunc sic ulterius,*—eyez un Confessour, homme de Religion sicome avant cest hure avez eu, ou celui qi

---

[1] *See* Polsloe (Gen. Index).

vous est ore assigne, ou autre de Religion ou Seculer, itiel[1] come nous ou nos Successours vodront a ceo assigner, a remuer a la volente de nous et de nos Successours. Et voloms qe celui et nul autre, fors qe en peril de mort, puisse oyir vos confessions, et vous assoudre de vos pecchees, et enjoyndre penaunce en due forme, et qil eit nostre poyer, qant a la penauncerie en cas qi vous touchent, a durer a nostre volente. Et pur ceo que nous avoms oyi et entendu par ascune gent qe par my deus us[2] dedenz vostre Abbeye ileoqes plusours mals esclandres et deshonestetes sunt avenues avant cest hure, et purront ensement avenir apres, si remedie ne soit mys, ceo est asavoir un us[2] qe est en lencloistre au celer desouz la Sale la Abbesse, la ou hom apparaille le braes[3], et un aultre desouz la novele chambre la Abbesse devers la court, voloms, ordinoms, et comaundoms qe meisme ceux deus us[2] soyent bien estupees par mur de pere, entre cy et la Paske procheyn avenir. Item, qe les acountes, *etc.*, *omnia sicut in Litera de Polslo, usque in finem, mutata tantum Data, que est* Apud Clist, xij die Januarii.[1319-20]; 146b.

Joan de Radyngtone, Canoness of "Leghe," appointed coadjutor to Petronilla, the Abbess (12 Jan., 1319-20); 146b.

The Abbess and Convent were Patrons of Dunsford, 100b; Hockworthy, 129b, 184b; Little Hempston, 75b, 123b, 150b, 174. *See* Burlescombe (*Inst.*); 181, 182; Little Hempston, 182.

Canterbury; *Protestacio [contra Officialem Archiepiscopi*[4]*]*:—

Cum Officialis Metropolitani, et multo minus ipsius Commissarius, in Suffraganeos ejusdem, quamdiu idem Metropolitanus in sua Provincia vel circa illam extiterit, Inderdicti, vel Suspensionis aut Excommunicacionis Sentencias, ob reverenciam Pontificalis Officii, jure prohibente, nequeat promulgare, ac quidam Presidentes Curie Cantuariensis dicantur asserere quod, licet ita in jure caveatur, secus tamen est de consuetudine Curie supradicte; nos, tamen, Walterus, permissione Divina Exoniensis Episcopus, Ecclesie Cantuariensis Suffraganeus, de hujusmodi assercione nunc primitus advertentes, ut non vituperetur Ministerium nostrum, hujusmodi consuetudinem, immo pocius coruptelam (*sic*), fore legittime introductam negamus, et ne introducatur contradicimus; protestantes expresse nos, vel Predecessores nostros, introduccioni predicte consuetudinis seu corumptele (*sic*) nullo tempore tacite vel expresse consensisse vel eidem paruisse, nec nos velle consentire vel parere eidem.

Et memorandum quod die Veneris proxima post Festum Purificacionis Beate Virginis, Anno Domini supradicto [6 Feb., 1315-16], in Capitulo Cathedralis Ecclesie Lyncolniensis, in presencia Venerabilium Patrum, Dominorum Dei gracia Johannis [Salmon], Norwicensis, Johannis [de Drokenesforde], Bathoniensis et Wellensis, Walteri [de Langetone], Coventrensis et Leichfeldensis, Johannis [Langetone], Cicestrensis, Rogeri [de Mortisallis], Sarrumensis, Aniani [Seys], Bangorensis, David [ap Blethin] Assavensis, Ricardi [Kellawe] Dunolmensis, Johannis [de Haluctone], Carliolensis, Ecclesiarum Episcoporum, Magistrorum Willelmi de Birstone, Archidiaconi Gloucestrie, Roberti de Worthe, Willelmi . . . .,[5] Canonicorum Ecclesie Sarrumensis, Ricardi de Forde, Juris Canonici Professoris, et aliorum Clericorum ibidem presencium in multitudine copiosa, Venerabilis Pater, Dominus Walterus, Dei gracia Exoniensis Episcopus, tunc personaliter existens ibidem, predictam Protestacionem per Nicholaum de Hele, clericum suum, nomine ipsius, et de ipsius Precepto speciali, ipsum ad hoc constituens organum vocis sue, publice et intelligibiliter legi fecit, et dictam Protestacionem interposuit, promittens se firmiter velle adherere eidem; 111b.

---

[1] *itiel.*]—tel, semblable, le même—*talis* (*D'Arnis*).

[2] *us.*]—porte, entree—*ostium* (*ibid*).

[3] prepares the malt.

[4] Added by a later hand.

[5] A blank space for the name.

Cantilupe, Thomas de, *See* Hereford, Bishop of.

Cantilupe, Walter de, admitted *in commendam* to St. Breoke; 183[b]: collated thereto; 184[b].

Cantilupo, Walter (brother of Sir John) de; 2 (*see* p. 5).

Cancia, Henry de, *see* St. Crantock; 115[b].

Capis, Thomas (late R. of St. Pancras, i.e. Rousdon); 38[b].

Cardvyl, Thomas de; L 191[b].

Carente, John de, inst. to Bradninch; 61, 61[b].

Cargaul, the Bishop's Manor of (*Cornwall*); *Copia cujusdam Finis de Kergaul* [*temp.* Hen. III.]:—

Hec est Finalis Concordia facta in Curia Domini Regis, apud Exoniam, a die Purificacionis Beate Marie in quindecim dies, Anno Regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, quinquagesimo quarto [1269-70], coram Gilberto de Prestone, Galfrido de Leukenore, Waltero de Heliom, et Johanne de Oketone, Justiciariis Itinerantibus, et aliis Domini Regis Fidelibus, tunc ibidem presentibus; inter Walterum [Bronescombe], Episcopum Exoniensem, querentem, et Rogerum de Valle torta impedientem, de Manerio de Korgaul (*sic*) cum pertinenciis, et Advocacionibus Ecclesiarum Sancte Neuline de Seynt Neulun (*sic*) et Sancti Aluni de Seynt Alun; unde placitum fuit inter eos in eadem Curia, scilicet quod predictus Rogerus recognovit predictum Manerium, cum Advocacionibus predictis, et cum omnibus pertinenciis suis, ut in dominicis, terris arabilibus, serviciis liberorum hominum et villenagiorum, cum villanis villenagia illa tenentibus, et omnibus eorum sequelis, boscis, pratiis, pascuis, pasturis, viis, semitis, aquis, piscariis, stagnis, molendinis, et omnibus aliis rebus ad predictum Manerium et Advocaciones pertinentibus, esse jus ipsius Episcopi et Ecclesie sue Sancti Petri Exoniensis, ut illa que idem Episcopus et Ecclesia sua predicta habent de dono ipsius Rogeri; habendum et tenendum eidem Episcopo et Successoribus suis, et Ecclesie sue predicte, de Capitalibus Dominis Feodi illius, in liberam et perpetuam elemosinam, pro serviciis que ad predictum Manerium pertinent, inperpetuum. Et pro hac Recognicione, Fine, et Concordia idem Episcopus dedit predicto Rogero ducentas libras sterlingorum; 117.

Carletone, Adam de, Archdeacon of Cornwall; 55[b].

Licence of non-residence till the Feast of St. Peter ad Vincula [1 Aug.,] to study, etc. (5 Dec., 1312); 75: renewed, 3 Oct., 1313, till the Feast of the Translation of St. Thomas-the-Martyr (7 July,) 79[b]: again 18 Oct., 1323; 177. *See* St. Goran, 42; "Wills" (Puntyngton), 66; St. Crantock, 104[b]; Glasney, 155; L 201[b], 213, 214.

Carletone, Nicholas de (otherwise called Nicholas Makerel,) R. of Duloe; 128[b], L 213.

Carlisle, siege of; L 206.

Carmynou, Joan (relict of Sir Roger, Knt.), presents to Philleigh; 68[b], 144[b].

Carmynou, Sir John, Knt., 162; presents to Boconnoc; 130[b], 150.—*See* St. Piran-Uthno, 151; St. Stephen's in Brannel; 172.

Carminou, Minou and Richard (brothers of Roger, R. of St. Stythians); 123.

Carmynou, Oliver de, presents to St. Ruan-major; 184: to St. Ruan minor; 82[b]: to Whitstone (*Cornwall*); 42[b], 55[b].

Carmynou, Roger (son of Roger) de, R. of Whitstone (*Cornwall*); 40: exchanges for St. Stythian's; 42[b], 123, (*Ord.*) 225.

Carnadone (*or* Carnedone), Walter de; L 191, 213.

Carnarthur, Robert de, Proctor for John de Neubaud; 37[b].

Cargannowe; L 215[b].

Carru, Sir John de, Knt., presents to Stoke-Fleming; 70, 72: to Luppit; 72.

Carreu, Sir Nicholas, Knt., presents to Mamhead; 43[b]: reference to his Executors; L 200.

Carreu (*also* Carru), William de, inst. to Holsworthy; 66[b], 73, 107[b], 113[b], 120, 130, 142[b]: resigns; 155: *see* L 200.

Carreveldros, Philip de, *see* St. Just-in-Roseland (*Inst.*); 33.

Carsewelle, William de, chaplain; L 195.

Carvile (*or* de Cara Villa) Fr. Peter de, presented to the Priory of St. Michael's-Mount, in Cornwall; 114: inst. thereto; 114[b].

Cari, John (*see* "Wills"—Fitz Paine); L 214.

Case (*also*, Casis), Master William de, *see* France; 78[b], 79.

Castro, Bartholomew de, collated to Bradstone; 60[b]: inst. to St. Ive; 100[b], 157[b], (*Ord.*) 234, 235[b]: *see* Culmstock; 84[b].

Castro, Henry de, R. of St. Mary-Steps, Exeter; (*Ord.*) 218.

Cat, Richard le; L 189[b].

Cathetone, Philip (son of William) de; L 197.

Caunvyle, Sir Geoffrey de, Knt., deceased, *see* "Wills"; 38.

Caunpvyle, Maurice de, R. of Holsworthy; *ibid.*

Campville, (*also* Caunpvyle) Sir William de, Knt.; 38: presents to Morthoe; 171.

Caxtone, William de, *see* "Wills"; L 201[b].

Cayron, Thomas de; L 192.

Cerne, Richard de, resigns Willand; 110[b].

Cerziaus, Richard de, and Margaret his wife, with her two sisters (Elizabeth and Joan), present to St. Erme; 143.

Cersyaus, Richard de, resigns Lesnewth; 39.

Cestre (*also*, de Cestria), Philip de, inst. to Clyst-St. George; 167[b], 168[b], 176, 183[b].

Cestre, Robert de; L 187, etc. He was R. of Combe-Raleigh; L 199[b].

Chageforde, John de, chaplain, *see* Ideford; 111.

Chaillou, Nicholas, *see* Michaelstowe; 109.

Challacombe [Chaudecombe, MS.],—

Master Arnald Cotel, R.—Licence of non-residence, for a year from Michaelmas (4 Aug., 1312); 73.—*See* Fremington.

Chamberleyn, William, inst. to Hockworthy; 184[b].

Chambre, Hugh de la, inst. to North-Tawton; 118, 120[1], 122[b], 150[1], 159[b1].

Champeneie, James de, inst. to Ashburton; 78.

Champernowne *see* Campo Arnulphi, de.

Chapels: the following List of Royal Free Chapels is written on a blank space at the beginning of the Register (fol. 28[b]):—

Libere Capelle Domini Regis Anglie,—

Staffordschiria, Coventrensis Diocesis.	Wolringhamptone, Prebendata. Rex dat Decanatum: Decanus Prebendas. [*Wolverhampton*]. Gnoushale. [*Gnosall*]. Ecclesia Beate Marie de Stafforde, Prebendata. Rex dat Prebendas. Pencriz, Prebendata; ubi Archiepiscopus Dublinensis dat Prebendas, si sit Anglicus: alioquin Rex. [*Penkridge.*]
Salopschiria, ejusdem Diocesis.	Tettenhale, Prebendata. Rex dat Prebendas. Bruges, Prebendata. Rex dat Prebendas. [*Bridgenorth*]. Ecclesia Beate Marie Salopie.
Derbischiria, ejusdem Diocesis.	Ecclesia Omnium Sanctorum, Derbie. Et est annexa Decanatui Lyncolnie—qui, quidem, Decanus dat Prebendas ejusdem.
Sussexia, Cicestrensis Diocesis.	Ecclesia de Boseham, Prebendata. Episcopus Exoniensis dat Prebendas.
Londoniensis Diocesis.	Ecclesia Beati Martini majoris, Prebendata. Rex dat Decanatum: Decanus Prebendas.
Somersetia (*sic*), Sarrumensis Diocesis.	Ecclesia de Wymborne Minstre, Prebendata. Rex dat Decanatum: Decanus Prebendas. [*In Dorset.*]

Charles [Charnes, MS.],—

Ad requisicionem Fratris Henrici, Prioris de Piltone, Dominus licenciavit Dominum Walterum le Wolfe, Rectorem Ecclesie de Charnes, presbiterum, ut idem Rector stare valeat et morari cum prefato Priore in mensa sua, a Festo Sancti Michaelis proximo futuro, per quinquennium extunc continuum, ad relevacionem eris alieni quo dicta Ecclesia oneratur; et interim Ecclesiam predictam, fructus et obvenciones ejusdem, eidem Priori dimittendi ad firmam.[2] Et dabit ad Fabricam Ecclesie Exoniensis xl solidos; tribus, videlicet, primis annis singulas dimidiam marcam, et subsequentibus duobus annis singulos x solidos; ita quod idem Prior prefate Ecclesie interim deservire faciat in Divinis, et curam exerceat debitam in eadem (24 Aug., 1317); 121.

[1] Hugo "de Camera," MS.

[2] *Et interim . . . . firmam*]. These words are interlined, which accounts for the irregular construction.

„ „ „ Plymptru, Dominus Willelmus, Vicarius de Columptone ;
„ „ „ Honetone, Dominus Willelmus, Vicarius de Setone ;
„ „ „ Donkewill, Dominus Willelmus, Vicarius de Aulyscumbe ;
„ „ „ Aylesbeare, Dominus Robertus, Vicarius de Oterytone.

Archidiaconatus Cornubie :—

In Decanatu de Penwythe, Dominus Gregorius, Vicarius Ecclesie de Laneskeli [*Gulval*] ;
„ „ „ Kerier, Dominus Herveius, Capellanus Sancti Corentini [*Cury*] ;
„ „ „ Pouderchire, Dominus Rogerus, Capellanus Ecclesie de Karihays ;
„ „ „ Pyderchire, Dominus Christoforus [de Bodminia], Vicarius Ecclesie Sancti Coylany [*St. Colan*] ;
„ „ „ Minoris Trigschire, Dominus Drogo, Vicarius Ecclesie Sancti Brueredi ; [*Trigg-major is omitted*].
„ „ „ Westwefleschire, Magister Johannes [Launcels], Vicarius Ecclesie de Leskered ;
„ „ „ Estwefleschire, Dominus Robertus.

Commissio ad audiendum Confessiones, ut supra, in casibus majoribus Archidiaconatus Cornubie :—

Dicto primo die Marcii, Londoniis, emanavit Litera sub hac forma :—Walterus, etc., Archidiacono Cornubie, vel ejus Officiali, salutem, etc.—Quia nos, juxta Ordinacionem in proximo preterito Concilio Provinciali nuper facta procedentes, discretos viros, Dominum Henricum [de Trefewa], Decanum Ecclesie

Sancti Karantoci, nostre Peculiaris Jurisdiccionis, et Magistrum Andream, Rectorem Ecclesie Sancte Cride, nostros Penitenciarios in Archidiaconatu vestro duximus deputandos, eis, et eorum cuilibet, vices nostras ad audiendum Confessiones quorumcumque subditorum nostrorum predicti Archidiaconatus, et ad absolvendum eos in foro penitenciali, de quibuscumque criminibus nobis de jure vel consuetudine reservatis, voluntario perjurio ad exheredacionem vel contra matrimonium legitimum, necnon criminibus majoribus nobis a jure vel consuetudine, ut premittitur, reservatis, de quibus delinquentes judicialiter sunt convicti, et aliis que in nostra Visitacione Archidiaconatus predicti in singulis congregacionibus nobis pupplice reservavimus dumtaxat exceptis, ex certa sciencia committentes; vobis mandamus quatinus hec in proximis Capitulis vestris . . . . . extendere potestatem (*ut supra*); quodque ubi jus vel consuetudo exigit sollempnis penitencia modis omnibus injungatur. Injungatis, eciam, specialiter et expresse omnibus aliis presbiteris et curatis quod in casibus nobis, seu nostris Superioribus, a jure vel consuetudine reservatis, manus absolutorias extendere non presumant. Et ut saluti animarum predictorum Decani et Rectoris securius consulatur, ipsorum cuilibet indulgemus, etc. (*ut supra*). Per hec, tamen, potestatem per nos concessam certis Personis de Ordinibus Fratrum Predicatorum et Minorum non intendimus aliqualiter revocare. Copiam, vero, etc. (*ut supra*).

Eisdem die et loco emanarunt consimiles Litere singulis Archidiaconis Episcopatus, vel eorum Officialibus, pro Personis in singulis Archidiaconatibus ad Penitenciariam constitutis, ut sequitur,—In Archidiaconatu Tottonie, Dominus Henricus, Rector Ecclesie de Pyworthi, et Dominus Rogerus Bloyhou, Rector Ecclesie de Monke Okamptone. In Archidiaconatu Barum, Magister David, Rector Ecclesie de Schirewille, et Dominus Willelmus, Vicarius Ecclesie de Nymetone Episcopi. In Archidiaconatu Exonie, Dominus Willelmus, Rector Ecclesie de Uplim; 48.

Commissio ad audiendum Confessiones (in Archidiaconatu Cornubie), directed to Master Robert, V. of Liskeard [Liskirch, MS.], 6th August, 1324); 181.—The Bishop states that the number of those who were in the habit of resorting to his Penitentiary-General for Confession, especially in reserved cases, had recently become so great that the said Penitentiary was unable to deal with them all, on account of the great distance of Cornwall from Exeter (where the said Penitentiary resides for the greater part of the year), and the considerable expenditure of labour and money involved in the work. It was, therefore, necessary to give him some help; and the Bishop selected the Vicar of Liskeard, as a man of great industry, circumspection, trustworthiness, and purity of conscience, giving him full authority to confess even those who had been convicted of such crimes as adultery and incest. There was to be no interference with the official action of the Penitentiary; and those who preferred to go to him were, still, to be at liberty to do so. And the Bishop reserved to himself the power to absolve in cases of wilful perjury for the purpose of disinheriting anyone, or impeding lawful marriages, as well as all such cases as he was accustomed to deal with, publickly, in his Visitations of Cornwall, in the separate congregations.

Conka, Fr. Robert de, inst. Prior of Totnes; 171.

Consistory Court of Exeter,—

Visitacio Consistorii facta per Dominum die Jovis proximo post Festum Sancte Agathe, Virginis [10 Feb., 1322-3],—

Certificatorium:—Venerabili in Christo Patri, etc., Waltero, Dei gracia, etc. suus humilis et devotus Officialis, obedienciam, etc.—Mandatum vestrum reverendum recepi in hec verba,—Walterus, etc., Officiali suo, etc.—Quia die Jovis proximo post Festum Sancte Agathe, Virginis, proximo secuturum, Consistorium nostrum Exonie, Deo disponente, proponimus visitare, tenore Presencium vobis committimus et mandamus quatinus citetis, seu

citari faciatis, peremptorie, omnes et singulos Commissarios vestros Officiales tam nostre Peculiaris Jurisdiccionis quam Decani Ecclesie nostre Exoniensis ac Archidiaconorum in Ecclesia nostra predicta; necnon, Examinatores, Advocatos, Procuratores, et quoslibet alios Clericos et Ministros, quocumque nomine censeantur, nostri Consistorii supradicti, quod dicto die, et loco ipsius Consistorii consueto, hora prima ipsius diei, compareant coram nobis, Visitacionem nostram hujusmodi subituri, et juri per omnia parituri. Tenore, eciam, Presencium vos citamus peremptorie quatinus, dicto die et loco, compareatis similiter coram nobis, facturi et recepturi quod hujusmodi Visitacionis officium et equitas postulabunt. Et quid in premissis feceritis et duxeritis faciendum, nos, dictis die et loco, cum nominibus citatorum certificare curetis per vestras Literas Patentes, harum seriem continentes.—Datum apud Otritone, xxiiij die mensis Januarii, Anno Domini M°.CCC^mo^. xxij^do^.—Cui, quidem, Mandato, secundum sui exigenciam, citando reverenter parui. Et quatenus idem Mandatum meam comparicionem contingere dinoscitur, cum Dei adjutorio, Paternitati vestre, in omnibus obediens, parebo. Nomina, vero, juxta formam inibi scriptam per me citatorum in Cedula Presentibus annexa inseruntur.—Datum Exonie, vj die Februarii, Anno Domini supradicto.

Tenor Cedule citatorum nomina continentis, prescripto Certificatorio annexe, talis est,—Magister Henricus Bloyou, Rector Ecclesie de Larihorn [*St. Ruan-Lanyhorne*], mei Officialis Commissarius, et Domini Decani Exonie Officialis.

Magister Henricus de Stouford, Officialis Peculiaris Jurisdiccionis Domini.

Magister Johannes de Sidemue, Officialis Domini Archidiaconi Exonie; et Domini Decani, Peculiaris Jurisdiccionis ejusdem Decani apud Stavertone et Saltcombe [*Salcombe-Regis.*]

Magister Willelmus de Burgo, Officialis Domini Archidiaconi Cornubie.

Magister Johannes de Milletone, Officialis Domini, Archidiaconi Tottonie.

Magister Johannes Petre, Officialis Domini Archidiaconi Barum, et locum expectans Advocati in Consistorio.

Magister Willelmus Were, Officialis Domini Decani, Peculiaris Jurisdiccionis ejusdem Domini apud Seint Mariecherche et Sidebiri, et Advocatus Consistorii.

Magister Robertus Bonde, Officialis Domini Decani apud Aispertone [*Ashburton*], et Advocatus Consistorii.

Magister Ricardus de Chuddeleghe, Officialis Domini Decani, Peculiaris Jurisdiccionis ejusdem Domini apud Ide, Topsham, et Littelham, et locum expectans Advocati in Consistorio.

Magister Jordanus de Brittestowe, Examinator Consistorii.

Magister Eustachius de Tegnemue, Examinator Consistorii et Procurator ejusdem.

Magister Petrus de Beare, Advocatus Consistorii.

Magister Willelmus Beare, alias Procurator Consistorii, nunc studens et expectans locum Advocati.

Magister Ricardus Giffarde, Procurator Consistorii, et expectans locum Advocati.

Magister Johannes de Northecote, Procurator Consistorii, et expectans locum Advocati.

Magister Thomas Lukeis, Procurator Consistorii.

Magister Radulphus Poyer, Procurator Consistorii.

Magister Radulphus Store, Procurator Consistorii.

Magister Thomas Lichfelde, Procurator Consistorii.

Magister Nicholaus de Durneforde, Procurator Consistorii.

Magister Willelmus de Venella, Procurator Consistorii.

Magister Johannes de Piltone, Notarius Publicus Auctoritate Papali.

Henricus de Liftone, clericus Registri Consistorii.

Ricardus de Pictone, clericus Examinatorum Consistorii.

Robertus Daumarle, apparitor Consistorii.

Magister Walterus de Wike, studens, et expectans locum; de permissu utens aliquociens officio Procuratoris.

Magister Reginaldus de Boggewille, studens, et expectans locum ; de permissu utens aliquociens officio Procuratoris.

Magister Robertus attebrugge, studens, et expectans locum, de permissu utens aliquociens officio Procuratoris.

Magister Ricardus de Trewonarde, studens, et expectans locum, de permissu utens aliquociens officio Procuratoris.

Thomas Snou ; Johannes Walronde; Magister Gilbertus Cressi ; Magister Alexander de Eggeworthe ; Magister Robertus de la Lane,—Isti utuntur Procuratoris officio non admissi.

Magister Galfridus de Modbury, studens, et expectans locum, de permissu utens aliquociens officio Procuratoris.

Tenor, vero, Deposicionum Inquisicionis in hujusmodi Visitacione facte talis est,—

Magister Henricus de Stouford . . . examinatus, dicit quod Cause plus debito tenentur in suspenso, et hoc propter negligenciam Advocatorum et Procuratorum. Requisitus specialiter propter negligenciam quorum Advocatorum et Procuratorum, etc., dicit quod ignorat, eo quod pro majori parte Consistorii est intendens aliis negociis, et absens a Consistorio et Causis in Consistorio ventilatis. De Examinatoribus dicit quod fama publica est quod sunt nimis onerosi, et petunt de salario sibi satisfieri ante Examinacionem, et aliquando ea de causa differunt Examinacionem, ut, videlicet, eis satisfiat pre manibus. Quoad Examinacionem, separacionem testium juxta Articulos, et interrogatorium prout articulatur, dicit quod ignorat si singillatim pariter an confuse, et an seorsum et secreto, et an juxta Articulos et interrogatoria, ut continetur, etc, dicit se nichil scire, eo quod non interest in Examinacionibus suis. An super singulis Articulis singillatim examinent, dicit quod ignorat. Dicit, tamen, quod, cum scripta fuerint dicta, apparet quod aliquando plures Articuli coadunantur, et testes ad concordiam plurium Articulorum simul deducuntur. Ad salaria Examinatorum dicit se nichil scire de certa taxacione salarii ; set si dissensio fuerit super salario inter partes producentes Examinatores supponunt se taxacioni Judicis. De Advocatis dicit quod Advocati in allegacionibus suis neque Judici neque sociis morem debitum gerunt, set pocius socios sermonibus interrumpunt, et garulosi existunt quandoque et probris decertant, et hoc communiter Advocati omnes. De absencia Advocatorum, et an ob eorum absenciam Cause differantur, dicit se nichil scire. Quantus consuevit esse numerus Advocatorum ab antiquo, dicit se nichil scire. Dicit, tamen, quod tempore Magistri Johannis de Brutone, quondam Officialis Domini Exoniensis Episcopi, fuerunt quatuor Advocati ex una parte, et totidem ex altera. Quoad Procuratores super primo Articulo, dicit se nichil scire ; quoad secundum, tercium, quartum, dicit idem et deponit quod dixit et deposuit quoad Advocatos ; et dicit quod pejus se habent, pro majori parte, in officiis suis quam Advocati et magis reprobi. Quoad numerum dicit quod certitudinaliter nescit deponere quantus consuevit esse numerus Procuratorum ab antiquo. Item, requisitus an unus de predictis duo vel plura exerceat officia, et qui sint illi ; dicit quod Magister R. Giffarde exercet pro majori parte duo officia, videlicet Advocati et Procuratoris ; quodque Magister Eustachius de Tengemue similiter duo, videlicet Examinatoris et Procuratoris. Requisitus an Advocati et Procuratores sunt tabernarii, etc., dicit quod N. Durneforde tabernarius est, et habet tabernas, et T. Lukeys publicus est tabernarius et publice notorius, et frequenter exercet tabernas. Quoad alios Articulos, dicit se nichil scire ; et dicit quod a tempore generalis Inhibucionis nescivit aliquos Archidiaconos, vel eorum Officiales, citare suos subditos ad comparendum in Ecclesia Cathedrali Beati Petri Exoniensis, vel alibi extra locum Jurisdiccionis sue. Dicit, tamen, quod Officiales Archidiaconorum assignant Advocatis diem in Ecclesia Cathedrali memorata, ad informandum eos in Causis.

Magister Robertus Bonde dicit quod Examinatores, pro majori parte, examinant testes super pluribus Articulis conjunctim et confuse. Dicit, eciam, quod Magistri J. de Northecote et R. Giffarde duo exercent officia; uterque, videlicet, officium Advocati et Procuratoris; quodque Magister E. de Teignemue gerit duo officia, videlicet Examinatoris et Procuratoris.

Magister Ricardus Giffarde dicit, requisitus, quod duo solidi consueverunt solvi pro insinuacione Testamenti. Cui debeantur ignorat; dicit, tamen, quod clericus Registri eos recipere consuevit. Dicit, eciam, quoad Examinatores sicut R. Bonde predixit. Dicit, eciam, quod Examinatores differunt aliquando examinare testes quousque habuerint salaria pre manibus, et pro quolibet teste, quotquot producuntur, vj*d.* pro se, et unum denarium pro clerico eorum scribente dicta testium, recipiunt. Quantum consuevit recipi ante tempus istorum Examinatorum dicit se nichil scire, eo quod diu vidit istos Examinatores et non alios; et, ideo, an mos antiquus sit observatus ignorat. De Articulis tangentibus Advocatos, dicit quod bene per omnia se habent. Dicit, eciam, de numero Advocatorum, quod est, nec fuit tempore suo, certus numerus, set aliquando major, aliquando minor. De numero Procuratorum dicit quod aliquando major, aliquando minor, et quod non est certus numerus. Dicit, eciam, pro se, quod est Procurator, et aliquando allegat jura pro parte sua sicut melius videtur sibi expediens, Judice audiente et permittente. Eodem modo faciunt Magistri R. de Chuddeleghe et R. de Northecote. Dicit, eciam, quod Magister E. de Tegnemue stetit in duobus officiis, videlicet Examinatoris et Procuratoris. Dicit, eciam, quod T. Lukeys est tabernarius puplicus et puplice exercet tabernas et frequenter. Dicit, eciam, quod N. de Durneforde negociatur emendo et vendendo vina et alias res. Dicit, eciam, quod Officiales Archidiaconorum Tottonie et Barnastapolie dederunt et exercuerunt Jurisdiccionem in Ecclesia Cathedrali Beati Petri Exoniensis inter subditos suos, et quod citant Partes ad comparendum ibidem, et prefigunt Partibus diem ibidem; et Officialis Archidiaconi Cornubie taliter facit. An ille locus sit extra Jurisdiccionem suam ignorat.

T. de Lichefelde dicit quod, si Cause maneant diu in suspenso, non ob defectum Judicum set Parcium pocius hoc existit. Dicit, eciam, quod vidit solvi ij*s.* pro probacione Testamenti, et clericus Registri eos recepit. Dicit, eciam, quod in quadam Causa Appellacionis inter Dominum Archidiaconum Cornubie, Partem Appellatam, et Dominum Johannem Traci, Partem Appellantem, fuerunt interrogatoria tradita Examinatoribus, et ipsi Examinatores minus plene examinarunt testes juxta interrogatoria. Item, dicit quod Examinatores, in Examinacionibus suis, primo faciunt prothocolla, et postea redigi faciunt per clericum suum in mundum, et ibi posset periculum imminere. Dicit, eciam, quod Examinatores petunt sibi satisfieri de salario ante examinacionem. Item, dicit quod vidit solvi pro examinacione cujuslibet testis vj*d.* Examinatoribus, et clerico eorum scribenti j*d.*; et aliquando ex taxacione Judicis plus recipiunt, habita consideracione ad magnum laborem. Dicit, eciam, quod de certo numero Advocatorum nichil scit; set sepius vidit plures. Dicit, eciam, quod Magister E. de Teignmue gerit duo officia, videlicet Examinatoris et Procuratoris. Item, dicit quod T. Lukeys exercet tabernas de consuetudine.

N. de Durneforde dicit quod pro insinuacione Testamentorum consueverunt solvi ij*s.*, quos clericus Registri percipere consuevit. Dicit, eciam, quod salarium pro copiis redimendis idem clericus consuevit habere. Dicit, eciam, quod Examinatores super pluribus Articulis simul et confuse aliquando testes examinant, sicut videlicet scribendo—tales testes. Requisitus super primo, secundo, et tercio Articulo, dicit etc. Dicit, eciam, quod Advocati aliquando interrumpunt sermones sociorum. Dicit, eciam, quod consuevit quod nullus assumeret officium Advocati vel Procuratoris, nisi jurati; et, tamen, nunc plures non jurati, videlicet Magister Walterus de Wike in officio Advocati et Procuratoris, Magister Robertus de Brigge, Johannes Walronde, Thomas Snou, et alii quamplures in officio Procuratoris. Dicit,

eciam, quoad exercentes plura officia, quod Giffarde, Northecote, et Tegnemue exercent duo officia, ut est supratactum.

Willelmus de Venella dicit quod Examinatores super singulis Articulis singillatim examinant quoad primum testem ; quoad alios testes, si eos invenerint concordes cum primo, super pluribus Articulis simul et confuse scribunt et concordant. Item, ante plenam examinacionem petunt salarium, et pro singulis testibus recipiunt sex denarios, et clericus eorum scribens unum denarium. Dicit, eciam, quod Advocati aliquando interrumpunt sermones sociorum, et aliquando garulando et aliquando exprobrando. Magister Johannes de Northecote et Magister Ricardus Giffarde, Procuratores, aliquando allegant verba juris. Magister Eustachius est Examinator, et aliquando Procurator. Officiales Archidiaconi Exonie consueverunt aliquando tenere Capitula sua durante Consistorio.

Radulphus Poyer dicit quod Johannes de Northecote, Ricardus Giffarde, Ricardus de Chuddeleghe, Procuratores, aliquando sibi assumunt officium Advocati. In aliis concordat cum proximo preexaminato.

Johannes Walrond dicit quod Eustachius de Tegnemue gerit officium Procuratoris, Examinatoris, et aliquando postulat.

Walterus de Wike dicit quod Cause manent in suspenso pro eo quod Advocati et Procuratores non informant Judices cum debita celeritate. Item, quod Officiales Archidiaconorum, post quartum diem Consistorii, antequam Consistorium plene expediatur, recedunt ad Capitula sua ; et illos secuntur (*sic*) tam Advocati quam Procuratores. Examinatores Consistorii sunt clerici conjugati, et quandoque, cum deberent conjunctim examinare et Causa eis committitur examinanda, alteri eorum examinant divisim, et aliquando in domibus suis examinant ; unde possit de facili oriri suspicio. Differunt, eciam, examinacionem quousque eis sit satisfactum de salario ; et recipiunt pro singulis testibus vj*d.*, et clericus eorum j*d.* De gerentibus plura officia concordat cum proximo preexaminatis, hoc adjecto—quod dicit quod Thomas de Lichefelde hoc idem facit. Dicit, eciam, quod Nicholaus de Durneforde semper tenet tabernam ; et Thomas Lukeis frequentat tabernas, in scandalum officii Procuratoris. Aliqui Officiales Archidiaconi Tottonie, in gravamen subditorum suorum, solebant trahere eosdem extra Decanatum in quo degebant, et aliquando ad Ecclesiam Cathedralem Exonie, et ibi cognoscere inter eos. Dicit, eciam, quod sunt quidam boni Scolares expectantes ut preficiantur in officiis, et quidam occupant officia qui sunt minus digni et conjugati,—puta, Nicholaus Durneforde, Thomas Lukeis, et Willelmus de Venella. Galfridus de Modbury novellus, et ideo pauca novit de Articulis.—folios 172—173[b].

Convocation ; Documents relating to,—

Citacio.—Venerabili in Christo Patri, Domino Waltero, Dei gracia Exoniensi Episcopo, Radulphus [de Baldock], permissione Divina Episcopus Londoniensis, salutem et fraternam in Domino caritatem.—Literas Venerabilis Patris, Domini R[oberti Winchelesey], Dei gracia Cantuariensis Archiepiscopi, Tocius Anglie Primatis, recepimus, formam que sequitur continentes :—Robertus, etc.—Cum nuper ad nostram noticiam pervenisset quod Serenissimus Princeps et Dominus, Dominus Edwardus, Dei gracia Rex Anglie illustris, pro sustentacione sua et excercitus sui, in terra Scotia, optinenda, bona et victualia incolarum hujus Regni capi ad opus suum per Brevia Regia demandasset, prout in eisdem Brevibus (*sic*) super hoc certis personis directis plenius continetur, id nequeuntes quomodolibet tollerare, cum vobis et aliis Venerabilibus Fratribus nostris in Concilio Provinciali presentibus, et quibusdam Proceribus hujus Regni, erga Nobilem Virum, Dominum Henricum [[de Laci], Comitem Lyncolnie, Custodem Regni, et Domini Regis Consilium (*sic*) instetimus pro revocacione Mandati et Brevium hujusmodi optinenda. Ceterum, cum idem Custos nobis ad faciendum quod petivimus se exhibuisset, prout decuit, satis pronum, et premissum Mandatum decrevisset totaliter revocari, prout in aliis Breviis (*sic*)

Regiis super hoc confectis, quod nullius bona contra suum beneplacitum capiantur, directis singulis Vicecomitibus, est contentum, proposuit coram nobis quod, cum Domini Regis Erarium non sufficiat, ut decebat, ad providencias pro sustentacione Regia, de qua premittitur, facienda, a nobis cum instancia postulavit quatinus terminos solucionis Decime Triennalis Ecclesie Anglicane imposite sic vellemus in faciendis solucionibus prevenire ut id quod de eadem Decima per principales ipsius Decime Collectores solvi mandatur in Festo Sancti Hillarii, statim; et quod in Festo Nativitatis Sancti Johannis Baptiste in Festo Sancti Hillarii solvatur concedere curaremus; ut sic de pecunia ab eadem Decima Domino Regi, prout Apostolicum vult Mandatum, tradenda fieri valeat provisio supratacta. Nos, autem, attendentes quod totum Clerum nostre Provincie supplicacio dicta tangit, quodque id nequivimus concedere, prout nec decuit, per nos ipsos, sine Cleri nostre Provincie voluntate, propterea Clerum nostre Provincie, de consilio Fratrum unanimi, decrevimus convocandum. Fraternitati, igitur, vestre committimus et mandamus quatinus omnes Venerabiles Fratres nostros Suffraganeos, necnon et Capitula Cathedralium Ecclesiarum, ac Clerum cujuslibet Civitatis et Dyocesis nostre Provincie, citetis seu citari faciatis peremptorie quod iidem Suffraganei nostri, per se, vel per Procuratorem ydoneum, Capitula, autem, et totus Clerus quilibet predictus per duos Procuratores ad premissa sufficientes, compareant coram nobis, deputando seu deputandis a nobis, in Ecclesia Sancti Pauli Londoniarum, die Mercurii proxima post Festum Sancti Nicholai [9 Dec.], super premissis nobiscum, deputando seu deputandis a nobis, sollicite tractaturi, et ad id quod super premissis videbitur faciendum suos consensus efficaciter prebituri, ulteriusque facturi quod in ea parte fuerit faciendum. Vos, eciam, citamus peremptorie; et Capitulum ac Clerum vestre Civitatis et Dyocesis per vos citari peremptorie volumus ad id idem. Quid, autem, in premissis duxeritis faciendum nos, deputandum vel deputandos a nobis, dictis die et loco, certificetis per vestras Literas Patentes, harum seriem continentes.—Datum apud Lambethe, Nonis Novembris (5 Nov.), Anno Domini Millesimo CCC^{mo} decimo; Consecracionis nostre septimo decimo.—Hujus, igitur, auctoritate Mandati, tenore Presencium vos citamus peremptorie, Capitulum, eciam, vestre Cathedralis Ecclesie, ac totum Clerum vestrarum Civitatis et Dyocesis modo simili per vos citari mandamus, quod compareatis et compareant coram dicto Patre, deputando seu deputandis ab eodem, predictis die et loco, prout tenor dicti Mandati exigit et requirit. De die, vero, recepcionis Presencium, et quid inde duxeritis faciendum, nobis citra dictam diem Mercurii, cum tenore Presencium dilucide rescribatis.—Datum Londoniis, octavo die Novembris, Anno Domini supradicto; 58.

The Archbishop was unable to preside in person, "propter diversa impedimenta", and, accordingly, he issued a Commission, directed to the Bishops of London, Winchester, and Exeter, to take his place (30 Nov.,[1] 1310); *ibid.*

Litera missa Archiepiscopo per Commissarios super premissis:—

Reverendo in Christo Patri, etc. . . Radulphus Londoniensis, Henricus Wyntoniensis, et Walterus Exoniensis, Episcopi, salutem etc.—Scire velit vestra Paternitas Reverenda quod, convocatis . . omnibus Suffraganeis vestris, necnon etc. (*ut supra*), quod comparerent coram vobis etc. (*ut supra*), super prevencione duorum Terminorum solucionis Decime Triennalis . . . ex parte Regia postulata, vobiscum tractaturi, etc. . . . nos . . . in dicta Convocacione, assidente nobis Officiali vestro, presidentes; facta fide sufficienti per certificatoria, coram nobis ibidem exhibita et recitata, de Citacione predictorum; comparentibusque omnibus citatis . . . . Capitulo

[1] ij Kalendas Decembris.

Ecclesie Bangorensis et Clero Civitatis et Dyocesis Eliensis dumtaxat exceptis, causam predicte Convocacionis expressius exposuimus eisdem, adjectis ad consenciendum predicte peticioni pluribus racionibus inductivis, habitoque super hiis diligenti tractatu, per nos et omnes alios ibidem presentes, et in penam contumacie absencium, finaliter et unanimiter est consensum quod in Festo Nativitatis Domini proximo futuro, pro primo et ultimo termino secundi, et in Festo Sancti Hillarii tunc sequente pro primo termino tercii anni, fiat solucio Decime Triennalis, sub istis condicione et pacto patenter expressis, quod nulla fiat peticio nec exaccio de termino ultimo tercii anni antequam terminus advenerit ad hoc in Mandato Apostolico assignatus; quodque Collectores ad hoc per Summum Pontificem deputati, hoc modo et non alio levari faciant Decimam antedictam. Hec, autem, Nobili Viro, Domino Henrico de Laci, Comiti Lyncolnie, Custodi Regni, vel alii, nunciare poteritis, prout et quando vestra viderit discrecio faciendum. Procuratoria, vero, in predicta Convocacione nobis exhibita, et per eundem Officialem vestrum examinata, una cum predictis Certificatoriis et presentibus Literis, eidem Officiali, die confeccionis Presencium, liberavimus, vestre Sancte Paternitati celeriter transmittenda.—Valeat Sancta Paternitas vestra per tempora semper prospera et jocunda.—Datum Londoniis, iiij Idus Decembris (10 Dec.), Anno Domini M° CCC^mo decimo; 58^b.

—Venerabili Patri, etc., Waltero, Exoniensi Episcopo, Gilbertus, etc., Londoniensis Episcopus, etc., salutem, etc.—Literas Venerabilis Patris, Domini Walteri, Dei gracia Cantuariensis Archiepiscopi, Tocius Anglie Primatis, recepimus, tenorem qui sequitur continentes:—Walterus, etc. . . . . Gilberto, etc., salutem, etc.—Serenissimus Princeps, Dominus noster, Dominus Edwardus, Dei gracia Rex Anglie illustris, Brevis sui apicem nuper nobis dirigens mandando rogavit quod, quia super diversis et arduis negociis, ipsum et Statum Regni sui, et maxime Terre sue Scocie, specialiter tangentibus, Parliamentum suum apud Westmonasterium, in Octabis Sancti Hillarii proximo futuris, tenere, et nobiscum ac cum ceteris Prelatis, Magnatibus, et Proceribus dicti Regni habere proponit colloquium et tractatum, Decanos et Priores Ecclesiarum Cathedralium, ac Archidiaconos tocius Provincie nostre, in propriis personis, Capitula eciam singularum dictarum Ecclesiarum Cathedralium per singulares Procuratores, et Clerum cujuscumque Dyocesis tocius Provincie nostre per duos sufficientes Procuratores, ad dictos diem et locum venire faceremus ad tractandum et consenciendum hiis que tunc ibidem in premissis contigerit ordinari. Nos, vero, volentes Regie Majestatis precibus, quantum cum Deo possumus et tenemur, nostrum animum favorabiliter inclinare, Fraternitati vestre committimus et mandamus quatinus dictos Decanos, Priores, Archidiaconos, ut in propriis personis, Capitula eciam singula singularum Ecclesiarum Cathedralium ut per singulares Procuratores, ac Clerum cujuscumque Dyocesis ejusdem nostre Provincie, ut per duos sufficientes Procuratores, per singulos singularum Dyocesium nostre Provincie, citari mandetis quod dictis die et loco compareant et intersint, tractaturi et consensuri hiis que super premissis tunc ibidem contigerit ordinari, hoc ipsum apud vestros subditos similiter exequentes. De die, vero, recepcionis Presencium, et quid feceritis in premissis, nos, dictis die et loco, una cum nominibus citatorum, in quadam Cedula vestro Certificatorio annexa conscriptis, quatenus ad vos attinet certificare curetis. Et ceteros Coepiscopos nostros, ut nos de suo facto, ad ipsos diem et locum, sub eadem forma ydonee certificent, districcius injungatis per Patentes Literas, harum seriem continentes.—Datum apud Bromle, Kalendis Decembris, Anno Domini Millesimo CCC^mo xiiij.—Quocirca, vobis mandamus quatinus Decanum, Archidiaconum, et Capitulum Ecclesie vestre, ac Clerum vestre Dyocesis, citari faciatis, quod dictis die et loco compareant et intersint, juxta formam et effectum Mandati dicti Patris.—Et quid feceritis in premissis, una cum nominibus citatorum, et die recepcionis Presencium, predictis die et loco eundem Patrem, prout

Mandatum requirit ipsius, ydonee certificetis per Literas Patentes, harum seriem continentes.—Datum apud Copford, pridie Nonas Decembris, Anno Domini supradicto [4 Dec., 1314].

—Et Memorandum quod nullum missum fuit Certificatorium per Episcopum Exoniensem.

—Item, Memorandum quod Episcopus Sarumensis certificavit dictum Dominum Archiepiscopum hoc modo:—Hoc, autem, Mandatum plerique periti nobis et Clero nostro fore prejudiciale verentur. Nos, tamen, nequaquam putantes per execucionem ipsius, de vestra voluntate vel juris necessitate, cuiquam subsidium legitime defensionis ademptum, ne nobis suspicatum periculum forsitan imputetur, illud sic reverenter executi sumus ad presens, ut, cujusque illeso jure, Ecclesiastica libertas sit undique semper salva. Citatorum, vero, nomina in Presentibus annexa Cedula continentur.—In quorum testimonium, etc.—Datum, etc.

—Omnes, vero, alii Episcopi certificarunt quod executi sunt Mandatum.

—Postea, apud Fratres de Carmelo, die Lune post Secundam Dominicam Quadragesime, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} xiiij^{me} [3 March, 1314-15], propositum fuit per Clerum, coram Domino Archiepiscopo et Suffraganeis suis, et protestatum sub hac forma:—Licet Mandatum vestrum citatorium, Pater Reverende, Domine Waltere, Dei gracia Cantuariensis Archiepiscope, Tocius Anglie Primas, qui ad Clerum vestre Provincie Cantuariensis convocandum, in eo quod ad Curiam Secularem, puta ad Domini Regis Parliamentum, quod in Camera ejusdem Domini fuit inchoatum et per aliquot dies continuatum, sicque tam racione fori quam eciam loci contra Canonicas et Patrum Sanctorum Instituta videatur esse conceptum ; et, per consequens, Clerum artare non poterit taliter ad comparendum absque Ecclesiastice offensa Discipline et lesione Libertatis Ecclesiastice manifesta; quodque de Abbatibus, Prioribus, per se, suos Conventus regentibus, et suis Conventibus seu Collegiis, Prioribus Ecclesiarum Cathedralium dumtaxat exceptis, nulla omnino mencio habeatur in eodem, quamquam idem Religiosi sic omissi maximam partem Corporis Cleri vestre Provincie faciant, et de communi negocio sive necessitate agatur ipsos omissos eque principaliter contingente, sicque sine ipsis taliter omissis de communi negocio sive necessitate ipsos omissos eque principaliter contingente ut presentes, tractatus qualis haberi deberet et eciam expediret haberi non valeat, ipsis non vocatis—ne Ecclesie Unitas ex Processu hujusmodi divisionem paciatur—ut cum vestris beneplacitis, quatenus fieri poterit per presentes, absque Ecclesie et absencium prejudicio atque suo, pareatur reverenter, et ne publice utilitatis expedicioni ex non paricione in tanta necessitate impediri contingat, offerunt se presentes ad tractandum et faciendum, prout ad eos attinet, quod justum fuerit et Canonicis conveniens Institutis. Supplicant, igitur, hii qui in hac Congregacione presentes sunt de Clero vestre Paternitati Reverende, quatinus, presenti vocacione subducta, in Mandatis vestris que in factis consimilibus emanabunt in futurum, quoad premissa et cetera omnia que occurrunt facienda, ordo debitus et de jure licitus, ac Ecclesiastice Libertati non derogans, per omnia observetur. Protestantes expresse coram vobis, in presencia Venerabilium Patrum, Episcoporum Suffraganeorum vestrorum, quod absque Ecclesiastice Libertatis lesione et status sui periculo, prefatus Clerus Mandatis consimilibus parere non poterit aliqualiter in futurum ; 103. [More than a third part of the first page of fol. 104 was left blank].

Commissio ad colligendum Decimam Bonorum Ecclesiasticorum Domino Regi concessam,—

Directed, 1 March, 1314-15, to the Dean and Chapter:—" Cum in Congregacione Prelatorum et Cleri, ac eciam Religiosorum, exemptorum et non exemptorum, Cantuariensis Provincie, in Parliamento jam Londoniis celebrato facta, super defensione necessaria Ecclesie et Regni Anglie contra hostium

suorum incursus, et precipue contra hostiles aggressus excercitus Scotorum, qui sine delectu personarum dictum Regnum ingressi, cum magna strage Anglorum partem ejusdem Regni non modicam hactenus devastarunt, et adhuc devastare ac eciam depopulari indies non omittunt, sollicite sit tractatum, et demum pro communis et necessarie defensionis auxilio, in quo non immerito proprium cujuslibet interesse versatur, de unanimi, expresso, et spontaneo consensu Venerabilis Patris, Domini Walteri, Dei gracia Cantuariensis Archiepiscopi, Tocius Anglie Primatis, et aliorum Prelatorum, Cleri, et Religiosorum . . . . predictorum, sub certa forma ordinatum fuerit et concessum quod decima Bonorum Ecclesiasticorum," etc.—and so on, in the usual form. The dates for payment referred to in the above document are made urgent "ex causis necessariis, notoriis, et evidentibus"; promptness in collecting the moneys is enforced, "considerata necessitate superius annotata," and the smallness of the sacrifice is compared with the importance of the interests involved—"ne, si secus fiat, pro tam modico dampnum majus forsitan et irrecuperabile postea contingat eisdem"; 104.

Cookbury [Cokeburi, MS.], Dedication of the Chapel and Cemetery of,—

It was dependent on the Mother-Church of Milton [-Damarel], and was dedicated, 9 Aug.,[1] 1315, in honour of St. John-Baptist and the Seven Machabees. The Bishop, also, dedicated, at the same time, three Altars in the said Chapel, and a Cemetery surrounding it. No prejudice was to accrue to the Mother-Church. There were present on the occasion Sir Peter de Honitone, R. of Ilstyngtone [*Ilsington*], Sir Richard de Braileghe, R. of St. Breoke, in Cornwall, and Sir Warine, then R. of Milton[-Damarel]; also, Nicholas de Hele, Richard de Tuvertone, and Gilbert de la Thorne, Clerks, attached to the Bishop's person, besides a great multitude (*in multitudine copiosa*) of other people; 107b.—*See* Stapeldon (Oratories); 114.

Coppedene, Adam de, *see* Thorney; 76.

Carogan, Fr. Martin de, *see* Truro; 41b.

Corbet, Dame Beatrix, presents to Silverton (*Inst.*); 169.

Corbyn, Richard, *see* Little Torrington (*Inst.*); 71b.

Corbois, Reginald, Canon-Regular of Bodmin; 71.

Coritone, William de, presents to Coryton; 128, 140b.

Cornu, Alan de, presents to Exbourne; 109b.

Cornu, Walter le, R. of Thornbury 157; (*Ord.*) 221: *see* Exbourne (*Inst.*); 102b.

Cornu, William de, presented to Exbourne, 102b; inst. thereto; 109b, 117b, 122, 130, 145, 154b, (*Ord*) 235, 237b: [resigns Exbourne, and is] inst. to Manaton; 181.

Cornubia, Henry [Toyt] de; concerning his claim to a Canonry and Prebend in the Cathedral, granted to him by Papal Provision; his Proceedings against the Bishop, etc.

Universis, etc.—Cum Magister Henricus de Cornubia nos, Ecclesiam nostram Exoniensem, Capitulum, et quosdam Canonicos ejusdem, aliosque amicos

---

[1] die Sabbati in Vigilia Sancti Laurencii.

nostros et ipsorum, extrinsecus nobis et ipsis adherentes, ex causis plurimis persequatur, et per se, et alios ad procuracionem ipsius, modis variis gravare nitatur, nos, habita cum predicto Capitulo super hiis diligenti tractatu, dictum negocium nobis et eidem Capitulo commune reputantes, promittimus, bona fide, quod medietatem omnium expensarum occasione predicte persecucionis factarum et faciendarum plenarie persolvemus; ita, videlicet, quod habita inter nos et predictum Capitulum computacione fideli, quicquid hinc inde appositum fuerit vel expensum, hinc inde similiter in medietate predicta totaliter allocetur. Ad hanc, autem, solucionem nos sub hac condicione obligamus, si predictum Capitulum ad aliam medietatem expensarum se similiter obliget, et eandem, pro parte sua, in forma predicta persolvat. In cujus, etc. (18 July, 1312); 72b.

Another Document,[1] couched in similar terms, occurs on fol. 73b. To the Bishop and his Chapter are added the names of Robert Bythewalle, R. of St. Perran-Uthno [Udno Parva, MS.], Walter de Lyutrenchard, R. of St. Petrock's, Exeter, Roger de Morteho, R. of St. Kerian's, Exeter, William Bonde, R. of Poltimore, and Jordan de Bridestowe, clerk,—"imponendo nobis et eidem Capitulo nostro, ac Canonicis antedictis, minus veraciter, quod nec Mandato cujusdam Magistri Johannis de Alesco, Sacriste Narbonensis, Executoris super quadam Gracia Provisionis Apostolice, prefato Magistro Henrico, ut dicebatur, concessa, deputati, nec eidem Gracie paruerunt, quodque nos non paruimus; licet eidem Mandato et Gracie paruerimus et paruerunt reverenter" (6 Sept., 1312),

Subsequently the Bishop appointed Sir John de Launcevetone, clerk, his Proctor,[2] with full authority to act on his behalf against Masters John de Alesco, Sacristan in the Church of Narbonne, and John de Colle, "Canon of Palermo and Archpriest "Sancte Marie de Cacamo", Proctors for the said Henry (4 Sept., 1317); 121.—On the 22nd of the same month the Bishop appointed Roger de Cherletone, Archdeacon of Totnes, Richard de Morcestre, Archdeacon of Barnstaple, and William de Kilkenny, Canon of Exeter, his Commissaries, to deal with all questions affecting Papal Provisions; 121b. He seems to have been installed, though I find no record of the fact; but he speedily exchanged for a Canonry in St. Crantock; 129. He was soon afterwards inst. to Bideford (129b), which he resigned on his Collation to St. Enoder; 183.

Cornubia, Sir Geoffrey de, Knt., presents to Kingsnympton; 45, 110b.

Cornubia, Gilbert de, collated to Lelant; 62b, (*Ord.*) 228, 228b.

Cornubia, Ivo de, *see* St. Erme. (*Inst.*); 142.

Cornubia, Martin de, collated to St. Eval; 61b.

Cornubia, Philip de (late Archdeacon of Llandaff—omitted in *Le Neve's* List), Canon of Glasney, deceased; 147.

Cornubia, Thomas de, *see* St. Gerrans (*Inst.*); 33, 47: deceased; 49b, L 194b.

Cornubia, Sir Walter de, Knt., presents to St. Stephen's in Brannel; 36: to the *Vicarage* thereof, 42.

Cornubia, William de, presents to St. Stephen's-in-Brannel; 117b.

---

[1] "Obligacio Domini de contribuendo medietatem expensarum *contra Toyt.*"

[2] In the presence of Sir Edward, V. of Bovey [Tracy], and William Bussel, priests, Masters Nicholas de Hele, William de Newetone, and Gilbert de la Thorne, Clerks, Thomas Molynes, and Richard de Twyvertone.

Cornwall, Edmund, Earl of; L 187.

Cornwall, Peter de Gavastone, Earl of, presents to Lanteglos (-by-Camelford); 31, 37^{b}.

Cornwall, Margaret,[1] Countess of, *see* Bradninch; 56^{b}, 61, L 193; *also*, Lanteglos-by-Camelford; 110^{b}.

Coryton, Richard Trenchard, R. of; 38^{b}.

Cosyn, Wm., R. of Warkleigh; 151^{b}, 162^{b}, 174, 184, (*Ord.*) 241.

Cotel, Arnald, presented to Challacombe; 56^{b}, 73.

Cotel, Sir Elias, Knt., Patron of Sampford-Peverel; 180^{b}.

Coterel, William, *see* Ros, Saer de; 38^{b}.

Cotes, John, *see* Arundelle, John de; 115^{b}.

Coume, Henry de; L 213.

Court, Gregory de la, of Moreton[-Hampstead]; (*Ord.-Pris.*), 236^{b}.

Courtenay, the Lady Alianora de, presents to Dolton; 105, 117^{b}: to the Prebends of Carswell and Hayes in the Castle of Exeter; 42, 42^{b}, 70, 71: to Kenn; 70, 169^{b}: to Parkham; 168: to Sherwill; 59^{b}. *See* Chawleigh; 177.

Courtenay, Sir Philip de, Knt., presents to Dunterton; 42.

Courtenay, Sir Hugh de, Knt., presents to Brightleigh; 39^{b}: to Chawleigh; 160: to the Prebend of "Maydene Provendre" in Chulmleigh; 162: to the Prebend of Cutton; 168: to Honiton; 101^{b}, 183: to his Chantry at Kenn; 82: to Moreton-Hampstead; 44: to Sampford-Courtenay; 54^{b}: to Stoke-Damarel; 70, 129^{b}, 144^{b}, 152^{b}: to a Portion in the Church of Tiverton, 57^{b}, 70, 150^{b}.

Coventry and Lichfield, Walter de Langetone, Bishop of; L 186, etc. *See* Vol. I., page 489.

Coye, John, collated (*by lapse*) to Washfield; 37^{b}, 43^{b}, 55, 80, 177, (*Ord.*) 218, 220^{b}.

Cowick Priory,—

Fr. Eustace, Prior, obtained Licence to visit the Mother-House (5 June, 1317). He was to return to his Priory "citra gulam Augusti (1 Aug.) proximo secuturam; . . . et dabit ex fine Cs.; 120.

—The Prior and Convent were Patrons of Christow; 82, 126: of Cowick Vicarage; 120^{b}: of Meeth; 147, 162^{b}: of Spreyton; 117^{b}.

---

[1] To Sir Piers de Gaveston Edward II. granted the County of Cornwall by Charter, dated at Dumfries, 6 Aug., 1307. And by a subsequent Charter, dated 5 Aug., 1309, the said County was settled upon the said Peter and Margaret, his wife, and the heirs of their bodies; by reason of which Charter, Margaret, widow of Gaveston and wife of Hugh de Audley, petitioned for restoration of the lands which had been seized into the hands of the Crown, stating that there was issue of the said Piers by the said Margaret, then living. *See* Nicolas' *Historic Peerage*, page 126.

Crabbe, Thomas, R. of Truro, *see* St. Just-in-Roseland (*Inst.*); 33; *also* 37b, 43b, 151b, (*Ord.*) 218, 227b, 228.

Craf, John, of Seaton; 44b.

Crauthorne, Matthew, Proctor for William de Crauthorne; 148.

Crauthhorne, William de, inst. to Woolfardisworthy, R.; 52b: to East Buckland; 53b, 58b, 67, 81b, (*Ord.*) 226: to Martinhoe; 84b, 119, (*Ord.*) 238b: resigns Martinhoe; 128b: resigns, also Charlinch (*Somerset*), and is inst. to Northmolton; 148, 149b.

Crediton,—

Memorandum:—The Bishop, in his London House, 19 Feb., 1309-10, admonished Sir John de Suttone, Canon of Crediton, who was present, to reside personally, forthwith, which he promised to do; 47b.

Three of the Priest-Vicars, convicted of incontinency,—

MEMORANDUM quod, die Martis proxima post Festum Epiphanie Domini [11 Jan., 1311-12], comparuerunt omnes Vicarii Ecclesie Criditonensis, in Capella Domini ibidem, ad hoc evocati; inter quos Dominus Johannes Petipas, Vicarius ibidem, dicens se alias convictum fuisse de incontinencia cum Johanna de Fenlake, eodem die Vicaria sua in dicta Ecclesia, si amodo ipsum super hoc convinci contingeret, eo ipso privari voluit: nichilominus resignavit eandem. Walterus, vero, Cissor cum Margeria de Morcestre, et Robertus Pees cum quadam Eustachia—filia avunculi sui—Vicarii in eadem, similiter convictos se dicentes, die Mercurii sequente in Vestiario Ecclesie Sancte Crucis predicte comparentes, Vicarias suas similiter resignarunt, si eos amodo convinci contingeret de mulieribus supradictis. Presentibus in Capella Domino Ricardo de Brayggleghe, Magistro Nicholao de Hele, Ricardo Jagel, et me Lancestone, cum Vicariis; in Vestiario, autem, Domino Johanne de Sydemuwe, Johanne de Olneye, Galfrido le Petit Prust, Vicariis, Magistro Nicholao de Hele, et me Lancestone; 67b.

De Miraculo contingente in Ecclesia Criditonensi,—

MEMORANDUM quod, cum Thomas dictus Crey, fullo, ut asseruit, in Villa de Keynesham, Bathoniensis et Wellensis Dyocesis, veniret tanquam cecus ad Ecclesiam Collegiatam Sancte Crucis Criditonensis, die Mercurii proxima ante Festum Beati Petri ad Vincula [30 July, 1315], et staret in eadem Ecclesia ab eodem die Mercurii usque in diem Veneris sequentem, diem videlicet Festi Beati Petri predicti, idem Thomas, dum Episcopus Walterus Exoniensis, tunc personaliter presens ibidem, Summam Missam in eadem Ecclesia celebraret, post lectam Epistolam ipsius Misse, et antequam procederetur ad legendum Evangelium, coram altari Beati Nicholai in eadem Ecclesia in oracionibus suis persistens, visum, ut asseruit, recepit ibidem. Quibus post Missam ipsam prefato Episcopo nunciatis, quia super talibus nimis de facili credi non debebit, precepit idem Episcopus quod in prefata Ecclesia staret idem Thomas, ut interim de visu quem se asseruit recepisse, ut premittitur, et de aliis que hujusmodi facto contingunt, noticia plenior haberetur. Quibus die et loco prefato Episcopo personaliter existente in Capella Beate Virginis ipsius Ecclesie, et comparente, eciam, coram eo ibidem prefato Thoma, uxore ejusdem, et quibusdam aliis, tam de Villa Criditonensi quam de familia dicti Episcopi, ipsisque omnibus juratis, tactis Sacrosanctis Evangeliis, dixit idem Thomas, in virtute ejusdem prestiti juramenti, quod dum videre potuerit fullonie officium exercuit in Villa de Keynesham predicta, et cum die Jovis in Ebdomada Pasche proxima preterita [27 March], post prandium in domo sua quam inhabitabat in predicta Villa, caput suum ad dormiendum super ipsius

domus hostii limine reclinaret, oculorum suorum lumen, et toto tempore suo antea, habuit satis clarum. Set, cum ab ipsa dormicione surrexit, firmatis oculis suis, nichil omnino vidit, nec videre potuit ab hora qua sic surrexit usque ad diem Veneris in Festo Beati Petri predicto. Requisitus per dictum Episcopum si nunc videre potuit, dixit quod sic. Et, ut id probaret, idem Episcopus quesivit ab eodem in quo digito et qua manu sederet anulus quem portavit; et multa alia et similia quesivit ab eodem. Ad que omnia, prout fuerunt, sufficienter respondebat eidem. Item, requisitus de vicinis suis in dicta Villa de Keynesham qui noticiam premissorum habebant, dixit quod Walterus de Greneweye, Johannes Raulfe, Walterus Keteforde, Johannes Keteforde, Willelmus le Thechere, Adam le Thechere, et multi alii fuerunt vicini sui, qui a predicta hora quousque abinde versus Criditoniam recesserit cecum viderunt. Item, requisitus qualiter novit vel scivit de loco illo Criditonensi, dixit quod, cum semel dormiret, postquam erant, ut premittitur, oculi sui clausi, videbatur sibi sompniendo quod Ecclesiam Sancte Crucis Criditonensis visitaret, et ibidem reciperet visum suum. Requisita uxor predicta super omnibus que a prefato Thoma requirebantur in hac parte idem dicit in virtute juramenti predicti, excepta visione per sompnium, cum eodem. Requisitis, eciam, ceteris predictis, dixerunt, in virtute juramenti predicti, quod viderunt prefatum Thomam, postquam venit apud Criditoniam, non valentem videre exceptis indiciis, set habentem oculos semper clausos quum eum videbant, prout prima facie apparebat eisdem. Quibus sic actis, precepit idem Episcopus Canonicis et Vicariis tunc ibidem presentibus, quod, cum magna devocione, per solempnitates debitas, Deo, Beate Marie, Sancte Cruci, et Omnibus Sanctis, pulsatis solempniter campanis ipsius Ecclesie, gracias exsolverent speciales, ut in talibus fieri fuerat consuetum;[1] 107.

See Ros, Saer de; 126[b]: Stapeldon, Bp.; 169[c].

Creedy, the Chapel of [Capella de Cridie, MS.]. *See* Upton Hellions (*Inst.*); 45[b].

Cressi, Gilbert, *see* Consistory Court; 172[b].

Crewecombe, John de, inst. to Maker; 166[b].

Crey, Thomas, a blind man, recovers his sight miraculously, *see* Crediton; 107.

Criccol, William de, inst. to Lanlivery; 174.

Criminous Clerks, etc.,—

Commission, directed to his Official-Principal (10 Jan., 1314-15); to make Inquisition, and (if necessary) correct and punish, or even deprive the offenders of their Benefices. A second Commission, directed to the same, was issued on the same day. The Bishop would shortly be absent from his Diocese; and his Official-Principal was empowered to make Inquisition as to vacant Benefices, and Clerks presented thereto; but no action was to be taken thereupon apart from the Rural-Chapter in each case—"extra plenum Loci Capitulum"; 101.

Cristenistowe, Stephen de, priest, *see* Clayhanger; 107[b].

Croft, Philip de; he held two Knight's fees of the Bishop of Exeter, in Elnestede; 15[b].

---

[1] Dr. Oliver (in his *Monasticon* of the Diocese) gives an abstract of this Document, but, misreading the initial letter of the blind man's surname, calls him "Orey."

Cromhale, Walter de, inst. to Black Torrington; 110, 115, 120[b]: L 209[b], 210.

Cruce, Philip de, inst. to Barnstaple V.; 62[b], (*Ord.*) 228[b].

Crusades, concerning the,—

Commissio super Levacione et Colleccione Decime Sexennalis,—

Directed to the Dean and Chapter of Exeter, 12 Sept., 1313,—"super colleccione Decime Sexennalis, per Dominum Papam in subsidium Terre Sancte imposite."—"Et memorandum quod mittebatur ista Commissio predictis Decano et Capitulo per Dominum Ricardum, Rectorem Ecclesie de Were [Giffard]"; 81.

Litera super Inhibucione Armorum:—

Venerabilibus Patribus, Dominis Dei gracia Archiepiscopo Cantuariensi et Episcopis ejus Suffraganeis, Frater Nicholaus, miseracione Divina titulo Sancti Eusebii Presbiter Cardinalis, Apostolice Sedis Nuncius pro negociis Terre Sancte, salutem in Domino sempiternam.—Noveritis nos recepisse Mandatum Apostolicum in hec verba:—Clemens [V] Episcopus, servus servorum Dei, dilecto filio, Nicholao, titulo etc., salutem et Apostolicam Benediccionem.—Cum nuper, certis ex causis, que nos ad id racionabiliter induxerunt, in Francie, Anglie, et Alemannie Regnis, et non nullis aliis Partibus, in quibus Torneamentorum et Justarum consuevit usus haberi, illorum excercicia, quibusdam penis in contrafacientes adjectis, duxerimus inhibenda, prout in nostris inde confectis Literis—quarum tenorem, ut de illis certitudo plenior habeatur, Presentibus inseri fecimus—plenius continetur; volumus, et Discrecioni tue per Apostolica Scripta mandamus, quatinus Inhibucionem hujusmodi, ubi et quando expedire videris, satis ac sollempniter puplicares. Tenor, autem, predictus talis est:—

BULLA. Clemens Episcopus, servus servorum Dei, ad futuram rei memoriam. Passiones miserabiles Terre Sancte, in quibus viscera nostra, per debite compassionis affectum, multi doloris acerbitate torquentur abolim, interne pietatis oculis intuentes Apostolicis, pectoris studia indefesse convertimus, ac vias et modos exquisivimus diligenter quibus ei posset de oportuni succursus auxilio provideri. Et tandem, Illius Qui Terram ipsam Proprio Sanguine, Precio Salutis nostre, perfudit, propiciante clemencia, in Concilio Viennensi, eodem approbante Concilio, in ipsius Terre que peculiaris preclari nostri Salvatoris hereditas est, in qua Celi Regem Virgo Puerpera genuit, quam eciam Redemptoris nostri Preciosisssimus Cruor pro humani generis Redempcione perfudit, in qua poni meruit Sepulcri Dominici fundamentum, et quam resurgens Christus a mortuis Resurreccionis gloria multipliciter illustravit, succursum generale Passagium duximus ordinandum. Ad quod, cum nostris, operante Illo Cujus negocium agebatur, Qui animos Regum et Principum prout et quando vult Devocionis igne succendit, ad salubrium excercicium accionum karissimorum in Christo filiorum nostrorum, Philippi Francorum, Edwardi Anglorum, et Ludovici Slavarum, Regum illustrium, et dicti Regis Francorum aliorum filiorum et fratrum, concurrentibus votis et animis, ipsi et quamplures alii, Duces, Comites, et Barones, nobiles et potentes, ad vindicandas nostri Redemptoris injurias, ad liberandam Terram Sanctam de Agarenorum manibus, que, peccatis exigentibus, nunc eorundem pollutis pedibus conculcatur; necnon et pro suorum remedio peccatorum, se transituros in dicte Terre Sancte subsidium, in eodem Passagio, per votum assumpte Crucis, specialiter obligarunt. Set, proch dolor, versutus hostis humani generis, eversor bonorum operum, et callidus procurator malorum, quique ardenciores in Dei servicio et Deo familiariores latenter magis impungnat, mille habens modos nocendi, quorundam Crucisignatorum et aliorum, qui ad procurandum homines, arma, expensas, et equos, pro dicto Passagio faciendo, deberent esse solliciti et intenti, animos ad procurandum contrarium, sub quadam pro-

Causa Inhibucionis. bitatis improbatide[1] specie, fallaciter inclinavit. Cum, enim, in Torneamentis et Justis, que interdum in aliquibus Partibus fieri solent, multa pericula immineant animarum, neces hominum, consumpcio pecuniarum, et equorum destrucciones plerumque contingant, nemini venit in dubium sane mentis, quin illi qui Torneamenta faciunt, vel fieri procurant, impedimentum procurent Passagio faciendo, ad quod homines, equi, et pecunia et expense, fore necessaria dignoscuntur; propter que et quantum hujusmodi Torneamenta sunt, cum gravis pene adjeccione, a nostris Predecessoribus interdicta; quantum eciam in faciendis Justis predictis, que Tabule Rotunde in aliquibus Partibus vulgariter nuncupantur, eadem dampna et pericula imminent que in Torneamentis predictis, et ideo circa eas idem jus statuendum existit. Ideo universis et singulis per Francie, Anglie, et Inhibucio. Alemannie Regna, Burgundiam Imperialem, ac Comitatum Provincie, Viennenses et Bisuntinas Provincias, et contigua circumvicina et adjacencia Partes, Terras, et Loca constitutis, in quibus vel aliquibus eorundem frequenter Torneamentorum et Justarum predictorum consuevit usus haberi, cujuscum quecondicionis, status, vel preeminencie fuerint, Auctoritate Apostolica districte precipimus et inhibemus expresse ne Torneamenta seu Justas hujusmodi in dictis Regnis, Provinciis, Partibus, Terris, et Locis, de cetero facere vel exercere presumant. Nos, enim, in omnes et singulos de dictis Regnis, Provinciis, Partibus, Terris, et Locis, Torneamenta seu Justas predicta, contra hujusmodi Mandati et Inhibicionis nostrorum tenorem, facere vel exercere quomodolibet presumentes; necnon, et in eos Pena. in quorum Terris, vel Districtibus, seu Locis, ea fieri contigerit, non prohibentes, si possent; ac in eos qui hujusmodi Torneamenta seu Justas facientes, seu facere volentes, et propter hoc ad locum Torneamenti seu Justarum hujusmodi accedentes, eundo et stando, in domibus suis scienter receperint, ipsis equos, arma, vel expensas, vel quevis alia subsidia pro hiis faciendis ministraverint, vel in eisdem super hiis aliquid commercium inierint, Excommunicacionis Sentenciam promulgamus, et Terram ipsorum Ecclesiastico subjicimus Interdicto, absolucionem ab Excommunicacione predicta, preterquam in mortis articulo, Sedi Apostolice reservantes; omnes confederaciones, colligaciones, pacciones, promissiones, et obligaciones factas super hiis, et quas fieri contigerit in futurum, sub quacumque forma seu modo, vel expressione verborum, eciam si essent juramentis vel quibusvis penarum adjectibus roborata, ex nunc irrita decernentes. Nulli, ergo, omnino homini liceat hanc paginam nostri Mandati, Inhibucionis, Promulgacionis, Subjeccionis, Reservacionis, et Constitucionis infringere vel ei, ausu temerario, contraire. Si quis, autem, hoc attemptare presumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Ejus, se noverit incursurum.—Datum in Prioratu de Grausello (*Groseau*), prope Malausanam (*Malaucène*), Vasonensis Diocesis,[2] xvj Kalendas Octobris, Pontificatus nostri Anno Octavo [16 Sept., 1313].

Cum, igitur, nobis per Sedem Apostolicam, ut premittitur, mandatum existat ut contenta in Literis Apostolicis suprascriptis, ubi et quando nobis videbitur, faciamus sollempniter publicari, et nobis summopere expediens videatur ut predicta in Regno Anglie celeriter et sollempniter publicentur, hujusmodi auctoritate Mandati, vobis et vestrum singulis, Presencium tenore, districte precipiendo mandamus quatinus hujusmodi contenta in predictis Literis Apostolicis, scilicet quilibet vestrum in Locis sollempnibus sue Diocesis, quantocius sollempniter publicetis; caventes ne—quod absit—

---

[1] This curious word must be a clerical error for "improbitate" or "improbate." The Bull is not printed in the *Fœdera* or in the *Bullarium Romanum*, but a short extract is given in Reynaldi's Continuation of *Baronius'* "Annales Ecclesiastici" Vol. V., p. 2 (Ed. 1750—*Mansi's*).

[2] Vaison, in the Archiepiscopal Province of Avignon.

propter aliquam neglicenciam vestram, Dei, Cujus in hoc negocium agitur, ac Domini nostri Summi Pontificis, qui hujusmodi negocium intime gerit in visceribus cordis sui, indignacionem merito incurratis.—Vos, vero, Domine Archiepiscope, copiam Presencium, sub Sigillo vestro, predictis vestris Suffraganeis quamcicius poteritis transmittatis.—Datum Parisius, vj Idus Octobris, Pontificatus Domini Clementis Pape Quinti Anno Octavo [10 Oct., 1313]; 80b.

Cruwes, Alexander de, presents to Rakenford; 73.

Cruwes, John de, presents to East Anstey; 184.

Cruwes, Peter de, presented to Rakenford; 73, (*Ord.*) 230b, 232, 233.

Cryspin, Robert, *see* Clyst-Hydon (*Inst.*); 38.

Culmstock: Visitations of the Church and Parish (Nos. I and II in Bishop Bytton's time, by the Deputies of the D. and C.; No. III, by Bishop Stapeldon's Commissary),—

[I. "Visitacio facta ibidem, die Sancti Jacobi, Apostoli [25 July], Anno Domini Mo. tricentesimo primo, per Magistros Johannem de Upavene et Willelmum de Sancta Elena, Canonicos in Ecclesia Beati Petri Exoniensis.

"Sunt ibi in Ecclesia tria paria Vestimentorum integra. Quinque tualle, quarum una cum parura. Quatuor tualle non benedicte. Unum Frontellum linense, et aliud lanense, debile et fractum. Quatuor paria Corporalium, cum tribus repositoriis lineis. Unum Missale sufficiens, cum Gradali. Duo Gradalia cum Tropario. Unum Troparium per se. Unum Processionale sufficiens. Unum Ordinale sufficiens. Unum Manuale sufficiens. Unum Invitatorium. Unus Calix argenteus, deauratus interius et exterius, cum Patena. Una Pixis eburnea ad Eucaristiam, pendens ultra Altare, argento ligata cum serura argentea. Alia Pixis argentea ad portandum ad infirmos. Unus ciphus stagneus, propter infirmos. Unum Crismatorium stagneum cum serura. Unum vas stagneum ad incensum. Tres fiole stagnee. Due Pixides lignee ad Oblacionem. Due Cruces de metallo satis sufficientes. Due Campanelle, quarum una propter Missam, alia propter infirmos. Duo Candelabra stagnea. Unum Paxillum. Una cista ad Vestimenta; alia propter Libros. Unum Vexillum sufficiens, et unum debile. Due tualle ad Sacrarium. Unum tapetum propter mortuos. Duo superpellicia, et unum debile. Unum rochetum debile. Unum Velum Quadragesimale. Unum turribulum: unum buetum ligneum. Unum Antiphonarium, cum Legenda per totum annum, in duobus voluminibus. Alia duo Antiphonaria, quorum unum debile. Statuta Sinodalia. Duo Psalteria, quorum unum cum Capitulario, Collectario, et Ymnario. Cancellum bene coopertum et bene celatum, cum septem fenestris vitreis, et bene ferratis. Unum ferrum ad faciendum Oblaciones. Baptisterium, seratum et interius plumbeum. Unum vas plumbeum ad Aquam Benedictam.

"*Testes Sinodales*,—Thomas Prudomme, Johannes de la Hele, Walterus de Mapildurneham, et Willelmus Wytynou; qui dicunt quod Willelmus Vicarius est homo bone vite et conversacionis honeste, et similiter Clericus ejus, et bene informat Parochianos ejus. In Visitacione infirmorum et Baptismo parvulorum, et in omnibus aliis que Officium suum contingunt, hoc excepto quod, sicut videtur eis, nimiam moram facit inter Matutinas et Missam Diebus Festivalibus, nesciunt aliud reprehendendum in eo. Similiter Officialis loci bene exercet officium suum, ut eis videtur.

"*Jurati*,—Johannes Benet, Michael de Bosco, Willelmus Cissor, et Robertus Aleyn, cum quatuor suprascriptis, jurati, dicunt quod Firmarius et ejus ballivi bene defendunt eos versus quoscumque, et bene tractant eos, nec in aliquo sunt eis onerosi vel injuriosi; hoc excepto, quod cotarii de Villa conqueruntur se gravatos in feno colligendo, levando, et uniendo, sed juste vel injuste ignorant. Item, dicunt quod districti sunt falcare pratum Domini, quod nativi Domini falcare debent et solebant. Item, dicunt quod domus, gardinum, clausa, et terre arabiles, cum columbario et molendino sunt in bono statu, et meliorantur per presentem Firmarium, ut estimatur, ad valorem viginti librarum. Et redditus assisus est auctus in iij solidis et quatuor denariis per duas domos quas presens

Firmarius de novo edificavit."—*Archives of the D. and C., No.* 3673, *page* 38.]

[II. "Visitacio facta apud Columpstoke, die Martis proxima ante Festum Sancti Laurencii [6 Aug.], Anno Domini M° CCC° tercio, per Magistros J. de Upavene et Willelmum de Sancta Elena, ad hoc per Capitulum deputatos,—

"Libri, Vestimenta, et omnia Ornamenta Ecclesie, ut in vasis et utensibus necessariis, in proxima Visitacione reperta, remanent in statu sufficienti, una cum Ymagine Beate Virginis in Magno Altari, et ejusdem Sancte Virginis et Sancti Nicholai ad Altare in Navi Ecclesie ex parte Boriali, et Ymagine Sancte Katerine ad aliud Altare in parte Australi; feretro et hercia ad Tenebras, et Cereo Pascali, de quibus omnibus nulla fuit mencio in Visitacione predicta; ita quod nullus defectus apparet in Ecclesia nec ejus coopertura, Cimiterio vel ejus clauso, nisi quod ad Altaria in Navi Ecclesie deficiunt Frontalia, et quod sera Pixidis argentee pro infirmis visitandis est parumper confracta.

"Inquisicio facta ibidem per Johannem Benet, Ricardum Thurlok, Robertum de Mapelturnham (*sic*), Michaelem de Bosco, Willelmum de Hanvyle, Osbertum de Wydeyete, Willelmum Whytinohg, Johannem Leyem, et Henricum de Forse; qui, jurati, dicunt, sicut in proxima Visitacione, quod Firmarius et ballivi sui bene se gerunt erga tenentes Manerii, nec gravant eos in aliquo, nec imponunt eis servicia aliqua preterquam debita et consueta, nisi quod cotarii dicunt se indebite oneratos de levacione feni ultra quam antiquitus consueverunt. Et hoc non est imputandum, ut asserunt, Magistro Roberto vel ejus ballivis, quia tempore Domini Reginaldi le Arceveske, predecessoris ejusdem, fuit hoc introductum. Similiter dicunt quod Vicarius honeste se habet in omnibus, et satis diligenter exercet ea que Officio suo incumbunt. De peccatis, vero, celatis, sortilegiis, usuris, et aliis criminibus enormibus occultatis, dicunt se nichil scire. Preterea dicunt quod sunt in Manerio predicto tres carucate terre, quarum una est de Sanctuario, et valent per annum lxs., deducto custo; et triginta et j acre prati, estimacionis xxxjs., cum quinquaginta acris pasture in duobus clausis, que valent xs. Et est summa redditus assisi (cum auxilio et . . . . [1]viginti solidis de trituracione, et xs. de redditu Sanctuarii), xvj*li.* Et molendinum bladi valet xxjs. viij*d.* Decima garbarum xx*li.* Et sic est summa tocius valoris, per sacramentum ipsorum, xlij*li.* vjs. ix*d.* Similiter dicunt quod presens Firmarius melioravit locum, post tempus ultime Visitacionis, in palicio facto trans aquam et diversis fossatis, prout particulariter computabunt xliijs., preter melioracionem xx librarum in priori Visitacione contentam. In domibus, vero, Curie, clausis, gardinis, molendinis, seu quibuscumque aliis, nullum assignant defectum, nisi in grangia Occidentali, que dicunt se posse reparare per duos solidos."—*Ibid.*, page 42].

[III. Visitacio facta in Ecclesia de Columpstoke, xiij die mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo CCC^mo quartodecimo, Indiccione duodecima, Pontificatus Domini Clementis Pape Quinti Anno Nono, per Magistrum Ricardum de Coletone, Commissarium Domini Walteri Episcopi predicti; cujus Commissionis tenor est supra[2] in proxima pagina,—presentibus Magistro Bartholomeo de Castro, Ricardo de Morcestre, Ricardo de Otery, Roberto Daumarle, clericis, et ego (*sic*), J. [de Lancevatone]. In qua Ecclesia reperiebantur defectus subsequentes,—videlicet, Velum Nupciale omnino insufficiens. Venitarium[3] insufficiens. Crismatorium sine serura. Lucerna insufficiens. Navis Ecclesie male coopertus. Vicaria nimis exilis—que nunquam fuit taxata, ut asseruit Vicarius. Vitrum fenestrarum in Cancello fractum; et deficit vitrum unius fenestre in Navi Ecclesie. Unde dictus Commissarius injunxit quod omnes predicti defectus reparentur, per eos ad quos pertinet correccio, citra Festum Sancti Michaelis proximo futurum, sub pena x librarum ad Fabricam Ecclesie Exoniensis,—Willelmo Almanisheghe, Rogero Trille, Rogero Pyde, Parochianis dicte Ecclesie, tunc presentibus; 84^b.

Cumbe, John de, V. of Stoke-Gabriel, *see* Alcborne; 44.

---

[1] A blank space, not filled in.

[2] *See* Visitations.

[3] "Liber Ecclesiasticus, in quo descriptus Psalmus cum notis musicis, *Venite, Exultemus Domino*, etc. (Synod. Exon., Anno 1287.)"—*D'Arnis.*

Curtiniaco, John de (*see* "Wills"—Queen Margaret); L 214[b].
Curtisknolle, Robert de (*see* "Confessions"); 48: resigns Sydenham[-Damarel]; 112[b].
Cusgaran, William de, *see* Manaccan (*Inst.*); 39.

D.

Dagoun, Andrew, V. of Braunton, deceased; 146[b].
Danyel, John, collated (*by lapse*) to St. Clether; 145[b].
Daniel, Thomas, Canon-Regular of Bodmin; 71.
Dare, William, clerk; L 203.
Darnel, John, inst. to Staverton; 167.
Dartmoor, the Forest of, *see* Devon; 152.
Daudele, Sir Hugh, junior, presents to Bradninch; 126[b].
Daudele, Roger, R. of St. Stephen's-by-Saltash; 167[b], 168.
Daumarle, John, presents to Sydenham[-Damarel]; 112.
Daumarle, Robert, clerk, *see* Culmstock; 84[b]: Consistory Court; 172[b].
Daumarle, Thomas, inst. to St. Martin's-by-Looe; 36, 81[b], 87[b]. *See* "Wills"—Bodrigan, Ysolda de; 60; *also*, (*Ord.*) 218, 220[b], 228.
Daumarle, Walter, V. of Totnes, *see* Ashprington; 38: he exchanges Totnes for Ashprington; 59[b]. *See* Exeter, Archdeacons of (*Inst.*); 121.
Dauuna, John; L 197.
Dawney, [de Alneto], Elizabeth (relict of Sir William), presents to St. John-in-Cornwall; 57[b].
Dawney, Sir Nicholas, Knt., presents to St. John-in-Cornwall; 127[b].
Dawnay, Wm., R. of St. John-in-Cornwall; 37[b], 43[b], (*Ord.*) 218: R. of Lanreath; 145[b], (*Ord.*) 232[b]: deceased; 162[b].
Davailes, John, *see* Little Torrington (*Inst.*); 71[b].
David, John, Canon-Regular of Bodmin; 51[b], 71.
David, John (of Shillingford); L 199.
Davy, John, "de Gower," clerk; (*Ord.-Pris.*) 236[b].
[Dawlish,—

Visitacio apud Doulys, die Mercurii proxima ante Festum Translacionis Beati Thome, Martiris, Anno supradicto [5 July, 1301]. *See* page 107, note (2).

Quo die fuerunt in Ecclesia loci predicti unum Psalterium, magnum et bene scriptum, cum Ympnario et Tropario in eodem volumine; aliud Psalterium, dilaniatum et parvi valoris; Legenda tocius anni in ij voluminibus, cum Antiphonario sparsim interposito. Item, Antiphonarium per se, bonum, continens Statuta Synodalia. Ordinale sufficiens. Manuale, Capitularium, et Collectarium, in eodem volumine. Duo Calices interius exteriusque deaurati, et satis honesti. Unum Missale tantum sufficiens. Gradale nobile cum Tropario, et aliud Gradale sine Tropario. Processionale nullum, nisi in Gradalibus. Cancellum novum sumptibus Capituli constructum, carens celatura. Pixis ad Eukaristiam eburnea, argento ligata, sine sera. Ciphus pro infirmis de stanno. Crismatorium ligneum sine sera. Septem paria Corporalium. Tria paria Vestimentorum integra, quorum unum Festivale decens, et alia satis ydonea. Due Albe sine Casulis. Tualle xiiij, quarum j cum parura. Frontale ad Majus Altare satis conveniens. Duo superpellicia bona, et tercium debile. Rochete iij bone. Crux Processionalis de metallo, cum hasta curta et insufficienti. Duo Candelebra Processionalia de metallo perpulchra, et iiij de stanno. Duo Vexilla nova. Pannus de serico subtilis auro stragulatus, de dono Firmarii, pro Patena tenenda. Paxillum sufficiens. Cista parva, ferro ligata. Catene turribili fracte. Ymago Sancti Gregorii ad Majus Altare male depicta, et altera manu truncata. Vas de plumbo ad Aquam Benedictam. Velum Quadragesimale sufficiens. Deficit pannus mortuorum. Et Fons est sine serura. Scalarium versus Curiam indiget reparacione.

Testes Synodales dicunt quod Vicarius, quem bonum reputant, non residet personaliter, set habet loco suo Dominum Adam, capellanum, qui bene et honeste se gerit, et optime informat eos in Spiritualibus. Set Randulphus capellanus tenuit suam concubinam per decennium et ultra, vel ultra; et sepius inde correptus incorrigibilis perseverat. Clericus Ecclesie continens et honestus.—Agnes Daya, firmaria, contempnit Nicholaum, virum suum; nec audet accedere ad eam: et hoc quia Matheus, armiger Firmarii, antequam adiret Curiam Romanam, suscitavit ex ea prolem, et per hoc elata irruit in virum suum quosciens (*sic*) ipsum videt, verberando ipsum et male tractando. Set postquam idem Matheus rediit a Curia, non creduntur quod eam frequentaverit. De aliis peccatis occultatis nichil dicunt,.

Johannes Lupus, Ricardus de Langedoune, Willelmus Byarde,	Willelmus de Helmisforde, Adam Zemar, Rogerus Uppehille,	Walterus Helmisforde, Johannes de Laberne, Thomas Byarde,	et Adam Palmer,

jurati, dicunt quod Magister Bertholomeus, nunc Firmarius ipsorum, et ballivi sui, non sunt eis injuriosi in aliquo, et defendunt eos optime versus extraneos; et ignorant si aliqua antiqua consuetudo ipso[rum] sit per Firmarium mutata. Et dicunt quod in Manerio de Doulys sunt de redditu assiso xxxv*li.* vs. iiij*d.*; de auxilio assiso xlij*s.*; de berbiagio xlj*s.* iij*d.* Item, apud Tengemue, cxviij*s.* vj*d. ob.* Duo molendina valent per annum x marcas. Perquisitum Hundredi l*s.* Et perquisitum Capituli, deductis expensis, x*s.* Due caruce in dominico, cum gardino et prato, c*s.* Et tota decima garbarum xxv*li.* vj*s.* viij*d.* Item, dicunt quod Magister Bartholomeus recepit a predecessore suo, pro defectibus, xviij marcas, quas expendit totaliter circa reparacionem eorundem, et multo amplius. Et, nichilominus, estimant defectum domus vaccarum, stabuli infra portam, et warderobe Camere Domini, lv*s.* Dicunt, eciam, quod predictus Firmarius adquisivit per Placitum unam domum apud Tengemouthe, que si esset reparata, redditus augmentaretur. Item, villani conqueruntur se gravatos per hoc, quod ballivi non permittunt eos cariare blada sua in autumpno, antequam ipsi veniant ad decimandum ea; qui aliquando venire differunt donec eadem blada remanserint putrefacta in campis."—*Archives of the D. & C., No.* 3673, *page* 29].

Dean-Prior, Manor of; Grant of lands to Stephen Mugge,—

Sciant presentes et futuri quod ego, Willelmus de Sancto Stephano, dedi et concessi Stephano Mugge, pro homagio et servicio suo, molendinum[1] de

[1] There can be no doubt that, centuries ago, the Dean Mill was opposite Dean Wood Gate, the power used being the water from the Dean Combe valley, and not the Deanbourne.

Dene, cum aquis pertinentibus ; reddendo inde, annuatim, michi et heredibus meis octo solidos pro omni servicio, ad Festum Sancti Michaelis. Concessi, eciam, dicto Stephano et heredibus suis moituram tocius terre et feudi mei de Dene, et domus meas, excepto brasio[1] mense mee, quod non pertinebat ad dictam moituram, et totum servicium Hundredi mei quod pertinet ad predictum molendinum. Et si aliquis a jam dicto molendino declinans convictus sit . . . . michi misericordia permaneat, et ei moltura restauretur. Preterea dedi prenominato Stephano et heredibus suis, jure hereditario, terram meam in Hefelda[2] tenendam et habendam sibi et heredibus suis, reddendo inde annuatim duos solidos ad Pascha pro omni servicio ; per has metas, scilicet de Yallaforda,[3] de Hurberne, versus Occidentem usque Venvorda, et inde usque ad antiquam viam; inde per viam versus Meridiem usque Langestonesplace, deinde per viam usque ad terram de Hurberneforde. Concessi, eciam, dicto Stephano et heredibus suis, et tenentibus suis, communam, pasturam, per totam terram meam. Et si contigerit eundem Stephanum, aliquo casu, vel heredes ejus, arbitrio parium suorum, in misericordiam meam vel heredum meorum cadere, aut tenentes in predicta terra manentes, quieti sint pro sex denariis. Ego, vero, et heredes mei tenemur warantizare predictum molendinum, cum aquis pertinentibus, et viis et semitis ad predictum molendinum tendentibus, et molturam similiter et terram predictam cum omnibus pertinenciis suis, sepedicto Stephano et heredibus suis, contra omnes homines in perpetuum. Hujus rei gracia dedit mihi dictus Stephanus octo solidos in recognicione, et uxori mee unum firmaculum argenti, sex denarios. Et, ut hec mea Donacio et Concessio rata et inconcussa permaneat, presenti Carte sigillum meum apposui ; hiis Testibus: Radulpho de Albamare, Johanne de Ventone[4] . . . . , Osberto Mugge, Michaele, filio ejus, Rogero Albo, Willelmo de . . . . et multis aliis.

[This Deed, has been stitched in between ff. 28 and 29. It is in a bad state, having suffered from damp and ill-usage: many words are obscure, and some have been altogether obliterated.

Dean-Prior ; the Vicarage of,—

Sir John, V. ; commissioned to hear Confessions in the Archdeaconry of Totnes (. . July, 1312) ; 72.—The day of the month has been obliterated; but the Entry is between 14 and 16 July.—Reconciliation of the Church and Cemetery (22 Feb., 1322-3) ; 174.

Dedications,—

Ordinacio Domini super Dedicacionibus Ecclesiarum et Altarium:—

Ubi Ecclesia Parochialis, vel Capella distinctam habens Parochiam, seu Cimiterium hujusmodi Ecclesie vel Capelle, dedicatur aut reconciliatur, parochiani Ecclesie vel Capelle dedicate vel reconciliate, cum Cimiterio

---

[1] The malt-house or, perhaps, the brewery.

[2] *hodie*, Heathfield ; fields adjoining the Moor road on Skerraton Estate.

[3] This ford was where Gidley Bridge now crosses the Harbourne stream, at the bottom of Redicleave Farm. From "Hurbourne" towards the West as far as Venforda would be up the stream, to its source, to the bog or turf-land adjoining. Thence to the old road would be, by the road from Moor-Gate. A little distance from Moor-Gate is a stone called "Longstone." I am indebted to Mr. Coulton, of Dean Court for these interesting notes.

[4] "John de Fenton held Fenton (in Dartington) 27 Henry III., and another John held it 8 Edw. II. *See* Pole's Collections, page 297. Ralph de Albemarle occurs in 1301 (29 Edw. I.), *see* Vol. I., page 496. This Deed is undated; but the approximate date may be inferred from the names of these Witnesses.

earundem, onus solucionis Procuracionis ea occasione debite, et omnia alia onera hac de causa incumbencia integraliter agnoscent, et non ad Rectores seu ad Vicarios earundem, set ad ipsos parochianos hujusmodi onera plenarie pertinebunt; hoc adhibito moderamine, quod parochiani Capellarum, qui non apud se, set in Cimiterio Parochialis Ecclesie sepeliri debebunt, ad omnia onera occasione Reconciliacionis Cimiterii Parochialis Ecclesie pro rata contribuere tenebuntur: set parochiani Capellarum qui habent in suis Capellis Capellanum ibidem continue celebrantem, pro Reconciliacione Corporis Matricis Ecclesie contribuere non debebunt. Ubi, vero, Ecclesia Parochialis et ipsius Cimiterium reconciliata fuerint uno die, omnia onera ea occasione debita per duas partes equales dividantur, ita quod unam medietatem solvant parochiani Matricis Ecclesie per se, et aliam medietatem iidem parochiani Matricis Ecclesie et parochiani Capellarum quorum corpora in Cimiterio Matricis Ecclesie, post eorum obitum, sunt sepulta. Et hec omnia erunt, ut premittitur, observata, eciam si Majus Altare vel plura Altaria die Dedicacionis vel Reconciliacionis hujusmodi sint vel fuerint dedicata. Ad Dedicacionem, vero, seu Reconciliacionem hujusmodi Capellarum, Altarium vel Cimiteriorum ipsarum, Rectores aut parochiani Matricis Ecclesie contribuere non tenentur. Ubi, vero, Majus Altare Matricis Ecclesie fuerit dedicatum, et non Ecclesia nec Cimiterium illo die, Rectores vel Vicarii et parochiani hujusmodi Ecclesie Matricis onera predicte Dedicacionis inter se equaliter divident; ita quod Rector, seu Vicarius secundum Ordinacionem et Taxacionem Vicarie sue, unam medietatem, et parochiani aliam medietatem hujusmodi onerum agnoscant et persolvant. Cumque, eciam, eodem die, plura Altaria in Navi Matricis Ecclesie fuerint dedicata, ubi vero, pro dolo seu culpa aliquorum Dedicacionis seu Reconciliacionis officium fuerit impendendum, illi qui hujusmodi dolum aut culpam commiserunt alios quorum interest tenebuntur ab omnibus hujusmodi oneribus liberare et indempnes conservare, ad que non Dedicans seu Reconcilians, set illi in quorum prejudicium hujusmodi dolus et culpa committitur habeant accionem. In casu, autem, ubi Ecclesie Cathedrales, Conventuales, aut Collegiate Ecclesie, seu ipsarum Altaria aut Cimiteria, vel speciales Capelle aut Oratoria aliquorum Nobilium, dedicanda fuerint aut reconcilianda, illi tenentur agnoscere hujusmodi onera qui hujusmodi officium procurabunt. Hec omnia, ut premittitur, observanda sunt, nisi inter illos quorum interest alio modo licito aliter sit conventum; 167.—There is no date; but the Entry occurs immediately after Lady-day, 1322.

A.D. 1311.

YARCOMBE,—Decimo septimo die Octobris Dominus dedicavit Majus Altare in Ecclesia Parochiali de Yertecumbe; 64.

UGBOROUGH,—Apud Uggeburghe, die Jovis in Festo Apostolorum Symonis et Jude [28 Oct.], Dominus dedicavit Majus Altare in Ecclesia ibidem; 65.

PLYMPTON,—Et die Veneris in crastino [29 Oct.], apud Plymptone, dedicavit Ecclesiam Parochialem ibidem et reconciliavit Cymyterium; *ibid.*

A.D. 1315.

COOKBURY (q. v.),—The Chapel and Cemetery were dedicated 9 Aug., 1315; 107b.

A.D. 1316.

MEMBURY,—Vicesimo secundo die mensis Julii, Dominus dedicavit Cimiterium Ecclesie, sive Capelle, de Memburi, premissa protestacione que sequitur,—In Dei Nomine, Amen.—Nos, Walterus, permissione Divina Exoniensis Episcopus, Cimiterium Ecclesie, sive Capelle, de Memburi, distinctam habentis Parochiam, nostre Diocesis, ex certis sufficientibus et veris causis, ex Officii nostri debito dedicare intendentes, dicimus et protestamur expresse quod non est intencionis nostre quod per hujusmodi Dedicacionem

Ecclesie Parochiali de Axeminstre, nostre Diocesis, a qua predicta Ecclesia, sive Capella, de Memburi dicitur esse dependens, aliquod prejudicium illicite generetur. Quinimmo sub tali modo et tali intencione ad hujusmodi Dedicacionis officium procedemus, quod jura predicte Parochialis Ecclesie de Axeminstre in predicta Ecclesia, sive Capella, de Memburi, quantum ad hujusmodi dependenciam, decimas majores et minores, oblaciones et obvenciones, sicut prius, ita in posterum, illibata remaneant, predicta Dedicacione non obstante. Quibus die et loco comparuerunt Warinus et Ricardus de Raleghe, Simon de Yarti, Reginaldus de Hele, Johannes de Memburi, Willelmus ate Watere, et sponte manuceperunt, et se solvere promiserunt, pro se et parochianis Ecclesie sive Capelle antedicte, procuracionem eidem Domino et suis debitam racione Dedicacionis predicte, judicialem super hoc condempnacionem subeuntes.

Eisdem eciam die et loco, comparuerunt prefati Warinus, Ricardus, Simon, Reginaldus, et Johannes, et promiserunt, pro se et parochianis antedictis, solvere prefato Domino decem libras sterlingorum in subsidium litis, si quam, occasione Dedicacionis predicte, a quocumque contra eum moveri contingat, et nichilominus quod tres vel quatuor, plures aut pauciores testes, prout optimum videbitur, ubicumque dumtaxat in Anglia necesse fuerit, cum super hoc fuerint congrue premuniti, suis sumptibus producent, in eventum hujusmodi litis, ad probandum impedimenta et pericula que in delacione funerum parochianorum dicte Ecclesie, sive Capelle, de Memburi ad Ecclesiam de Axeminstre hactenus contigerunt. Ad quod solvendum, producendum, et faciendum, ut premittitur, prefati Warinus, Ricardus, Simon, Reginaldus, et Johannes, de ipsorum expressa voluntate et peticione, et eorum singuli, in solidum extiterant condempnati. Et, quia iter vulgo erat per medium dicti Cimiterii, ipsumque Cimiterium circumquaque prout honestum erat non extiterat bene clausum, essentque Libri ibidem tam Matutinales quam Missales, duobus Gradalibus dumtaxat exceptis, insufficientes, et alii nonnulli defectus, tam in Cancello quam in Navi ipsius Ecclesie tunc reperti, precepit idem Dominus et injunxit tam Rectoris Vicario quam parochianis ibidem, singulis videlicet eorum, quatenus eos attinent seu contingere poterunt, quod tam predictos defectus quam ceteros omnes et singulos dicte Ecclesie, sive Capelle, si qui fuit, repararent, invenirent, et corrigerent, citra Festum Pasche proximo secuturum, sub pena decem librarum, solvendarum ad Fabricam Ecclesie Beati Petri Exoniensis, vel ad alium pium usum, prout idem Dominus duxerit ordinandum. Ita, videlicet, quod si predictum iter extra idem Cimiterium competenter haberi non poterit, fiant porte cadentes, et claudentes supra rotas, per idem Cimiterium, ubi magis videbitur optimum; 113.

A.D. 1318.

SAMPFORD-PEVERELL,—Duodecimo die mensis Aprilis, Dominus Episcopus dedicavit Ecclesiam de Saunforde; 126[b].

UPLOMAN,—Tercio decimo die ejusdem mensis, videlicet in crastino, Dominus Episcopus dedicavit Ecclesiam et Cimiterium de Lomene, *ibid.*

BUTTERLEIGH,—Quarto decimo die predicti mensis Dominus Episcopus dedicavit Cimiterium Ecclesie de Boterleigh; *ibid.*

KINGSTEIGNTON,—Primo die mensis Maii, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie Parochialis de Teyngtone Regis; *ibid.*

IPPLEPEN,—Tercio die mensis Maii, Dominus Episcopus dedicavit Summum Altare Ecclesie Parochialis de Ipplepene; *ibid.*

TOWNSTAL,—Quarto decimo die mensis Maii, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie de Tonstalle; 127.

SLAPTON,—Sexto decimo die mensis predicti, idem Dominus Episcopus dedicavit Majus Altare Ecclesie de Slaptone; *ibid.*

TAVISTOCK,—Vicesimo primo die mensis Maii, Dominus dedicavit Ecclesiam Parochialem de Tavystoche; *ibid.*

MORVAL,—Octavo decimo die mensis Junii, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie de Morval ; 128.

LANIVET,—Sexto die mensis Julii, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie de Lannyvethe, una cum quatuor aliis Altaribus in eadem Ecclesia ; *ibid.*

ST. BREOKE,—Undecimo die mensis Julii, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie Sancti Brioce de Nansent ; *ibid.*

ST. ERVAN,—Sextodecimo die mensis Julii, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie Sancti Ermetis ; *ibid.*

ST. GLUVIAS,—Vicesimo quinto die mensis Julii, Dominus dedicavit Ecclesiam Parochialem de Behethelan[1] ; *ibid.*

—Quarto die mensis Augusti, Dominus dedicavit Majus Altare Ecclesie Sancti Gluviaci de Behedlan ; 128[b].

LAUNCESTON PRIORY,—xviij die mensis Augusti, Dominus dedicavit Ecclesiam Conventualem Lancestonie, et duo Altaria in Ala Boriali ejusdem Ecclesie ; *ibid.*

TAVISTOCK ABBEY,—xxj die ejusdem mensis, Dominus dedicavit Ecclesiam Conventualem Tavystochie, et duo Altaria in Navi predicte Ecclesie ; *ibid.*

TAMERTON-FOLIOT,—xxij die dicti mensis, Dominus dedicavit Ecclesiam Parochialem de Tamertone Foliot, et Majus Altare ejusdem Ecclesie cum tribus aliis in eadem ; *ibid.*

SOUTH POOL,—xxiiij die dicti mensis, Dominus dedicavit Ecclesiam de Suthpole et Majus Altare, cum tribus aliis Altaribus ejusdem Ecclesie ; *ibid.*

DENBURY,—xxvij die ejusdem mensis, Dominus dedicavit Ecclesiam de Devenebiri et Majus Altare ejusdem Ecclesie ; *ibid.*

BARNSTAPLE,—Nono die mensis Septembris, Dominus dedicavit Ecclesiam Parochialem Barnstapolie et Majus Altare, una cum tribus aliis Altaribus dicte Ecclesie ; 129.

A.D. 1319.

LITTLEHAM (R),—xvij die Octobris, Dominus Walterus, Exoniensis Episcopus, dedicavit Ecclesiam de Litleham, Archidiaconatus Barumensis ; 144.

WEST ANSTEY,—Duodecimo die mensis Novembris, Dominus dedicavit Ecclesiam de West Ansti et Majus Altare, una cum aliis duobus Altaribus ibidem ; 145.

BUTTERLEIGH,—xxiij die mensis Novembris, Dominus dedicavit Ecclesiam Parochialem de Boterleghe, et Majus Altare ejusdem ; *ibid.*

BRENT TOR,—Quarto die mensis Decembris, Dominus dedicavit Ecclesiam de Brente Torre ; *ibid.*

A.D. 1321.

STOKE-CLIMSLAND,—Sexto die mensis Octobris, Dominus dedicavit Ecclesiam de Stoke in Climyslonde, et Cimiterium ejusdem reconciliavit ; 161.

RAME,—Decimo die mensis Octobris, Dominus dedicavit Ecclesiam de Rame ; 161[b].

ST. NEOT,—Quartodecimo die mensis Octobris, Dominus dedicavit Ecclesiam Sancti Nyoti ; *ibid.*

DULOE,—Quintodecimo die mensis Octobris, Dominus dedicavit Parochialem Ecclesiam de Dulo ; *ibid.*

LANSALLOS,—Sextodecimo die mensis Octobris, Dominus dedicavit Ecclesiam de Lancelewys ; 162.

LANREATH,—Septimodecimo die mensis Octobris, Dominus dedicavit Ecclesiam de Lanreythou ; *ibid.*

---

[1] St. Budock and St. Gluvias (Penryn) were united Vicarages, and the latter is frequently called Behethland: *see* the next Entry.

BOCONNOC,—Octavodecimo die mensis Octobris, Dominus dedicavit Ecclesiam de Bockonnoke; 162.

A.D. 1321-2.

GITTISHAM,—*Oblacio Dedicacionis de Ghidesham*:—Memorandum quod xx die Januarii, in Aula Vicarii Ecclesie de Otery Sancte Marie, Dominus Episcopus, audito prius quod Ecclesia de Ghidesham non extitit dedicata, optulit se, in presencia Domini Ricardi, Rectoris ipsius Ecclesie, paratum ad inpendendum eidem Ecclesie de Ghidesham Dedicacionem, dum, tamen, prius dedicata non fuisset; qui, quidem, Rector constanter asseruit quod dedicanda non erat, set fuerat prius suo periculo dedicata; cujus, quidem Dedicacionis diem celebravit in eadem Ecclesia, die videlicet proxima post Festum . . . . [1] Unde dictus Episcopus eundem Rectorem suo periculo sic dimisit. Presentibus Dominis Roberto de Tautone, Willelmo Russel, et Rogero de Buddeleghe; necnon Magistris W. de Setone et Nicholao de Hele, et aliis; 164.

A.D. 1322-3.

UGBOROUGH,—Vicesimo primo die Februarii, Dominus dedicavit Ecclesiam de Oggeburghe, sue Diocesis Exoniensis;

DEAN PRIOR,—Et xxij^do^ die mensis ejusdem idem Dominus reconciliavit Ecclesiam et Cimiterium de Dene; 174.

Denbury [Devenebyry, MS.],—

Master Michael Benet, accolite, R,,—Dispensation: non-residence for a year, to study, etc. (17 March, 1314-15); 106: renewed till Michaelmas, 1318,—"et dabit ad Fabricam Ecclesie Exoniensis interim, singulis annis, x solidos (5 March, 1315-16); 112. He was ordained subdeacon, and, 8 May, 1317, this term of non-residence was extended to *four* years (in all)—"quia . . . subsequenter de laudabili profectu tuo in studio, tam ex fidedignorum relacione, quam alias ex probacione persone tue, testimonium sufficiens receperimus, propter quod reputamus te uberioris Dispensacionis gracia merito non indignum, tuis precibus, nobis in hac parte fusis, cum, sicut asseris, ad Partes Transmarinas, ex premissa studiorum causa, fueris noviter profecturus, humilibus inclinati, etc."; 119^b^. On 4 Oct., 1311, he obtained Licence to put out his Benefice to farm to John,[2] Abbat of Tavistock, for three years (4 Oct., 1321); 161.—*See* "Dedications"; 128^b^.

Dene, Peter de, Canon of York,[3] *see* Rome, Court of; 177^b^.

Dene, Walter de la; L 206^b^.

Deuery, John, Queen Isabella's Receiver; L 208, 208^b^.

Deneys, John le, R. of Lesnewth; 56, 162^b^, (*Ord.*) 222^b^, 224^b^, 228^b^.

Deneys, John, presents to Bradford; 162^b^.

Denys, Henry le, R. of Lesnewth (q. v., *Inst.*)

Deneys, Richard le, presents to Lesnewth; 39.

Deneys, Walter and John le, *see* Comptone, William de; 60^b^: Walter presents to the Chantry of Trewen (Holsworthy); 66, 71^b^: to Meeth [Walter, son of John]; 75, 79^b^.

---

[1] A blank space, never filled in.

[2] Sic, MS.,—I suppose, a clerical error; for Robert Champeaux was Abbot of Tavistock at the time.

[3] He held the Prebend of Grendale, *see* Axminster; 153^b^.

Deneys, William, inst. to Pinhoe ; 124.

Denisel, Fr. Odo, Canon-Regular of Bodmin ; 71, 89[b].

Despenser, Sir Hugh le,—

Londoniis, quinto die mensis Junii [1325], emanavit Commissio Officiali Domini, ad audiendum et terminandum quascumque Causas quas, occasione presentacionis Ecclesie Sancte Elene de Londai [i. e. *Lundy-Island*] de Domino Waltero le Bitte, per Nobilem Virum Dominum Hugonem le Despenser facte, contigerit in posterum moveri, et ad inducendum dictum presentatum ; si etc. ; 184[b].

—*See* " Breve de Consilio dando " ; L 215[b].

Devises, William de, inst. to Holy Trinity, Exeter ; 128.

Devon, the County of : *Carta de Libertatibus Devonie,*—

MEMORANDUM quod Carta Originalis Regis Anglie de Libertatibus Comitatus Devonie remanet in custodia Abbatis et Conventus Tavistochie ; sub hac forma,—

Henricus, Dei gracia Rex Anglie, Dominus Hibernie, Dux Normannie, Aquitanie, et Comes Andegavie, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Forestariis, Vicecomitibus, Prepositis, Ministris, et omnibus Ballivis et Fidelibus suis, salutem.—Inspeximus Cartam quam Dominus Johannes Rex, Pater noster, fecit omnibus Hominibus de tota Devonia, in hec verba,—Johannes, Dei gracia, Rex, etc, Archiepiscopis, Episcopis, etc., salutem.—Sciatis nos deforestasse totam Devoniam de omnibus que ad Forestam et ad Forestarios pertinent, usque ad metas antiquorum regardorum de Dertemora et Exemora, que regarda fuerunt tempore Regis Henrici Primi; ita quod tota Devonia et Homines in ea manentes, et heredes eorum, sint deafforestati omnino, et quieti et soluti de nobis et heredibus nostris inperpetuum de omnibus que ad Forestam et ad Forestarios pertinent, exceptis duabus Moris prenominatis, scilicet Dertemore et Exmore, per predictas metas. Volumus, eciam, et concedimus quod predicti Homines de Devonia et heredes eorum habeant consuetudines infra regarda Morarum illarum, sicut habere consueverant tempore predicti Regis Henrici ; faciendo inde consuetudines quas inde facere consueverant et debuerant. Et quod liceat eis qui voluerint extra predictas metas essartare, parcos facere, omnimodam venacionem capere, canes, arcus et sagittas, et alia omnimoda arma habere, et saltatoria facere, nisi in divisis predictarum Morarum, ubi non poterunt saltatoria vel haias facere. Et si canes eorum excurrerint in Forestam nostram, volumus quod ipsi inde deducantur, sicut et alii Barones et Milites inde deducuntur qui sunt deafforestati, et qui marchiant alibi Foreste nostre. Et volumus quod unus turnus Vicecomitis tantum fiat per annum in Comitatu Devonie, et ille turnus fiat post Festum Sancti Michaelis, ad inquirendum Placita Corone et alia que ad Coronam pertinent, sine occasionibus alicui, faciendum. Et quod plures turnos non faciat, nisi pro Placitis Corone, cum evenerint attachianda cum Coronatoribus, et propter pacem assecurandam ; ita, quidem, quod in Itinere illo nichil capiat ad opus suum. De prisonibus, vero, qui capti fuerint in Comitatu Devonie, de quibus Vicecomes habeat potestatem eos replegiandi, et quorum plegiagium Comitatus Devonie voluerit super se capere, volumus et concedimus quod per consilium eorum replegientur ; ita quod per odium vel occasionem Vicecomitis ulterius in prisona non detineantur. Et si Vicecomes injuste gravaverit predictos Homines Devonie, et inde convictus fuerit, incidet in misericordiam nostram, et nos de eo misericordiam capiemus, et alium Vicecomitem eis substituemus, qui eis bene et legaliter tractabit.—Teste Domino Hereberto, Sarumensi Episcopo ; Galfrido Filio Petri, Comite Essexie ; Baldewino, Comite Albemarlie ; Willelmo, Comite de Ferariis ; Henrico, Comite Herefordie ; Willelmo de Braose, Hugone de

Neville, Willelmo Brewerre, Simone de Pateshulle—Datum, per manum Domini Simonis Cicestrensis Electi, apud Wyntoniam, decimo octavo die Maii, Anno Regni nostri quinto [1204].—Nos, autem, concessiones predictas ratas habentes et gratas, eas pro nobis et heredibus nostris concedimus et confirmamus, sicut Carta predicti Domini Johannis Regis, Patris nostri, plenius et liberius testatur; hiis Testibus,—Venerabili Patre, Waltero, Eboracensi Archiepiscopo, Anglie Primate; Petro de Sabaudia; Magistro Willelmo de Kilkenny, Archidiacono Conventrensi; Bertramo de Criolle; Ricardo de Grei; Johanne de Grei; Roberto de Muscegros; Gilberto de Segrave; Roberto Walerand; Bartholomeo Pecche; Roberto le Noreis; Willelmo de Cheemy (*sic*); Johanne de Gerres; et aliis.—Datum, per manum nostram, apud Wyndeleshoure, vicesimo quinto die Aprilis, Anno Regni nostri tricesimo sexto [1252].

Et nos, Walterus, permissione Divina Exoniensis Episcopus, existentes Londoniis, et videntes dictam Originalem Cartam in manibus cujusdam Thome Neubegyn, clerici dicti Abbatis, cum ipsa Originali per Fratrem Robertum Champeaux, tunc Abbatem Tavistochie, Londonias, ut dicebatur, missi, Transcriptum seu Copiam ipsius, ut suprascribitur, nobis fieri fecimus viij die mensis Octobris, Anno Domini Millesimo CCC^{mo} vicesimo, et Regni Regis Edwardi, Filii Regis Edwardi, quartodecimo, et in hoc nostro Registro rescribi, ad pleniorem memoriam futurorum; 152.

Digeliscombe, Gonnilda de; (*Ord. Pris.*) 236^{b}.

Diptford [Dupeforde, MS.],—

Nicholas de Wavyntone, R.,—Dispensation: non-residence for two years, "contemplacione Domini Johannis de Grey ,Militis; salva Domino potestate revocandi" (13 Sept., 1309); 43^{b}.—John [de Lynleye], R.,—Dispensation: "Licencia intendendi obsequiis Domine Margarete de Moeles per quatuor menses infra annum, a Festo Purificacionis Beate Virginis [2 Feb.] proximo secuturo numerandos" (23 Jan., 1322-3); 171^{b}.

Dupeforde, Roger de, collated to Egloshayle; 127^{b}, (*Ord.*) 240^{b}.

Direwyne, John, Canon of Exeter, deceased; 140.—*See* Budleigh; 63^{b}: L 199.

Dittisham [Didesham, MS.],—

Sir Richard de Inkepenne, R.,—Dispensation in his favour till Michaelmas, from 9 May, 1308; 33^{b}: renewed for a year from last Michaelmas, to study, etc. (31 Oct., 1308); 36: for a year—"in obsequio Johannis de Sancto Amando (23 Sept., 1316); 115.

Dockham [Dockumbe *and* Doccombe, MS.], in the Parish of Moreton-Hampstead; L 209, 212 (*see* Vol. I., page 481).

Doddiscombsleigh [Doddescumbeleghe, etc., MS.],—

Sir Robert de Cheverestone, clerk, R.,—Dispensation: non-residence for two years from Michaelmas, to study, etc. (20 Sept., 1310); 56: for three years (1 Oct., 1316); 115: for five years, with leave to put his Benefice out to farm (18 July, 1318),—"et dabit interim ex fine, singulis annis, unam marcam"; 128.

Dodyscumbe, John de, presents to Doddiscombsleigh; 45^{b}.

Dodewille, John de, inst. to Burrington; 44.

Dogletone, John de, *see* Upton-Pyne (*Inst.*); 69^{b}.

Doignel, Adam, co-patron of Menhenyot; 123^{b}.

Doyngnel, Ranulph; L 191^{b}.

Dolburghe, Richard de, presented to Clovelly; 32b, 87. *See* L 196b.

Dollynge, Roger, inst. to St. Austell; 181.

Donecastre, William de, merchant; L 207b.

Donstorre, Roger de, inst. to Clyst-Hydon; 38: resigns, and is inst. to Stoke-Damarel; 144b: resigns; 152b: is inst. to Payhembury; 154.

Doromit, John, Proctor for Nicholas de Mothaye; 59b.

Doueglas, Sir James, Knt., *see* Scotland; 134.

Doueslonde (*or* Doneslonde), Luke de, R. of Exbourne; 42b.

Doune, John de, presented [and inst.] to Stoke-Climsland; 167, 167b: resigns; 169.

Doune, Ralph de, R. of Goodleigh; (*Ord.*) 234, L 210b.

Doune, Robert de, inst. to Ringmore; 180.

Doune, Thomas de, inst. to St. John-in-Cornwall; 127b. A Thos. de Downe, died R. of Heanton-Punchardon; 148.

Doune, Walter de, Proctor for John Parys; 112b.

Dourys, Walter de, Rector of Cheldon, deceased; 79b.

Dovre, Fulbert de, R. of Ashreigney 34b, 71, 72b, 110, 145b.

Dowland [Dewelande, MS.],—

The Abbess and Convent of Canonsleigh obtain Licence to put out this Church to farm, for three years (14 March, 1322-3); 174b.

Down-St. Mary, John Pollard, R.; 35b: ordained priest; (*Ord.*) 218: resigns; 123.

Draicote, Hugh de; L 199.

Dreynac, John, inst. to Haccombe; 105.

Drokenesforde, Andrew de, inst. to St. Mawgan-in-Kerrier; 157b.

Drokenesforde,[1] John de, Canon of Bosham,—

—He appeared before the Bishop, by proxy,[2] 22 Sept., 1308, at Chudham, and took the Oath of Obedience; 35b.—*See* Parliament, 72.

Drym, the Manor of, *see* Arundelle, John de; 126b.

Dude, John, a Vicar in Bosham Collegiate Church; 35.

Duloe [Duelo *and* Dulo, MS.], Tremadart in the Parish of, *see* "Oratories"; 53b.

—Sir Nicholas de Carletone, R.—Licence of non-residence, for a year from Michaelmas, to study, etc. (2 Aug., 1318); 128b.—*See*, also, L 213. Sir

---

[1] Afterwards Bp. of B. and W.; Andrew de Drokenesforde, R. of St. Mawgan, was his nephew.

[2] Jordan de Hertwelle, chaplain, whose "Procuratorium" is dated Berkhamsted, 2 Aug., 1308.

Nicholas Makerel,[2] R.,—"Licencia standi in obsequiis Venerabilis Patris Domini Willelmi [de Meltone], Eboracensis Archiepiscopi," till Michaelmas, 1322 (10 May, 1321); 158.

Sequestrum Dulo,—

Walterus, etc., dilectis filiis in Christo, Decano de Westwevelschire,[3] et Domino Waltero,[4] Perpetuo Vicario Ecclesie Sancti Clari, nostre Diocesis, salutem, graciam, et benediccionem.—Ad Ecclesiam de Dulo Parochialem, nostre Diocesis memorate, pro Dedicacionis officio, quo tunc indiguit ipsa Ecclesia, impendendo personaliter declinantes, non est diu; domos Rectorie Ecclesie prelibate et cetera edificia tantis et talibus ruinis oculo corporali conspeximus deformari quod ad nostram et aliorum recepcionem inutilia totaliter exstiterunt. Cum, igitur, sacris Antiquorum Patrum conveniat Institutis ut qui ab Ecclesiis et Ecclesiasticis Beneficiis non nulla percipiunt emolumenta, onera teneantur incumbencia supportare, sintque Ecclesiarum Rectores nostre Diocesis per quandam Predecessoris[5] nostri Constitucionem Synodalem, ac aliam ad domos et edificia hujusmodi integra conservanda, et diruta restauranda efficaciter, obligati pariter et astricti; nos, attendentes quod Dominus Nicholaus Makerel, Rector Ecclesie de Dulo predicte, in remotis degens, collecta pecunia ex vendicione fructuum et provencionum ipsius Ecclesie, ipsam consumit inutiliter, ut timemus, quodque predictum Nicholaum Rectorem monuerimus ut, infra certum tempus jam effluxum, domos et edificia hujusmodi, tunc ruinam minancia, congrue refecisset, omnes fructus, redditus, et proventus, qualitercumque provenientes, ad Rectorem ipsum spectantes, jam perceptos et extantes, sive in horreis fuerint sive in manibus debitorum—quibus debitoribus solucionem cujuscumque debiti pro fructibus hujusmodi sibi venditis eidem Rectori, seu procuratori ejusdem, per vos interdici volumus faciendam—nostro posuimus sub Sequestro. Et, cum fructus hujusmodi jam extantes ad reparacionem tot et tantorum defectuum, qui de centum marcis sterlingorum communi judicio nequeunt reparari, non sufficiant congruenter, fructus, eciam, percipiendos anno proximo secuturo, qui ad valorem quadraginta marcarum[6] communi estimacione se extendent, ex causa hujusmodi similiter providimus sequestrandos, et in reparacionem hujusmodi defectuum convertendos. Quocirca, de vestra fide et circumspeccione plenam in Domino fiduciam optinentes, hujusmodi Sequestri custodiam vobis tenore Presencium committentes, vobis injungimus et mandamus quatinus circa hujusmodi custodiam taliter vos habere curetis quod de ipso nobis respondere poteritis, cum fueritis congrue requisiti. Ad inquirendum, vero, de nominibus debitorum de quibus supra fit mencio, et debita ab eis exigendum et recipiendum ad usum predictum, fructusque hujusmodi colligendum et distrahendum, vice et auctoritate nostra, necnon quoscumque in hac parte contradictores et rebelles compescendum, cum Canonica cohercione specialem committimus potestatem.—Datum apud Dulo, xv die mensis Octobris, Anno Domini M° CCC^mo xxj°; 161^b.

—Dedication of the Parish-Church (*see* "Dedications"); 161^b.

---

[2] Evidently, the same person is referred to in both cases—Sir Nicholas Makerel, de Carletone. There was no Institution in the interval; and the name of the Somersetshire Parish, Charlton-Mackrell, explains the difficulty.

[3] The old name of the Deanery of West.

[4] Walter Wyot, of Blakemore (*See* St. Cleer, *Inst.*; fol. 56^b.)

[5] Bishop Quivil. *See* Vol. I., p. xx.

[6] The Rectory was valued in £7 3s. 4d. in 1291 (*See* Vol. I, p. 468), and in £22 4s. 2d. in 1536. The wording is obscure, but it cannot be meant that the revenue of a single year amounted to 40 marks (£26 13s. 4d.) The word "extendent" must be taken to imply that the revenue of the next year would make up 40 marks together with the revenue of the current year, and all arrears and debts.

Dunchideock [Dunsydioc and Donschidiocke, MS.],—

Master Robert, son of Ralph [de Schillingford], R.,—Dispensation: non-residence for a year from Michaelmas, to study, etc. (2 Sept., 1310); 54b.—A second Entry, just below, shews that this business was completed on the following day. Again, for two years (2 Oct., 1313); 79b.

Dunkeswell, the Abbat and Convent of,—Patrons of Awliscombe; 82, 149b: Dunkeswell; 44b, 70: Sheldon; 131.

Dunnyslonde, Peter de, late Canon of Glasney; 119b, L 191.

Dunnynge, William, R. of Bideford; 42b: deceased; 129b.

Dunsbeare (in Merton), *see* Servyngton (*Oratories*); 47b, 174.

Dunsford [Donesforde, MS.]; Appropriation of the Rectory to Canonsleigh Abbey; 86b. *See* page 94.

—*Ordinacio Vicarie Ecclesie de Donsford, de consensu Abbatisse et Conventus de Leghe, verarum Patronarum ejusdem,*—

—Videlicet, quod . . . . Vicarii . . . . habeant, nomine Vicarie predicte, domos ubi Presbiter ibidem morari consuevit, una cum toto gardino ex parte Australi Ecclesie predicte, et cum clauso proximiori illi gardino ex parte Orientali ipsius gardini, ubi quedam semita transit per medium, et cum toto altilagio dicte Ecclesie, in quo decimam feni, pomorum, et curtilagiorum nunc existencium cum vanga excultorum in dicta Parochia debeant comprehendi; et . . . . majores decimas de villis de Foleford et Clyfford, tam de dominicis quam de terris quas tenentes eorundem locorum tenent in eadem Parochia de villis et de dominicis antedictis. Onus, vero, reparacionis et sustentacionis cooperture, vitri fenestrarum Cancelli dicte Ecclesie, Librorum, et aliorum Ornamentorum . . . . ad Rectorem pertinencium, postquam semel per predictas Religiosas premissa sufficienter reparata fuerint et inventa, ad predictum Vicarium et successores suos in eadem pertinebit temporibus secuturis; et solvent Vicarii Loci Archidiacono Procuracionem, Synodaticum, et Cathedraticum.—The Abbey was to bear all other burdens whatsoever. And the following provision is subjoined:—"Tenentur predicta Abbatissa et Conventus, in predicta area ad predictam Vicariam superius assignata, edificare suis sumptibus domos competentes, in quibus Vicarius Loci residere valeat et morari; et interim habeat Vicarius inhabitacionem Aule et camerarum adjacencium, et aliarum domorum sufficiencium pro statu suo de domibus Rectori, predictis Abbatisse, et Conventui reservatis, quas . . . . reparare et sustinere suis sumptibus tenebuntur quousque domus Vicarie edificate fuerint, ut est dictum (22 Dec., 1314); 100b.

—The Bishop granted to Sir Pagan de Donsforde, who had been Rector of this Parish, an annual Pension of 100*s.*, "de Camera sua," till he could provide him with a suitable Benefice (30 Aug., 1312); 73. He resigns his Prebend in Crediton; 74.—*See* L 188b.

Dunstaple, John de, inst. to Stoke-Climsland; 169.

Dunterton [Dountertone, MS.],—

Sir Reginald de Wolvedone, priest, R.,—"Licencia standi in obsequiis Magistri Ricardi de Coletone, Precentoris Exonie"—for a year from 26 Sept., 1321; 160b.—Dunkertone, Rob. de; (*Ord.-Pris.*) 226.

Duntone, William de, and others,—

Nota Clericos liberatos suo Diocesano in Accione Personali. Inter Placita coram Consilio Regis in crastino Sancti Martini, Anno Regni Henrici

Filii Regis Johannis xxxviij°, *incipiente* xxxix° [12 Nov., 1254], *hoc sequens Placitum invenitur* :—

SUFFOLCHIE,—Magister Willelmus de Duntone, Robertus de Leya, et Reginaldus de Duntone, attachiati fuerunt ad respondendum Thome de Soterlee, de Placito quare vi et armis venerunt ad domum Thoroldi le Feure, in Benacre, et ipsum Thomam verberaverunt et male tractaverunt, et equum suum cum hernesio abduxerunt, et vestes suas asportarunt, contra Pacem, etc. Et unde queritur quod Die Dominica proxima ante Festum Sancti Laurencii, Anno xxxvj^{to} [4 Aug., 1252], fecerunt ei predictam transgressionem etc., unde dampnum xxx marcarum, etc. Et Magistri Willelmus, Robertus, et Reginaldus venerunt, et dicunt quod Clerici sunt, et volunt coram Episcopo suo inde respondere. Et super hoc venit Johannes de Duntone, ex parte Norwicensis Episcopi, cum Literis ipsius Episcopi Patentibus; et petiit predictos Magistrum Willelmum, Reginaldum, et Robertum tanquam Clericos, et liberantur ei tanquam Clerici. Et dictum est predicto Thome quod sequatur versus eos in Curia Episcopi, si voluerit. Et dicit quod vult sequi. Ex quo, quidem, Placito apparet quod ubi egit Laicus contra Clericos, in Curia Regis, in Accione Personali, ad peticionem Episcopi sunt liberati eidem; 154^{b}.

Durand, John, Sacristan of Bosham; (*Ord.*) 240^{b}, 241, 241^{b}.

Durand, Michael, *see* Arundelle, John de; 102.

Durneforde, Nicholas de, *see* Consistory Court; 172^{b}.

Dyawedone, William de, inst. to Trentishoe; 37.

Dynham, John de, presents to Roche; 139^{b}.

Dynham, Margaret de, presents to Cardinham; 124: to Clayhidon; 167, 171; to Hemyock, 162^{b}.—She was the relict of Joceus de Dynham; L 211.

Dyteneshale, Henry de; L 188^{b}.

E.

East Allington [Alyngtone, MS.],—

Andrew de Alyngtone, R.,—Dispensation: non-residence for a year, to study, etc.,—"die Lune proxima post Festum Sancti Luce, Evangeliste,—Litera Dominicali A" (23 Oct., 1312); 74^{b}.

East Anstey [Estansti, MS.],—

Master Alexander de Eggesworthe, "tunc accolitus",—Dispensation: non-residence till 24 June, 1326, to study, etc. (26 April, 1325); 184.

East-Buckland [Estboclaunde, MS.],—

William de Crauthorne, subdeacon, R.,—Dispensation: non-residence till Michaelmas, to study, etc. (27 Dec.,[1] 1310); 58^{b}: renewed for a year (8 Dec., 1311); 67: again (10 Nov., 1313); 81^{b}.—Sir David [Aunsel *or* Anselm, priest], R.,—Licence of non-residence till Michaelmas—"ad requisicionem Domini Johannis de Knovile, Militis, quod possit stare in obsequio suo" (24 Nov., 1314); 100: again, from 18 Aug., 1316, till Michaelmas, 1317, "ut . . . . stare possit in obsequio Domini Johannis de Knovyle, Militis,—pro qua, quidem, Licencia promisit sponte ad novam Tabulam dimidiam marcam"; 114: again,—"Licencia visitandi Limina

[1] sexto Kalendas Januarii.

Beati Jacobi in instanti anno ; ita quod redeat quam cicius comode poterit ad commissam sibi curam" (11 Jan., 1318-19) ; 140: and again, "Licencia intendendi obsequiis Domine Alicie de Knoville,—for a year ; but he was to return, from time to time, to his Church (29 Oct., 1319) ; 144b.

East Ogwell [Est Wogwille, MS.],—

Master Peter de Grimestone, R.,—Licence of non-residence till Michaelmas, to study, etc. (20 Dec., 1308) ; 37 : renewed (21 Oct., 1309) ; 44b ; (priest) Licence of non-residence, to study Theology or Canon-Law, till Michaelmas (29 Oct., 1311) ; 64.—Sir William de Burecestre[1], R.,—Licence of non-residence for three years—"pro suis et ipsius Ecclesie negociis, ... et dabit Fabrice Exoniensi quolibet anno j marcam" (15 Dec., 1314) ; 100b: again (priest) Licence of non-residence for two years ; "ita quod interim ad residenciam in ipsa Ecclesia personaliter faciendam minime teneatur, dum tamen de fructibus et obvencionibus ipsius Ecclesie pauperibus parochianis ejusdem Ecclesie, sub certa pena per Dominum eidem Willelmo imponendam si id non fecerit, debita porcio erogetur" (19 April, 1318),—"et dabit ad Fabricam Ecclesie Exoniensis ij marcas" ; 126: renewed for two years from Michaelmas, with license to put his Benefice out to farm (18 Sept., 1320) ; 151b.

Edington, Walter de, R. of Stoke-Fleming (deceased—*a suicide*) : 72.

Edward II., Presentations[2] to Benefices by,—

To St. Illogan ; 31: to Puddington ; 39: to St. Stythian's ; 42b : to Clayhanger ; 65 : to St. Ludgvan ; 72 : to St. Creed ; 101: to St. Stephen's-by-Saltash ; 116b : to Lanteglos-by-Camelford ; 120 : to Lifton ; 143: to Lapford ; 169.

Edward, Prince of Wales, presents to Redruth ; 112b.

Eggbuckland [Ecckeboclaunde *and* Ekeboclonde, MS.],—

To William, Vicar of, "ceco, et senio confracto", Hugh de Wodeford, chaplain, was appointed guardian (15 Feb., 1308-9) ; 38.—Richard Gordet, V. ; being aged and infirm, a coadjutor[3] was appointed 20 Nov.,[4] 1314 ; 100.

Eggebyare, Robert de, and John de Pasforde,—

They had been excommunicated for contumacy and manifold offences, at the instance of Sir Adam Marchaunt, R. of Bondleigh ; but for forty days and longer they continued obdurate, and on the Bishop's *significavit* had been committed to prison. On their submission the Bishop granted them absolution, and requested the Sheriff of Devon to set them at liberty (19 Feb., 1310-11) ; 59b.

Eggesford [Egenesforde, MS.],—

John de Hantesford, R.,—"Dispensation : non-residence till Michaelmas, 1310, to study, etc. (30 Aug., 1309) ; 43: renewed (6 Sept., 1310—Heauntene-ford, MS.) ; 55.

Eggesworthe (*also* Eggeworthe), Alexander de, inst. to East Anstey ; 184.—*See* Consistory Court ; 172b.

---

[1] "Burncestria," fol. 100 ; "Burcestre," fol. 126.

[2] In some of these cases the King presented "racione Custodie." The particulars will be found under "Institutions."

[3] A blank space was left for his name, but not filled in.

[4] die Mercurii proxima post Festum Sancti Edmundi, Cantuariensis Archiepiscopi.

Egleby, William, and Sibilla his Wife, reference to his Will (*see* "Wills"); L 212[b].

Egloshayle, John de Upavene, R. of; 79: *see* Middeltone; 38.

Eglosheil, Ivo de, collated to St. Ervan; 152[b], 158.

Eglosmerther, Thomas de, inst. to St. Mewan; 128[b].

Eglosros, William de, inst. to South Petherwin; 160[b].

Elger, John, *heymonger*; L 211[b].

Elingham, Thos. de, resigns Churchstanton; 72[b].—*See* L 210.

Elinham, Walter de, inst. to Chawleigh; 160, 177.

Elnestede, Robert de, *see* Bosham; 15[b].

Ely, Fr. John de Ketene, Bishop-Elect of,—

Our Bishop, writing to the Primate, excuses himself from attending his Consecration—"arduis Ecclesie nostre negociis, tunc in presencia nostra tractandis, legitime prepediti" (26 July, 1310); 53[b].

Ely, Aymeric Gerardi, Archdeacon of, occurs in May, 1318, *see* Scotland; 133.—This Archdeacon is omitted in Le Neve's List.

Enderby, Robert de, Official of the Archdeacon of Chichester, *see* Bosham; 14, etc.

Engeleis, *baptized*, Agnes—*confirmed*, Joan, *see* Petit; 108.

Engleis, Hugh le, R. of Talaton; 43[b] (*bis*).

Engleis, Nicholas, Walter, and Sampson le; Letter from the Bishop to the King,—

Excellentissimo Principi, etc., salutem in Eo per Quem Reges regnant et mundi Principes dominantur.—Excellencie vestre Regie tenore Presencium intimamus quod, licet quidam Nicholaus le Engleis, clericus, nostre Diocesis, dudum de receptamento cujusdam Walteri le Engleis, filii sui, ac eciam cujusdam Sampsonis, fratris clerici ejusdem, pro diversis latrociniis sibi impositis, et in Coronatoris presencia per dictum Sampsonem confessatis, suspensorum, indictatus fuisset, captus postmodum, imprisonatus, et demum nostro carceri, juxta consuetudinem Regni Anglie et Ecclesiasticam libertatem, tanquam clericus liberatus; idem, tamen, clericus postmodum, die et loco in hac parte competentibus, comparuit coram nobis et super hujusmodi crimine sibi imposito, in forma Ecclesie legittime se purgavit. Quocirca Majestatem vestram Regiam humiliter imploramus quatinus terras et tenementa, bona, et catalla, ejusdem clerici in manus vestras, occasione premissa, capta, et huc usque detenta, eidem, si placet, precipere dignemini liberari.—Majestatem vestram Regiam conservet Altissimus per tempora diuturna (1 Oct., 1321); 161.—*See* folio 1 (page 3).

Episcopal Estates in Devon and Cornwall,—*Commissio de dubiis*:—

Directed to Ralph Germeyn (Precentor), Thomas de Hentone (Treasurer), and Thomas de Stapeldone, Canons of Exeter (30 Sept., 1313),—"ad decidendum et terminandum omnia dubia super Compotis Ballivorum et Prepositorum nostrorum tam Devonie quam Cornubie, sive hujusmodi dubia justiciam contineant sive graciam"; 79[b].—Another copy of this Commission, with the same date, is entered on fol. 80. Sir John Toillero was associated with

the other Commissioners, and provision was made for the allowance of all reasonable expenses incurred, on the Bishop's behalf, by Richard de Hacche.

Eressy, Richard de, collated to St. Mullion ; 50.—*See* L 214.

Erlescombe, Richard de, and John, his son ; L 197.

Ermington (" Medietas Ecclesie de Ermyngtone "),—

Henry de Weymue, priest, had been presented by Sir John de Banstede (while Nicholas de Teukysbyry was still in possession, but "absque titulo") ; and the Bishop directed the Official of the Archdn. of Totnes to make Inquisition thereupon (8 June, 1308) ; 34. A similar Commission was directed, 10 June, to his own Official-Principal ; 34b.

Ermyne, Sir William de, " Domini Regis clericus ",—

The Bishop grants him an Annual Pension of xls., "de Camera nostra," till he could provide him with a suitable Benefice (8 March 1314-15) ; 104b.

Ernulphi, Willelmus filius, *see* Bosham ; 15b.

Ertecombe, Nicholas de ; L 197b.

Especke, William le, Patron of Wembworthy ; 41.

Espice, Peter le, inst. to Tregony ; 183b.

Esse, George de, inst. to Romansleigh ; 176b.

Esse, Nicholas de, inst. to Sampford-Peverell ; 180b.

Esse, Oliver de, *see* Otterton Priory ; 114.

Esse, Ralph de, presents to Roseash ; 174.

Esse, Richard de, R. of Huish ; 35b, (*Ord.*) 224b : admitted (*in commendam*) to the Precentorship of Crediton ; 72 : he was R. of Roseash at the time of his death ; 174.

Esse, Thomas de, *see* "Wills"—Bishop Bytton's ; 86b : he resigns Newton-Tracy ; 116b : is inst. to a Portion in the Church of Tiverton ; 127, 130, 154, (*Ord.*) 239 "Porcionarius *de Bradeforde* in Ecclesia de Twyvertone," 240, 240b.

Esse, Walter de, the Bishop's Official-Peculiar ; 55b : collated to Shobrooke ; 80, 87b, (*Ord.*) 232, 233 : Canon (87b) and Treasurer of Crediton ; 58b, 154b.—*See* L 189b.

Essewauter, Philip de, inst. to All-Hallows, Goldsmith Street, Exeter ; 41, 76 : to Bishop's Tawton ; 129b. *See* L 201.

Etone, Master Geoffrey de, clerk, *see* Bosham (*Inst.*) ; 59 : *also*, Harberton, (*Inst.*) ; 75b.

The Bishop grants him a Pension of five silver marks "de Camera nostra," to be paid yearly at Michaelmas (24 April,[1] 1319) ; 140b.

Euty, Thomas de, *see* St. Vepe ; 35 : collated [Ewthi, MS.] to Morval ; 41.

Everdone, John de, Chancellor of the Cathedral ; L 187b, 189b.

[1] viij Kalendas Maii.

Ewelme; L 195.

Ex [Lower—"Netherexe," MS.], in Wyke-St. Mary; L 191.

Exbourne [Ekesborne *and* Ekisborne, MS.],—

"Apud Middeltone [*Milton-Abbot*], comparuerunt coram Domino Lucas de Doneslonde, Rector de Honichorche, et Galfridus Kyteknolle, presbiter, et confessi sunt se teneri Domino Waltero pro fructibus Ecclesie de Ekesborne vacantis in octodecim marcis sterlingorum, solvendis eidem Episcopo in Festis Purificacionis Beate Virginis [2 Feb.] et Invencionis Sancte Crucis [3 May] proximo sequentibus, sine ulteriori dilacione; et condempnati sunt per Johannem Wele, Commissarium, per Sentenciam Precepti, sub pena Excommunicacionis extunc incurrende, si non fecerint ut est dictum (12 July, 1309); 42b.

—Richard de Wydeslade, R.,—Dispensation: non-residence for five years, to study, etc. (28 Dec., 1309); 45b.—William de Cornu, subdeacon, R.,—Dispensation: non-residence for one year from Michaelmas, to study, etc. (21 Sept., 1315),—"et dabit ad Fabricam Exoniensem dimidiam marcam"; 109b: renewed for one year (27 Feb., 1316-17); 117b: for a year (24 Sept., 1317),—"et dabit ad Fabricam, ex fine, dimidiam marcam"; 122: renewed for a year (22 Sept., 1318),—"et dabit ad Fabricam dimidiam marcam"; 130: renewed till Michaelmas, 1320 (10 Nov., 1319),—"et dabit ad Fabricam dimidiam marcam"; 145: renewed from 31 Dec., 1320, "usque ad Gulam[1] Augusti," 1321; 154b.—Robert Poddynge, subdeacon, R.,—Dispensation: non-residence for a year, to study, etc. (29 Dec., 1323); 177b: renewed for three years (18 Nov., 1324); 182.

Exeter, Walter Lovecoke, of, *see* Branscombe (*Inst.*); 126b.

Exeter Cathedral; *Cantaria Lideforde in la Charnere*,—

Apud Nortone, xviij die Marcii [1322-3], Dominus deputavit Dominum Johannem de Lideforde, capellanum, ad faciendum unam Cantariam in Capella que in Cimiterio Majoris Ecclesie Exoniensis situata vulgariter vocatur Charnere; videlicet, ad celebrandum die quolibet unam Missam de Sancto Spiritu, vel de Die, dum Dominus vixerit, et post decessum suum pro sua, Predecessorum, et Successorum suorum animabus, ac omnium Benefactorum suorum et Ecclesie sue Exoniensis, et omnium Fidelium, etc., Missam pro requie defunctorum, statim post finitas duas Missas apud Altare quod vocatur Brattones Weved,[2] in Ecclesia Majori Exoniensi predicta, per se, vel per alium si licite fuerit impeditus; et ad dicendum quolibet die, horis competentibus, *Placebo*, *Dirige*, et *Commendaciones*, necnon ad incipiendum hujusmodi Officium in Festo Beati Michaelis proximo venturo; et ad juvandum Dominum Ricardum de Braileghe, Penitenciarium Domini, in audiendis Confessionibus et penitenciis injungendis, quociens ad hoc per ipsum Dominum Ricardum fuerit requisitus; et ad recipiendum juramentum suum de fideliter exequendo hujusmodi officium predictus Dominus Officiali suo suas vices commisit. Super premissis emanavit Litera predicto Domino Johanni; 175.

The Dean and Chapter,—

—A Commission was directed to the Precentor, the Chancellor, and the Archdeacon of Barnstaple, to preside in the Bishop's Court, during his absence (27 April, 1310); 49b.

The Bishop's cites them, 15 Nov., 1313, to his Visitation of the Cathedral,

---

[1] Lammas-Day—the First of August (*Halliwell.*) "Initium mensis Augusti —*le gule August*" (*D'Arnis.*)

[2] Bratton's Altar. "*Weved*; an Altar (*A.-S.*),—*Halliwell.*

and of the Chapter, Vicars, and Ministers thereof, to be held, 7 Dec.[1]; 81b.

—*Presentacio super Visitatione firmarum Decani et Capituli Exonie*:—

Reverendo Patri in Christo ac Domino, Domino Waltero, etc., sui humiles et devoti, Decanus et Capitulum Ecclesie Cathedralis Exoniensis, salutem et debitam obedienciam, cum omni reverencia et honore.—Ad visitandum Ecclesias nobis appropriatas, in quibus Jurisdiccionem Spiritualem optinemus, necnon Clerum et Populum earundem, in Archidiaconatu Exoniensi, quem nuper visitare cepistis, per Commissionem Paternitatis vestre, secundum tenorem Statuti vestri super hoc editi, nomina discretorum virorum, Magistri Ricardi de Coletone, et Domini Thome de Stapeldone, et Domini Ricardi de Brayleghe, Concanonicorum nostrorum, nunciamus, et Paternitati vestre tenore Presencium presentamus; ita quod, assumpto uno de nominatis ipsis, et alio Canonico Ecclesie vestre per vos electo adjuncto, per eosdem, ut premittitur, secundum ipsius Statuti effectum, fiant hujusmodi Visitacio et alia que incumbunt.—In cujus rei, etc.—Datum in Capitulo nostro Exoniensi, iiij Nonas Octobris [4 Oct.], Anno Domini M° CCCmo decimo nono.—The Commission, directed to Precentor Coletone and Canon Adam Murymouthe, is dated at Cowick, 6 Oct. The places to be visited were the Churches "Sancte Sativole" [*St. Sidwell's, Exeter*], Clist Hinetone (*sic*), Stoke[-Canon], Brankescombe, Colitone, Sideburi, Salcombe [-Regis], Toppesham, Ide, Doulysche, Litelham, Colebroke, and the Chapel of Nortone, in the Parish of Newton-St. Cyres; 144.

Election of Dean:[2] *Commission directed to the Chapter,*—

---

[1] die Veneris in crastino Festi Beati Nicholai, Confessoris.

[2] Dean *Andrew de Kilkenny* (*see* Vol. I., page 343) died in 1302, and was succeeded in 1302-3 by the Chancellor, *Henry de Somerset*, who died in 1307, and was succeeded by *Thomas de Lecchelade*. As there is no Register of Bishop Bytton extant, the exact dates of these Elections are unknown. But the following interesting Letter, relating to the Election of Somerset, is preserved in the Register of Archbishop Robert de Winchelesey (fol. 288b):—"*Priori Fratrum Predicatorum, quod moneat Priorem Exoniensem quod non instet circa Infirmacionem Magistri Henrici de Somersete, clerici, electi in Decanum Exoniensis Ecclesie.*

"Robertus, [permissione Divina Cantuariensis Archiepiscopus, etc.], dilecto sibi in Christo, Thome, Priori Provinciali Ordinis Fratrum Predicatorum in Anglia, salutem et sinceram in Domino caritatem.—Ex debito Officii nostri tenemur amicorum et subditorum procurare quietem, ut in suis gradibus et officiis, sine scandalo et distraccione qualibet, Domino valeant libere militare. Sane, orta nuper contencione inter Decanum et Capitulum Exoniensis Ecclesie et Priorem et Fratres Ordinis vestri, Civitatis ejusdem, super cujusdam funeris sepultura, dictus Prior vester, vacante Decanatu ipsius Ecclesie, nomine suo et Conventus sui, fecit ad Sedem Apostolicam appellari, ne dictum Capitulum ad Eleccionem Decani procederet, Majoris Excommunicacionis Sentenciam, ut intelleximus, obiciens in personas eligencium de Capitulo memorato, ac eo pretextu Eleccionem postea factam de discreto viro, Magistro Henrico de Somersete in Decanum nititur infirmare, ut sic ulcionem pro resistencia sepulture predicte, ex preconcepto rancore animi, prosequatur, vel saltim optatum per fas et nefas in dicta discordia consequatur. Cum, itaque, premissa sint res mali exempli, per que Prelati, Clerus, et Populus, in hiis similibus et majoribus possint facile ad scandalum provocari contra Fratres vestri Ordinis indistincte, vestre Amicicie effectuose consulimus quatinus hujusmodi scandali materiam et radicem, cum omni celeritate, faciatis precidi; presertim cum in prosequendo jus vestrum super sepultura

Dean Thomas de Lecchelade died early in 1309, and Richard de Morcestre and Roger de Otery, Canons of Exeter, having presented to the Bishop the Petition of the Chapter for Licence to elect, Licence was granted, 16 April, 1309, "circiter horam Vesperarum" at Clyst, and Sequestration of the revenues of the Deanery, "infra ambitum Decanatus de Ayllesbeare," was committed to Robert, V. of Otterton, and Reginald de Aysedeswille, 17 April; 40.—On 6 July, the Chapter wrote to the Bishop, setting forth that there had been much disagreement among the Canons as to their choice, some preferring Master John de Bruetone, others Master Roger de Otery, so that no Election had taken place; and they prayed the Bishop to renew his Licence. The Bishop (writing on the same day—"circa horam terciam," granted their petition; 42. [Bishop Grandisson has written here, in the margin—"Licencia Eligendi Decanum"].—On 22 January, 1309-10 (Master William de Kyngescote having been elected), a Commission "in negocio Eleccionis" was directed to the Archdeacon of Barnstaple and Roger de Otery; and on the same day a second Commission was directed to the Precentor, the Archdeacon of Exeter, the Subdean, the Archdeacon of Barnstaple, William de Kylkenny, Richard de Morcestre, John de Bruytone, and Roger de Otery, Canons, giving them authority to deal with the said business on the Bishop's behalf; 46b.—A Commission was directed, 10 Jan., 1310-11, to Walter de Esse, Treasurer of Crediton, for the Custody of the sequestrated revenues of the Deanery; 58b. And he was duly appointed "yconomum seu custodem" thereof, 18 Jan.; 59.

—*Provisio facta per Episcopum de Decano in Ecclesia Exoniensi* [in the margin, in Bishop Grandisson's handwriting—"Decanatus Exonie"],—

In Nomine Domini, Amen.—Vacante nuper Decanatu Ecclesie nostre Cathedralis Exoniensis, ac Magistro Willelmo de Kyngescote, Canonico ejusdem, in Decanum ipsius electo, ipsiusque Eleccionis negocio nobis, Waltero, permissione Divina Exoniensi Episcopo, postea presentato et coram nobis aliquamdiu examinato, tandem ulteriorem Examinacionem ipsius negocii et finalem pronunciacionem et totalem exhibicionem ipsius negocii, una cum potestate providendi eidem Exoniensi Ecclesie et ipsius Decanatui de Persona ydonea, si ad nos ipso jure vel per Sentenciam potestas hujusmodi in eventum infirmacionis ejusdem Eleccionis inveniretur legitime devoluta, vices nostras in hiis, et in omnibus aliis premissa contingentibus, discretis viris Domino Archidiacono Barum et Magistro Rogero de Otery, Canonico in Ecclesia Exoniensi, conjunctim et divisim, sub certa forma duximus committendas; qui in dicto negocio simul aliquamdiu processerunt. Ac demum idem Archidiaconus—Collega suo prefato se excusante,—quia invenit dictam Eleccionem, ut asseritur, contra formam Constitucionis *Quia propter* celebratam, et quia dictus Electus Eleccioni predicte infra tempus a jure statutum legitime non consensit; necnon, ex aliis causis que ipsum movebant, predictam Eleccionem infirmavit, cassavit, et irritavit, et non valere pronunciavit sentencialiter et diffinitive, predictumque Electum omni jure si quod habuit virtute predicte Eleccionis in predicto Decanatu vel ad illum privatum esse pronunciavit, Electoresque ipsius potestate eligendi illa vice privavit; necnon jus providendi, illa vice, eidem Ecclesie de Decano ad nos esse devolutum sentenciando decrevit. Postea, vero, dicte Ecclesie de Decano, videlicet de discreto viro, Magistro Bartholomeo de Sancto Laurencio, Canonico ejusdem Ecclesie providit, et eundem Decanatum eidem contulit, juxta datam sibi per nos, ut premittitur, potestatem. A qua infirmacione, cassacione, seu irritacione, et ab aliis gravaminibus per nos antea predicto Magistro Willelmo, Electo, ut falso asserebatur illatis, idem Magister Willelmus ad Curiam

---

prefata directe possitis via plana et regia optinere justicie complementum, sine detraccione cujusque; ne ulterius in ramos aut palmites iniquitatis temere protendantur, et exinde multorum inquietudo procedat. Et quid super hiis duxeritis faciendum nobis quam cicius poteritis per portitorem Presencium demandetis. Valeatis!—Datum apud Stebenhethe [*Stepney*], sub sigillo nostro privato, v Kalendas Aprilis [28 March], Anno Domini M° CCC^mo tercio."—F.J.B.

Cantuariensem se appellasse confingens, Literas Inhibitorias et Citatorias ab eadem Curia contra nos postea impetravit. In qua Curia, cum esset inter prefatum Magistrum Willelmum, Partem, ut dicebatur, appellantem, et nos, Partem appellatum, aliquamdiu in dicta Appellacionis Causa processum, Dominus Cantuariensis Archiepiscopus, Tocius Anglie Primas, eandem Causam ad suum proprium auditorium revocavit, et ibidem fecit diucius agitari. Set demum dicto Magistro Willelmo de Kyngescote, Parte appellante, ab hac luce subtracto, nulloque predictam Appellacionis Causam prosequi volente, idem Dominus Archiepiscopus, prehabitis et servatis omnibus et singulis que in hac parte requirebantur, ab auditorio suo super hiis simpliciter nobis dimisit et dictum negocium ad nostrum remisit examen. Cupientes, igitur, de processu Commissariorum nostrorum predictorum et cujuslibet ipsorum in premissis, ac eciam de forma, vi, et virtute predicte Provisionis, auctoritate nostra facte, ut dicitur, effici cerciores, ne contra doctrinam Apostoli nimis cito manus cuiquam imponere videremur, ipsum Magistrum Bartholomeum, de quo Provisio predicta facta fuerat, ad nostram presenciam accessiri et totalem Processum coram predictis Commissariis nostris vel coram altero super hiis habitum, una cum omnibus actis et gestis per ipsos seu alterum ipsorum, nobis mandavimus exhiberi. Comparente, igitur, personaliter coram nobis in Capella nostra de Horsleghe, tercio die mensis Junii, Anno Domini M° CCC° undecimo, predicto Magistro Bartholomeo; exhibito, eciam, Processu nobis et Actis supradictis, ipsum Processum, Acta, et formam vim et effectum predicte Provisionis examinavimus diligenter, et, habito super premissis et premissa contingentibus disputacione et discussione, prout decuit, pleniori, de consilio juris peritorum nobis assidencium, et de consensu et licencia Venerabilis Patris Domini Cantuariensis Archiepiscopi, Tocius Anglie Primatis, quatenus super hiis requiritur, in cujus Jurisdiccione immediata predicta Capella nostra consistit, super predicta Provisione pronunciavimus in hac forma,—

In Dei Nomine, Amen.—Examinato diligenter, nunc et alias, toto Processu habito circa Eleccionem de Magistro Willelmo de Kyngescote in Decanum Exoniensis Ecclesie nuper factam, necnon Provisione facta eidem Ecclesie de Decano per discretum virum, Dominum Archidiaconum Barum, Commissarium nostrum in hac parte, de te, discreto viro, Magistro Bartholomeo de Sancto Laurencio, presbitero, et Canonico ejusdem Ecclesie, nunc in presencia nostra constituto, et Collacione ejusdem Decanatus tibi facta, resiguatis antea libere in manibus nostris Archidiaconatu Exoniensi et Ecclesia Parochiali de Exemynistre, nostre Dyocesis, quas tu, Magister Bartholomee, ex Dispensacione Apostolica, de qua nobis ad plenum constat, prius simul tenuisti, ipsaque resignacione per nos acceptata, ipsam Provisionem et Collacionem, quatenus ad nos pertinet, pronunciando ratificamus, approbamus, et confirmamus, predictumque Decanatum Exoniensis Ecclesie, cujus Provisio et Collacio per pronunciacionem predicti Archidiaconi Barum, que, nulla Appellacione suspensa, in rem transierat judicatam, ad nos sunt, ut premittitur, devolute, tibi, Magistro Bartholomeo de Sancto Laurencio, presbitero, et Canonico ejusdem Ecclesie, cui nichil obviat de Canonicis Institutis, et contra quem, per causam ejusdem Ecclesie super hiis sufficienter premunitum, nichil omnino est propositum sive dictum, ad honorem Dei, et Gloriose Virginis Marie, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum, Patronorum nostrorum, et utilitatem Ecclesie Exoniensis, caritatis intuitu exhabundanti conferimus iterato, et eidem Exoniensi Ecclesie de Decano, et ipsius Ecclesie Decanatui de persona tua similiter providemus; investientes te per birreti nostri tradicionem presencialiter de eodem. In quorum omnium testimonium premissa omnia et singula per Radulphum de Stoke, clericum, Notarium Publicum et Scribam nostrum, ad premissa specialiter adhibitum, scribi, publicari, et in puplicam formam redigi mandavimus, nostrique sigilli munimine fecimus communiri.—Datum et actum die, loco, et anno supradictis, Indiccione IX, Pontificatus Sanctissimi Patris ac Domini, Domini Clementis, Divina Providencia Pape Quinti, Anno Sexto, presentibus Domino Petro de Honitone, Ricardo de Brayleghe, Nicholao de Hele, Magistro Rogero de Sancto Constantino, Ricardo de Falkawille, Johanne de la Pomeray, et aliis ad premissa vocatis et rogatis specialiter Testibus.—Et ego, Radulphus de Stoke, clericus, Exoniensis Dyocesis, Sacri Romani Imperii Auctoritate Notarius Publicus, premissis omnibus et singulis, dictis die et loco, Anno, Indiccione, et Pontificatu supradictis, prout suprascribitur, per Venerabilem Patrem predictum ac dictum Magistrum Bartholomeum actis et gestis, una cum predictis Testibus presens interfui, eaque sic ut premittitur fieri vidi et audivi, et ea omnia et singula de

mandato et auctoritate dicti Patris manu mea scripsi, et in hanc publicam formam redegi, meoque signo consueto signavi, sub Anno, Die, Indiccione, Pontificatu, et loco predictis.—Et habet idem Decanus Literas Induccionis; 61b.

The Chancellor of the Cathedral,—

—*Dispensacio facta Cancellario* [Magistro Rogero de Otery], *super Lectura,*—Licet ex Ordinacione circa Appropriacionem et Annexionem Ecclesie Sancte Neweline, in Cornubia, Cancellarie tue predicte dudum factas, Cancellario qui pro tempore fuerit in Ecclesia Exoniensi predicta, legendi et instruendi Ministros ipsius Ecclesie in Theologia vel Jure Canonico onus imponatur, quia, tamen, nobis notorie liquet et existit manifeste notum quod emolumentum de Cancellaria predicta nullatenus hactenus percepisti, nec usque ad Festum Beati Michaelis Archangeli proximo futurum percepturus es, unde hujusmodi Lecture onus vel Instruccionis sarcinam quomodolibet valeas vel debeas subportare, te ad hoc onus agnoscendum et supportandum ante Festum Beati Michaelis prelibatum, per te vel alium, minime teneri auctoritate Presencium declaramus. Et si forsan circa hoc egeas Dispensacione nostra, tecum super hoc, tenore Presencium, Pontificali Auctoritate dispensamus.—In cujus rei, etc. (25 April, 1310); 49b.

—*Dispensation granted to Chancellor Roger de Otery,*—

Eo quod per Ordinacionem circa Ecclesiam Sancte Neweline, annexam tue Cancellarie, dudum factam, certus modus legendi et informandi Clerum Ecclesie nostre predicte tibi prefinitur, non obstante, cum pretactis utilitatibus et legendi officio pro subscripto tempore medio personaliter operam dare nequeas condecenter, ut a Festo Beati Michaelis proximo futuro usque ad annum complete revolutum hujusmodi legendi et informandi actum in alterutra de quibus dicta Ordinacio commemorat facultatum, per alium baquilarium ydoneum excercere valeas; prehabito super hoc cum Decano et Capitulo Ecclesie nostre predicte tractatu diligenti, Ecclesie nostre evidenti utilitate inspecta, de ipsorum expresso consensu, tecum auctoritate Presencium misericorditer dispensamus. Nolentes quod tibi, si forsan per te legendi officium prelibatum aliquibus temporibus sponte elegeris, quo ad hujusmodi vacacionis immunitatem et Dispensacionis beneficium, quin per alium nichilominus, ut premittitur, cum tu ipse hujusmodi legendi et informandi officio personaliter non insteteris, idem officium per residuum dicti temporis spacium, solitis temporibus, prout regionis mos exposcit, nisi Canonicum impedimentum obsistat, ut premittitur exequi valeas, prejudicium quomodolibet generetur.—Et nos, Decanus et Capitulum antedicti, prehabito, ut superius annotatur, super premissis tractatu diligenti, presencialiter premissis omnibus et singulis gratum et benivolum consensum prebemus pariter et assensum (17 July, 1310); 53.

Letter to Chancellor Henry de Niwetone,—

Walterus, etc., dilecto filio Magistro Henrico de Niwetone, Cancellario in Ecclesia nostra Exoniensi, salutem etc.—Licet, ex quadam Ordinacione habita in Ecclesia nostra Exoniensi predicta, Cancellario qui pro tempore fuerit in eadem legendi, et instruendi Ministros ipsius Ecclesie et alios in Sacra Theologia, vel saltem Jure Canonico, onus sit impositum ab antiquo; quia, tamen, nobis notorie liquet et manifestius notum existit quod emolumentum aliquod de hujusmodi Cancellaria hactenus nullatenus percepisti, nec usque ad Festum Beati Michaelis proximo secuturum es percepturus, unde onera incumbencia eidem valeas comode sustinere, te ad hoc onus agnoscendum et supportandum ante Festum Beati Michaelis predictum per te vel per alium non teneri, auctoritate Presencium, declaramus, tibique ut interim, in loco ubi Universitas seu Studium viget generale, insistere valeas studio Literarum licenciam, quantum in nobis est, concedimus et liberam facultatem. Et, si forte nostra circa hec Dispensacione egeas, tecum super hiis, auctoritate Pontificali, tenore Presencium dispensamus.—Datum apud Eboracum, xxiiij die mensis Octobris, Anno Domini Mo CCCmo vicesimo secundo: 169b.

Archdeaconry of Exeter,—Commissio de Compoto audiendo:—

Walterus, etc., dilectis filiis Magistro Ricardo de Coletone, Officiali nostro, Waltero de Esse, Thesaurario in Ecclesia Criditonensi, et Henrico de Stowforde, Officiali Peculiaris Jurisdiccionis nostre, salutem, etc.—Cum dudum defuncto bone memorie Magistro Willelmo Filio Rogonis, Archidiacono Exoniensi, Magister Rogerus de Morteho, clericus, tam ante mortem dicti Magistri Willelmi quam subsequenter post mortem ipsius, perquisita dicti Archidiaconatus, tam ad eundem defunctum quam ad nos postmodum durante vacacione ejusdem pertinencia, ipsius defuncti et nostro nomine collegisset et recepisset, nec sit Executoribus dicti defuncti vel nobis de hujusmodi perquisito collecto adhuc aliqualiter satisfactum; set dum dictum perquisitum ab eodem Magistro Rogero per nostros, ipse per solucionem ejusdem factam Executoribus antedictis, et dum per ipsos id exigitur, per solucionem nobis exinde factam nititur excusare, sicque hujusmodi perquisito in manibus prefati Magistri Rogeri integre remanente, nos, volentes super hiis quatenus possumus effici cerciores, vobis tenore Presencium committimus et mandamus quatinus, assignato (*sic*) eidem Magistro Rogero aliquibus certis die et loco, coram vobis ad calculandum plenius super istis, vocatis ad hoc eisdem Executoribus, ipsius raciocinia tam super contingentibus Executores predictos quam nos specialiter in premissis, debite audire curetis, ita quod extunc sciri valeat cui quid debitum in hac parte existat; eundem Magistrum Rogerum ad id, si oporteat, debite compellentes. Quod si non omnes hiis exequendis interfueritis, duo vestrum nichilominus per omnia super hiis faciant quod incumbit; rescribentes nobis, premissis expeditis, quam cicius comode poteritis, per vestras Patentes Literas harum seriem continentes, quid feceritis in premissis: hujusmodi, eciam, raciocinia nobis tunc vestris sigillis fideliter remittatis inclusa.—Datum, apud Nortone, vij die mensis Decembris (1315); 111.

The Dean and Chapter present to,—

St. Mullion; 44b: Sidbury; 50b: St. Kerian's, Exeter; 52b, 70, 184b: Westleigh; 53: St. Constantine; 57b, 60, 183b: St. Paul's, Exeter; 58b: St. James's, Exeter; 70: St. Winnow; *ibid.*: St. Sancreed; 70, 105: Dawlish; 70: Thorverton; 73b: Harberton (q.v., *Inst.*); 75b: St. Mary Church; 79b: St. Issey; 100: Littleham V.; 105: Staverton; 105, 167: Upottery; 127, 164: Holy Trinity, Exeter; 128: St. Petrock's, Exeter; 128: Buckerell; 141: West Anstey; 144b: St. Erth; 145: Alternon; 145, 150b: Colyton; 151b.

Concerning certain Houses in the Close,—

Commission: Quinto decimo die Novembris, apud Lagoforde (*sic*) juxta Sarum [*Steeple-Langford*], facta fuit Commissio Magistro Rogero de Otery, in Causa Appellacionis inter Magistrum Ricardum de Morcestre, Partem Appellantem, et Magistrum Radulphum Germeyn, Partem Appellatam, super quibusdam Domibus infra Clausum Exoniense; 36b.

—[The Canons' Houses in the Close, Visitations of,—

—Visitacio Domorum Canonicorum Ecclesie Beati Petri Exoniensis, infra Clausum Cimiterii predicte Ecclesie, quas Canonici tunc inhabitabant; facta pridie Idus Junii [12 June], A.D. Millesimo tricentesimo primo, per Magistros Johannem de Upavene, Subdecanum et Penitenciarium Ecclesie predicte, et Robertum de Veteri Terra, tunc Senescallos Scaccarii Ecclesie supradicte, una cum Roberto, clerico predicti Scaccarii; associatis eisdem Senescallis in predicta Visitacione Dominis Johanne Munteyn et Willelmo de Berkstede, predicte Ecclesie Vicariis, in hujusmodi Visitacionibus peritis reputatis:—

Inprimis, Domus Magistri Bartholomei de Sancto Laurencio, Archidiaconi Exonie, repperiuntur competentes in Aula, Capella, Cameris, et aliis officinis, ac sufficientes eciam in ortis et virgultis per eundem melioratis; nec est ibi defectus notorius, ut videtur.

Domus tunc assignate Precentorie, quas inhabitat Magister Johannes de Upavene, de consensu Domini Willelmi de Pungtyngtone, tunc Precentoris, scilicet Aula,

Camera Domini, Capella, et alie Camere, cum suis singulis officinis, sunt competentes et sufficientes.

Domus Domini Andree [de Kilkenny], Decani, sunt competentes et sufficientes, et multum per eum meliorate in Cameris, Capella, et aliis singulis officinis.

In Hospicio Magistri Willelmi de Sancta Elena est Aula competens, et due Camere sufficientes. Et fecit idem Magister Willelmus in ipso Hospicio multas melioraciones, tum in construendo Capellam et caminum in Camera sua, tum in coquina, pistrino, et in muro erecto ad novam Cameram construendam. Et si aliquo tempore fuerunt ille Domus competentes, modo sunt multo competenciores.

Domus Magistri Johannis de Exonia, dicti Dyrewyne, sunt sufficientes et multum per eundem meliorate in construccione cujusdam stabuli et domus ad fenum, et in ortis emptis.

Domus Magistri Roberti de Veteri Terra sunt sufficientes, tam in Aula quam in Cameris et ceteris officinis multum per eum emendatis.

Domus Magistri Thome de Lecchelade sunt sufficientes in Aula et in Cameris, et multum per ipsum meliorate in construccione cujusdam nove coquine. Stabulum, tamen, est ruinosum in parietibus et tecto, et potest repparari sufficienter cum lx*s*.

Domus Magistri Petri de Insula nuper visitate sunt per quosdam certos Visitatores ad hoc electos, et invente defective usque ad estimacionem x marcarum; que cum fuerint repparate visitabuntur.

Domus Magistri Roberti de Cumba sunt debiles; verumptamen per ipsum sunt meliorate, et in meliori statu quam eas recepit. Et, tamen, magna indigent emendacione.

Domus Domini Willelmi de Puntyngtone: nulla est sufficiens preter Aulam, Cameram propriam et Capellam et Cameram in Turri. Cetere sunt debiles et ruinose.

Domus Cancellarii sunt sufficientes, et in singulis officinis multum per eundum meliorate; scilicet, per Magistrum Henricum de Somersete.

Domus quas inhabitavit Magister Adam le Blunt, mortuus, sunt sufficienter repparate ad inhabitandum, sumptibus Capituli et propriis, quo ad Aulam et Cameras; preterquam Solarium juxta coquinam est ruinosum tam inferius quam superius: qui defectus estimatur ad C*s*. per Magistrum Rogerum cementarium, qui peritus est in talibus.

MEMORANDUM quod, Anno Domini M° CCC° tercio intrante, die Jovis proxima post Festum Annunciacionis Dominice [28 March], Dominus Willelmus de Puntyngtone, Archidiaconus Tottonie, Magister Robertus de Veteri Terra, Dominus Robertus de Aspertone, Magister Rogerus cementarius, visitaverunt Domum quam aliquando tenuit Magister Thomas de Lecchelade, que modo per Decanum et Capitulum assignatur Magistro Johanni de Upavene; qui invenerunt Aulam defectivam in luminari ex parte Orientali, et stabulum ruinosum ut prius, et communem cloacam omnino defectivam seu tamquam nullam: quos omnes defectus iidem Visitatores considerarunt posse emendari per centum solidos. Postea, considerarunt Decanus et Capitulum quod, quia predictus Magister Thomas non fuit vocatus ad predictam Visitacionem, quod alia fiat Visitacio et vocetur ad eandem; quod et factum est ad spacium decem dierum, scilicet ad diem Martis proximum post Festum Ascensionis Domini [21 May], Anno predicto. Et statuerunt Visitatores Magistros Willelmum de Sancta Elena et Willelmum de Kilkenny, Dominum Robertum de Aspertone, et Magistrum Rogerum cementarium; qui in ipso die Martis, sequentes officium sibi injunctum, estimarunt similiter ut prius defectus in ipsa Domo ad centum solidos.

—Visitacio Domorum quas inhabitavit Magister Jacobus de Berkeley, facta die Sancti Mathie, Apostoli, Anno Domini Millesimo tricentesimo undecimo, per Magistrum Willelmum de Kilkenny et Dominum Robertum de Haselschawe, deputatos per Decanum et Capitulum ad taxandum defectus Domorum predictarum. Et inventi fuerunt defectus in diversis locis qui poterunt reparari cum xij marcis argenti et nullo modo pro minori precio,—presentibus tunc, ibidem, Magistro Johanne de Upavene, Willelmo cementario, Waltero carpentario, et Roberto, clerico Scaccarii [24 Feb., 1311-12].

—Visitacio Domorum quas inhabitavit Dominus Johannes de Knovile, Canonicus Exoniensis, defunctus, facta per Magistros Willelmum de Kilkenny et Ricardum de Wideschade (*sic*), Canonicos Ecclesie Exoniensis predicte, die Lune proxima ante Festum Invencionis Sancte Crucis, Anno Domini, etc., xxiij° [2 May, 1323]:—

Inprimis, iidem Visitatores invenerunt defectus unius postis in magno celario, cum lapide ad pedem: estimantur iij*s*. Item, in fractura unius gyste [i.e. *a joist*]: estimatur viij*d*. Et deficit unus lapis pro basso hostii inter majorem celarium et minorem, estimatus ij*d*. Et sunt defectus in hostio majoris celarii, estimati ij*d*. Et sunt defectus in intersticio Camere interioris et cloacam (*sic*), estimati vj*d*. Et custus [*the cost*] ad terrandum interiorem Cameram estimatur ad x*d*., cum aliis defectibus ibidem. Et sunt defectus in hostio magne Camere et juxta idem hostium, cum carencia serure, estimati xviij*d*. Et defectus in uno intersticio inter coquinam et quandam Cameram juxta eandem estimantur iij*s*. vj*d*. Et sunt defectus in Camera ad tergum magni scanni Aule, estimati ij*s*. vj*d*. Et in muro et hostio ejusdem Camere, estimati vj*d*. Et in punctuacione [*the pointing*] omnium Domorum, videlicet calce, sabulo, et stipendiis cooperatorum, estimata vj*s*. vij*d*. Et sunt defectus in Camera juxta coquinam et in stabulo subtus et juxta cloacam, estimati xiiij*s*. Et est defectus in extremitate Aule unius giste ad sustinendum tigna, in transverso finis eorundem, estimatus iij*s*. Item necessarium esset deponere omnem cooperturam tocius Aule, et tigna emendare, et cooperturam novam facere, cujus custus estimatur xiiij*s*. Et sunt defectus in anteriori hostio Aule, et deficiunt tres giste ultra porticum ibidem; estimati ij*s*.—*Archives of the D. and C., No.* 3673, *pp.* 16-18. *See page* 107, *note* (2).]

St. James's Priory,—

Licence granted to Stephen, the Prior, to visit the Mother-House (St. Martin-in-the-Fields, Paris); he was to return before the beginning of December, or be excommunicated *ipso facto* (20 Oct., 1308); 36. *See*, also, "Inst."; 85b.

St. Nicholas' Priory,—

Roger, Prior of; 54b: "Collector Decime" in Devon; L 212b: elected Abbat of Battle; *ibid.*—The Prior and Convent presented to Affeton; 52b: Poughill (*Devon*); 62b: Pinhoe; 82, 124: Butterleigh; 82b: Brampford-Speke; 131: Lamerton; 171b. Collumpton; 174b.

The Prebendal Chapel in the Castle,—

Letter from the Bishop to the Lady Alianora de Courtenay:—"Archidiaconatum Exoniensem . . . . nuper . . . . visitantes, invenimus quod discretus vir, Dominus Willelmus de Strete, in Capella de Castro Exoniensi, ad presentacionem vestram, duas Prebendas[1] tenet, et simul tenuit per non modica tempora jam transacta. Et licet prima Prebenda per admissionem secunde vacaverit, et sic vacans tanto tempore extiterit quod ipsius Collacio est ad nos legitime devoluta, maxime cum ignoranciam super hoc pretendere non possitis, ex eo quod utramque Prebendam ad presentacionem vestram fuerit, ut dicitur, assecutus; volentes, tamen, vobis de speciali gracia hac vice deferre, cui jus presentandi ad eandem dicitur pertinere, vobis de vacacione predicta hiis nostris Literis nunciamus ut ad eandem presentare possitis Personam ydoneam, cum videritis expedire" [20 June, 1309]; 42.

Visio presencialis Capelle de Castro Exonie:—

WALTERUS, permissione Divina Exoniensis Episcopus, Religiosis Viris Abbati et Conventui de Hertilande, nostre Diocesis, salutem graciam et benediccionem.—Cura pastoralis officii, quo vestro sicut ceteri gregis nostri regimini, permittente Domino, presidemus, circa reparacionem et reformacionem eorum que ad vestram prosperitatem et pacem vestreque Religionis honestatem pertinere noscuntur, tanto majori sollicitudinis studio vigilare non desinit quanto vos et Monasterium vestrum ab antiquo recollegimus in amorem. Eapropter nonnulla que nuper, vos et Monasterium vestrum jure Diocesano prout ad nos pertinet visitantes, tam in Spiritualibus quam Temporalibus officio correccionis indigere comperimus, in statum debitum reformare volentes, decernimus et tenore Presencium ordinamus ut Divinum Officium, diurnum pariter et nocturnum, horis congruis cum devocione debita in vestro Monasterio cotidie peragatis, quodque solempnitas Corporis et Sanguinis Domini nostri Jhesu Christi quinta feria post Octabas Pentecostes, secundum tenorem cujusdam novelle Constitutionis super hoc edite, sub duplici officio cum Octabis sequentibus annis singulis celebretur. Regularis observancia insuper tam in jejuniis, vigiliis, oracionibus, silencio, quam aliis que ad vestram Religionem pertinent, in vestro Monasterio diligenter ab omnibus observetur. Et quia preceptoris absencia interdum discipulis ad lasciviendum materiam subministrat, volumus et mandamus quod Abbas qui pro tempore fuerit in Vesperis, Matutinis, et Missis in Choro, una cum Canonicis et Confratribus suis, quociens comode poterit, et precipue in Festis Duplicibus, interesse de cetero non omittat; quodque regularis observancia in omnibus prenotatis firmiter teneatur, curam adhibeat diligentem. Et ut hec diligencius exequatur, quolibet mense semel ad minus, cessante impedimento legitimo, ad Capitulum veniat pro correccionibus faciendis; secundumque qualitatem commissi quod repperit et secundum regularem observanciam culpam feriat delinquentis. Semel, eciam, ad minus quolibet mense cum Fratribus in refectorio se reficiat. Et si aliquo mense, ex aliqua causa racionabili, hoc non fecerit, bis in alio ibidem commedere teneatur. Habeat, eciam, ibidem Abbas certum capellanum, unum de Canonicis quem duxerit eligendum, qui ipsum continue comitetur pro Divinis Obsequiis exsolvendis, secumque ubicumque fuerit in Camera sua de nocte jaceat, ut de vita et conversacione laudabili sibi mutuo valeant testimonium perhibere; quem dimittere et alium de Canonicis assumere valeat idem Abbas cum sibi et Monasterio viderit expedire. Item, quia dormitorium vestrum proximum est ruine, ac Chorus Ecclesie est obscurus, campanile male coopertum, et lavatorium male ordinatum, locutoriumque deficiat omnino, similiter ordinamus quod, quamcicius comode fieri poterit, defectus hujusmodi, nedum reficiendo quin eciam noviter construendo, ipsius Monasterii sumptibus reparentur. Librorum eciam defectum, quorum aliqui sunt insufficientes omnino, idem Abbas, sub pena x librarum, Ecclesie nostre Exoniensis Fabrice applicanda, infra annum a data Presencium faciet emendari. Item, quia per discursum porcorum intra septa Monasterii vestri inhonesta

Divinum Servicium.

Regularis observancia.

Quod Abbas intendat Ecclesie.

Quod Abbas sit in Capitulo.

Quod sit in Refectorio.

De Capellano Abbatis.

Defectus in domibus.

Defectus Librorum.

De por-

---

appointed, 4 Nov., 1275, to enquire into, hear, and determine the trespasses committed by Oliver de Dinaunt, in occupying, during voidance, the Custody of the Abbey of "Herthylaunde," over Walter, Bishop of Exeter—to whom, as to his Predecessors, such Custody pertains,—and in taking and consuming the goods of the said Abbey against the will of the Canons thereof, and extorting large sums of money from them by undue distraints; the said Bishop being then absent with the King in Gascony, and his Officials and Bailiffs being detained in prison by the Bailiffs of the Earl of Cornwall, by reason of the contention between him and the said Earl (Rot. Pat., 3 Edw. I., m. 3d. (6),—*Deputy-Keeper's 44th Report, p.* 189).—J.I.D.

cis amo-vendis. nonnunquam audivimus contigisse, volumus et jubemus quod porci amodo per curiam de consuetudine non vagentur, set in aliquo loco ad hoc ydoneo, intra curiam vel extra, clausi sub arta custodia teneantur. Item, quando aliquem Canonicorum pro Ordine recipiendo, de licencia Abbatis vel ejus ad quem pertinet, ex speciali commissione ejusdem Abbatis secundum regulam a Monasterio vestro exire contiuget, de expensis et vectura in eundo, stando, et redeundo necessariis sibi provideri volumus per Abbatem; ita quod predictus Canonicus, suscepto Ordine hujusmodi, cessante causa legitima, redeat infra terminum competentem, considerata locorum distancia, ipsius Abbatis vel ejus in hac parte locum tenentis arbitrio juste moderandum. Item, Canonicus infirmus pro qualitate infirmitatis quam patitur cibis convenientibus reficiatur; et, si vino indigeat, secundum qualitatem morbi de celario Abbatis per celerarium, secundum formam contentam inferius deputandum, ministretur eidem; ita quod grossiora cibaria, que sibi competencia non sunt, in leviora commutentur, vel sibi subtrahantur et in elemosinam convertantur. Item, redditus assignatus ad inveniendum lumen de nocte in infirmitorio, quando fuerint ibidem aliqui de Fratribus egrotantes, una cum arreragiis ejusdem, custodi infirmitorii, per Abbatem deputando et quando oportunum viderit amovendo, amodo liberetur; qui de receptis annis singulis predicto Abbati, in presencia aliquorum de Conventu, reddere teneatur, etsi quod residuum fuerit per ordinacionem ipsius Abbatis in alium usum necessarium convertatur. Et ut unitatis et pacis vinculum non solum inter ipsos Religiosos Confratres, set et inter eos et quoscumque familiares Monasterii antedicti servientes vigeat in futurum, volumus et jubemus quod familiares ipsius Abbatis, tam presentes quam futuri, Canonicos et Confratres debita reverencia supportantes ipsis cum modestia et mansuetudine respondeant et loquantur. Item, volumus et ordinamus quod de cetero unus Canonicorum quem Abbas elegerit per eundem in celerarium preficiatur, qui pecuniam ordinatam per Abbatem pro coquina hospitum et ipsius Abbatis recipiat, et de ea necessaria ad hujusmodi coquinam faciat providere. Bladum insuper de grangiariis recipiat per talliam vel indenturam, pro pane et cervisia in Monasterio faciendis, et predicto Abbati, vel alteri per eum ad hoc deputato, de hujusmodi receptis per eundem celerarium ac suis expensis reddat raciocinia, cum per Abbatem super hoc fuerit modo debito requisitus; ad cujus curam et solicitudinem pertinebit quod Domus interior in premissis bene regatur, et ea que parantur ad usum predictum bene et fideliter expendantur, ita quod hospitalitas non fraudetur; et, quantum ad hujusmodi Domus regimen, sit major omnibus post Abbatem; quem liceat Abbati a dicto officio amovere et ipsius loco alium subrogare, quociens sibi et Monasterio predicto viderit expedire. Item, quociens aliquod arduum negocium contingens ipsum Monasterium fuerit agitandum, super hoc, ut moris est, communis et solempnis in Capitulo habeatur tractatus; ad quem tractatum faciendum Abbas, per Conventum nunciatus, absque difficultate qualibet libenter accedat, nisi fuerit racionabiliter impeditus. Item, ut status Monasterii, in exterioribus, illis de Conventu plenius innotescat, quibus vires patrimonii sui ignorare non expedit, tenore Presencium ordinamus ut duo Canonici, per Conventum vel majorem partem presencium eligendi, annis singulis deputentur, in quorum presencia [compotus] omnium ballivorum, receptorum, et prepositorum Monasterii existencium sub Abbate, per quos bona ipsius Monasterii administrantur, reddatur coram auditoribus ydoneis per Abbatem assignatis, et ab illis infra septa dicti Monasterii audiatur; qui post compotum redditum de arreragiis, remanenti, et pede compoti, copiam per indenturam recipiant Conventui exhibendam, et ipsam ipsi Conventui exhibeant indilate; quodque singulis annis post autumpnum, ante hujusmodi compotum redditum, duo Canonici per Conventum electi, in comitiva Abbatis vel alterius quem Abbas ad hoc duxerit deputandum, singulas Ecclesias et Maneria eorundem circuant, sumptibus ipsius Monasterii per Abbatem eisdem ministrandis, grangias, instaurum, et alia bona quecumque inibi existencia supervideant diligenter. Proviso, tamen, quod dicti Canonici sic electi, infra terminum competentem per Abbatem assignandum eisdem, quamcicius redeant ad Monasterium supradictum. Et, quia vestri Monasterii facultates, per Dei graciam et industriam Abbatis qui nunc est, in tantum novimus esse auctas quod sufficere possunt pro sustentacione Canonicorum pro numero ampliori, decernimus et, eciam, ordinamus quod infra biennium de duabus personis ydoneis, volentibus et valentibus sub habitu vestre Religionis Domino famulari, ipsorum Canonicorum numerus qui nunc est augeatur. De viro, quoque, literato per vos, Conventum predictum, a nobis

De Canonicis.

De Canonicis infirmis.

De lumine in nocte.

De pace inter Canonicos.

Quod unus sit celerarius.

De officio celerarii.

De negociis inter Canonicos.

Quod duo Canonici sint assignati ad iendum compotum ballivorum etc.

De augmentacione Canonicorum.

De Scolari. petito, qui, secundum peticionem vestram nobis in memorata nostra Visitatione porrectam, illos ex vobis instruere valeat qui proficere cupiunt in sciencia literarum, vobis providere curabimus cum offerret se facultas. Has, igitur, Ordinaciones nostras similiter et decreta vobis, et cuilibet vestrum, quantum ad vos pertinent communiter vel divisim, mittimus observanda in virtute sancte Obediencie et sub interminacione maledicciones eterne; vobis omnibus et singulis firmiter injungentes quatinus, prompto animo et alacri studio suscipientes ea, in quolibet suo casu, cum summa diligencia observare curetis et observare curet, quantum ad ipsum pertinet, quisque vestrum; scituri pro certo quod si hujusmodi nostris Ordinacionibus et Decretis contempserit vel contempserit vestrum aliquis obedire, cum nobis constiterit de vestris inobediencia et contemptu, contumaces et rebelles in hac parte pena Canonica feriemus. Salva nobis et Successoribus nostris, Episcopis Exoniensibus qui pro tempore fuerint, potestate premissis addendi seu detrahendi eisdem, si, prout, et quando nobis et ipsis videbimus seu viderint expedire; et salvis juribus et jurisdiccione Ecclesie nostre Exoniensis in omnibus et singulis, ac eciam auctoritate, quibus per premissa in nullo volumus nec intendimus aliqualiter derogare. Volumus, eciam, et mandamus quod, in signum et testimonium recepcionis Presencium et vestri in hac parte consensus nobis citra Festum Pasche rescribatis per vestras Patentes Literas, harum seriem de verbo ad verbum dilucide continentes. Et, ne premissa per negligenciam vestram seu eciam insciciam forsitan minus provide per cursum temporis oblivioni tradantur, volumus et mandamus ut premissa omnia et singula in loco Capituli dicti Monasterii, statim post *Preciosa* singulis Sabbatis Quatuor Temporum, in vestra presencia publicentur intelligibiliter et legantur.—In cujus rei, etc.—Datum apud Clist, vij° die mensis Februarii, Anno Domini Millesimo CCC^mo^ decimo nono; 147.

Litera de remocione famulorum,—

Walterus, permissione Divina Exoniensis Episcopus, dilecto in Christo filio, Domino Johanni, Dei gracia Abbati Hertilondie, salutem, etc.—Quia nos, nuper, in Monasterio vestro predicto Visitacionis nostre debitum officium jure ordinario exercentes, invenimus inter cetera quod quidam Hugo le Coke, Thomas clericus, et Robertus Cloka, familiares dicti Monasterii et Abbatis, tantum Canonicis sunt exosi quod sine scandalo tumultu et discordie materia in obsequio Monasterii et Abbatis retineri non possunt, ipsos, licet super aliquo vicio racionabiliter non convictos, pro bono tamen unitatis et pacis ab officiis suis que nunc habent in vestro Monasterio, et a servicio vestro et dicti Monasterii fore decernimus citra Pascha proximo futurum totaliter amovendos, et ad alia officia vel eadem, seu ad aliquod servicium vestrum vel Monasterii sine consensu Conventus, vel majoris partis ejusdem, nullatenus resumendos, sub pena xl librarum sterlingorum in Fabricam Ecclesie nostre Exoniensis pro nostro arbitrio convertendarum. Per hoc, tamen, non intendimus quod de cetero familiares Monasterii vestri, assumpti per vos vel successores vestros vel assumendi, ad clamorem Canonicorum removeri debeant absque tàli causa contra eos proposita et probata, que debeat racionabilis boni viri arbitrio reputari. Et quid super hiis duxeritis faciendum nobis, infra xv dies a dato Presencium, per Literas vestras Patentes harum seriem continentes dilucide rescribatis.—Datum Exonie, vj° die mensis Februarii, Anno Domini M°. CCC^mo^. decimo nono; 148.

See Clovelly; 87: Marhamchurch; 174.

—John, Abbat of, *see* Vicars-General; 77: Launceston Priory; 115. The Abbat and Convent were Patrons of Frenington; 152^b^: Launcells; 166^b^.

Hartleigh [Herteleghe, MS.], *see* Halap (*Oratories*); 49.

Haselschaue, Robert de, Canon of Exeter,—

Licence of non-residence for a year, to study, etc., "die Lune proxima ante Festum Sancti Valentini" (11 Feb., 1313-14); 82^b^. He was "Provost" of Wells; *see* page 9 (*note*); *also*, L 214, *and* Regist. Drokenesford, Ed. *Hobhouse*, pp. 76, 86, 201.

Haselschaue, Thomas de, *see* page 16 (*supra*).

Hatherleigh, Sir Henry, V. of,—

He was in bad health, and Sir Roger Bloyou, R. of Monkokehampton, was appointed his coadjutor "die Sabbati proxima post Festum Epiphanie Domini" (8 Jan., 1311-12),—"tam in persona quam in rebus ad ipsam Vicariam spectantibus; ita quod confecto de bonis ipsius fideli Inventario, et amota abinde onerosa et inutili familia, de dictis bonis eidem Vicario et sue necessarie familie deserviatur honeste. "[*Interlined*]—"Postea, sexto die Aprilis, apud Clyst, Anno M° CCC^mo xij^mo, revocata fuit Commissio predicta, ita quod eidem Rogero de impensis circa dictum Vicarium et ejus negocia sibi sit satisfactum ad plenum pro tempore medio"; 67^b.

Hatherleigh, Richard Aleyn of, *see* Halwill; 42.

Hawkridge [Hauekrigge, MS.], in Chittlehampton; L 189^b.

Haye, John de la, Canon-Regular of Bodmin; 71.

Hayles, the Abbat and Convent of, present to St. Breage; 70, 75^b: St. Paul-in-Penwith; 108, 119, (120^b, 150^b).

Heghham, John de, inst. to Dunkeswell; 70.

Heghen, Robert de, inst. to Launcells; 166^b.

Heghen, William atte, *see* atte Heghen; 167^b.

Hele, John de, inst. to Christow; 126.

Hele, Nicholas de, clerk, 62^b; Canon of St. Crantock; 25: Proctor for John de Godrevi; 76^b: for Thos. de Hentone; 86^b: for John de Pultone; 177^b.

See Lawhitton (*Inst.*); 59, 74: Crediton; 67^b: Rome; 68, 68^b: Stafforde, Reginald de; 71: Lanivet (*Inst.*); 74: Harberton; 75^b: Bosham, Canons of; 85: Bodmin Priory; 89^b: Cookbury; 107^b: Mertone, Thomas and Walter de; 110: Canterbury; 111^b; Brothertone, Thomas de; 112: Otterton Priory; 114: Clyst Episcopi; 114^b: Arundelle, John de; 115^b: Axmouth (*Inst.*); 156.

Hele, Reginald de, *see* Membury (*Dedications*); 113.

Hele, Rd. de la, inst. to the Chantry, Little Yarnscombe; 54.

Heliom, Walter de, Itinerant Justice, *see* Cargaul; 117.

Hellegon (*also* Huligan *and* Hulugan), Gilbert de, R. of St. Michael-Penkevil; (*Ord.*) 239: inst. to St. Ladock; 127, 140^b, 159, (*Ord.*) 239^b, 240^b.

Helligan, Isabella de, *see* Trevarthian; 100.

Hellewille, Peter de, inst. to Loddiswell; 40, 76.

Helperby, William de, inst. to Wyke-St. Mary; 183^b.

Helyngham, Thos. de, inst. (by Bytton) to Churchstanton; 43.

Hemburi, Robert de, accolite,—*Dispensacio super defectu natalium*; "auctoritate Venerabilis Patris Domini Berengarii Tusculanensis Episcopi, Domini Pape Penitenciarii Generalis" (16 July, 1321); 159.

Hemyngford, Thomas de, R. of Lezant, resigns; 33: resigns, also, his Prebend in St. Probus: 63.—*See* Bosham, Canons of; 85.

Hendre, Hamunde de; (*Ord.*) 233^{b}, 234^{b}: 235^{b}, collated to Dunsford; 100^{b}.

Hendra, John de; L 206^{b}.

Hendre, Robert de, (late) Canon of Glasney; 38, 57^{b}.

Heynstecote, Sir John de, priest (*see* Juweaux, Britel); 120^{b}: inst. to East Buckland; 158.

Hengstecote, William de, collated to Clyst-Fomison (Sowton); 161^{b}; 164: resigns; 167^{b}: collated (*by lapse*) to Clayhanger; 167.

Henkastel, Robert de, *see* Scilly; 122.

Henry, John, of Penrys, inst. to Martinhoe; 128^{b}, (*Ord.*) 240.

Henton-St. George (*Somerset*), *see* St. Mawgan-in-Kerrier (*Inst.*); 157^{b}.

Hentone, Thos. de, *see* Exeter, Canons of (*Inst.*); 31^{b}: he exchanges Bishopsteignton for Great Torrington; 45^{b}: is collated to the Treasurership of the Cathedral; 46^{b}.

Dispensation: to hold his Prebends in the Cathedral and in Crediton in plurality, with the Treasurership—"quia claritate morum et multiplicibus virtutum donis te, retroactis temporibus, reddidisti laudabilem, et nostre sollicitudinis labores assiduos, qui emergencium undique negociorum varietate nostris incumbunt humeris operosa, nobiscum sedulitate partiris, ac tue discrecionis industriam . . . . in preteritum, cognovimus" (9 May, 1310); 50^{b}.—He was an Executor of Bishop Bytton's Will; 86^{b}, 175^{b}: and of Roger de Otery's; 122^{b}: admitted (*in commendam*) to Morchard-Bishop; 141: as Treasurer, presents to Bishopsnympton; 145: *see* Lawhitton; 59: Vicars-General; 113.

Hentone, William de, clerk, *see* Bathonia, Nicholas de; 141^{b}.

Hereford, Thomas de Cantilupe, Bishop of,—

Transcriptum Bulle de Canonizacione Beati Thome, Herefordensis Episcopi:—

Johannes [XXII] Episcopus, Servus servorum Dei, Venerabilibus Fratribus, Patriarchis, Archiepiscopis, et Episcopis, ac dilectis Filiis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, et aliis Ecclesiarum Rectoribus, ad quos Litere iste pervenerint, salutem et Apostolicam Benediccionem.—Unigenitus Filius, Splendor Glorie ac Figura Substancie Dei Patris, Qui pro lapsi medela hominis, exinaniens Semetipsum, factus in utero Virginis Verbum Caro, de orto Militantis Ecclesie modo rosas colens ignei nunc lilia candoris nivei, nunc violas odoris placidi, colligere suisque offerre aspectibus non desistit, modernis temporibus, advesperasceate die, mundi hujus labilis termino propinquante, de radice Matris Ecclesie Florem fecit ascendere, ex Jacob nostro oriri jussit Stellam splendidam Matutinam. Ecce namque quod Qui sedens in Throno omnia facit nova, novi Confessoris, Beati videlicet Thome, Herefordensis quondam Episcopi, nova magnalia mundo prodit, ejus famam effert magnifice, vitam offert imitandam a cunctis ut regulam fulgidam et exemplar. Letentur, igitur, Celi sursum qui hunc Sanctum gloriose in se suscipiunt, et exultet terra deorsum, que supernis transmittit Presulem tam mirandum. Plaudant ob hoc Cetus Angelici, et canoro jubilo Deum laudent. Huic occurrant Celestes cunei. Hunc collaudent festive Celi cives. Colletetur immensa Christi Sponsa, Mater Ecclesia, tante prolis claritate fecunda; que, Terram deserens et terrena, Celestis Imperii admirabilis ipsa in effabili Throno gaudet. Ut, autem, lucerna splendida vite sue, posita super candelabrum Domus Dei, non lateat, set pateat cunctis Fidelibus, ut Celestis et perpetue vite norma, de suis felicibus moribus et actibus aliqua de multis, ad utilitatem audiencium, referamus. Ipse, namque,

quem Fides firmum, Spes erectum, Dei et proximi habundans Caritas fecit latum, circumspectum prudencia, temperancia in omnibus ordinatum, innoxium cunctis Justicia, audacem et strenuum Fortitudo, virtutum omnium aromatibus redolebat, velut plena Divinorum Carismatum apotheca. Sane Beatus hic Thomas, Nacione Anglicus, Angelicus Homo, ipse de Parentibus Nobilibus et Catholicis originem suam trahens, ab etate primeva morum honestate preclarus, Studiis Literarum sic se dedicavit totaliter, sic in ipsis sollicite studuit et profecit, quod tam in Humanis Scienciis quam eciam in Divina honorem Magisterii est adeptus; postquam Doctrine sue radios longe lateque diffundens, quamplures ad Justiciam erudivit, velut luminare in mundo prefulgidum, continens Verbum Vite. Ne, autem, terre carnis inhabitacio deprimeret suum sensum celestia cogitantem, ipsam, ut serviret Spiritui, vigiliis et abstinenciis, necnon pungenti cilicio set et cibi et potus parcimonia continua macerabat; abstinens a vino sepius, sciens quod in ipso lubricum latet carnis; sciens, eciam, quod Dominus se promittit in objectum et premium mundis corde, a juventate sua castitatis pulchritudinem adamavit; propter quod mulierum consorcia, que preciosam viri animam rapiunt, et ipsa blanda colloquia prudentissime devitabat. Noverat, namque, quod multi propter mulieris speciem, a qua factum est peccati inicium, perierunt. Iste Sanctus, eciam, ut alter Job, simplex, rectus, et timens Deum, a Christo didicit esse mansuetus, mitis corde, humilis et benignus. Miseracio nichilominus, que ab infancia secum crevit erga pauperes et afflictos sue Pietatis viscera sic affecit quod ipse verus pauper spiritu, dives rebus, illos largis sustentabat elemosinis; istos, vero, crebris consolacionibus refovebat. Cum Apostolo, namque, Paulo infirmabatur cum infirmantibus, cum pacientibus scandalum urebatur. Hic, demum, Sanctus de innocente agno factus in Herefordensi Ecclesia bonus Pastor, seipso major mente effectus est, studens semper de virtute progredi in virtutem, quo in tempore in Dei Templo in Virtutis culmine positus sic effulsit quod merito Gemma Presulum dici posset. Oracioni, vero, insistebat assidue; ac sui fervorem spiritus demonstrabant in Oracionibus et Celebracione Misse habundanter ex oculis lacrime defluentes. Commissas, vero, oves precedebat ad pascua, et a lupis protectas rapacibus, pastasque verbo et exemplo pariter, ad Christi Caulas sedule reducebat. Jura, vero, sue Ecclesie defensabat viriliter, indutus Justicia velut lorica; paratus namque pro sibi commisso grege animam ponere, non timuit in hoc Principem vel Magnatem. Et, quia dignum erat quod huic tam excellenti merito daretur Eterna Requies post laborem, cum pro sue causis Ecclesie ad Romanam pervenisset Curiam, diem clausit extremum, receptis prius devote Ecclesie Sacramentis; sicque vir felix iste ad Dominum transmittendo spiritum, de Peregrino et Advena factus est eximius Celi Civis. Et, quia decebat multum Divine Potenciam Magestatis ut Sanctum hunc in Celis regnare Secum per signorum evidenciam Fidelibus declararet, ipsum coruscare in terris miraculis multis fecit. Quorum quedam, fidelibus probata testimoniis, ad Dei Laudem et Gloriam Sancti hujus, Presentibus duximus inserenda. Quedam, namque, puella annorum quinque, que tempore longo in quodam profundo stagno steterat mortua et submersa, extracta inde frigida tota et rigida, non habens aliquod signum vite, facto ad Sanctum hunc pro ejus resuscitacione voto, vite fuit pristine restituta. Infans, eciam, biennis quidam in aqua quadam submersus et mortuus, extractus inde, post factum pro ipso votum, miraculose extitit suscitatus. Puer quidam annorum ix submersus in quodam flumine, postquam extractum de aqua Sancto huic aliqui devoverunt, restitutus est vite pariter et saluti. Parvulus alter, etatis unius anni cum dimidio, super cujus capud dormientis in area rota transiverat onusti currus qui a bobus quatuor trahebatur, mortuus ex hoc recuperavit vitam et animam meritis Sancti hujus. Infans alius, nondum etatis duorum annorum, in fundo cujusdam fossati, in quem locum de ponte altitudinis magne de nocte asseritur cecidisse, repertus mortuus, rigidus, et frigidus, absque aliquo signo vite, mensuratus ad hunc Sanctum, vite fuit mirabiliter restitutus. Mulier quedam que septem annis sic contracta fuerat quod nec stare nec ire poterat per seipsam, portata ad Tumulum Sancti Thome, oracione ibidem facta per ipsam, restituta fuit pristine sanitati. Quedam, insuper, puella annorum quinque, que pedem unum habebat annis pluribus quasi totum ex fistulis putrefactum, ita quod nec stare nec ire poterat nisi se super femur trahendo per terram, portata ad dicti Sancti Tumulum per patrem, fuit ibidem a dicta infirmitate curata. Altera mulier, que per annos plures visu caruerat, nec quoquam ire poterat nisi ut ceca ab altero duceretur, ducta ad Ecclesiam Herefordie, et facta oblacione ad Tumulum Sancti

Thome, fuit a cecitate dicta continuo liberata. Puer, insuper, annorum quinque, qui ex infirmitate quadam omnino visum perdiderat, et duobus annis manserat ita cecus, ductus ad hujus Sancti Tumulum, oblacione facta, visum recuperavit perfecte. Quidam, eciam, homo qui gibbum ad quantitatem unius ovis (*sic*) anseris ortum in collo suo portaverat multis annis, orans ad Tumulum hujus Sancti et denarium offerens, cum quo in modum Crucis tetigerat dictum gibbum, statim curatus omnino fuit et a dicto gibbo penitus liberatus. Predictis et aliis multis miraculis Sanctum Suum clarificavit Deus, Qui facit mirabilia magna solus. Hec sunt, certe, mirabilia opera Tua, Deus, Qui sic per Celestes Spiritus gubernas terrena omnia et disponis, quod ipsorum sacratum numerum, quem cadencium ruina minuit, reparas mirabiliter et terrenis. Hii sunt Sancti Tui, Omnipotens Deus bone, Qui Tue dono gracie semper virent, rubent ut rosa, candent sicut lilium, ut mel placent, currunt ut spiritus, fragrant ut balsamum, ut sol fulgent. Sic, sic, Deus clemens, Sanctum Tuum Thomam glorificans, Fidem firmat, nubilosos errores dissipat et confundit, ad Superna nostros rapit affectus, amoris flammis succendit frigida corda nostra. In hac, igitur, leta die quam fecit Dominus, qua Confessor iste in Dei Throno Corona Glorie clarus sedet, laudet Dominum omnis Spiritus Celi Celorum; clamore ineffabili Deo canant; Sanctorum Ecclesia mente et spiritu, in cordis et organo, Domino psallat; set tu magis plaude, Herefordia, que sui Thesaurum Corporis contines tam immensum. Nam quem in terris habuisti Pastorem nunc obtines in Celis sedulum Protectorem. Verum, quia multum convenit ut quem Deus in Celis glorificat, in terris, ad suum fructum et gaudium Mundus colat, Nos de ipsius vita et miraculis inquiri fecimus diligenter; dehinc, super inventis per Nos et Fratres nostros attenta examinacione habita et discussione solerti, de ipsius Sanctitate vite ac veritate miraculorum plene certi facti, ad requisicionem instantem ac supplicacionem humilem et devotam Prelatorum multorum, tunc apud Sedem Apostolicam existencium, de dictorum Fratrum nostrorum consilio et assensu, confisi de Omnipotentis Dei misericordia, Auctoritate quoque Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Ejus, et nostra, Sanctorum Confessorum Cathalogo duximus ascribendum. Ideoque Universitatem vestram monemus et hortamur attente, per Apostolica Scripta vobis precipiendo mandantes, quatinus vj Nonas Octobris [2 Oct.] Festum Confessoris ejusdem devote et solempniter celebretis, et faciatis a vestris subditis veneracione congrua celebrari; ut, pia ejus intercessione, et hic a noxiis protegi et in futuro sempiterna gaudia consequi valeatis. Ut, autem, ad venerabile ipsius Sepulchrum ardencius et affluencius Christiani Populi confluat multitudo, ac celebrius ejusdem Confessoris colatur Festivitas, omnibus vere penitentibus et confessis qui cum reverencia illuc in eodem Festo annuatim accesserint, ipsius suffragia petituri, de Omnipotentis Dei misericordia et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Ejus, Auctoritate confisi, duos annos et duas quadragenas; accedentibus, vero, annis singulis ad predictum Sepulchrum infra ejusdem Festi Octabas, C dies, de injuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus.—Datum Avinione, xv Kalendas Maii, Pontificatus nostri Anno Quarto [17 April, 1320]; 153.

Hereward (Hireward *and* Hureward), John, of Yarnscombe, co-patron of the Perpetual Chantry of Little Yarnscombe; 54, 145: presents to Yarnscombe; 130[b].

Hereward, Robert, collated to a Prebend in Bosham; 59, 60: to a Prebend in the Cathedral; 117: inst. to St. Mawgan-in-Kerrier, 124: resigns; 157[b].

Hereward, Thomas, inst. to Aveton-Giffard; 46[b], 49[b], 56[b], 73: collated to a Prebend in the Cathedral; 82: to the Archdeaconry of Exeter; 127[b].—*See* Bosham, Canons of; 85: *also*, (*Ord.*) 236[b], 237[b].

Hereward, Sir William, Knt., presents to St. Erme; 177.

Hereward, Wm., R. of Yarnscombe; 121, (*Ord.*) 218: exchanges for Bickleigh (*So: Devon*); 130[b].—*See* Arundelle; 116[b].

Herforde, Adam de, Official-Principal of Winchester, *see* Bosham; 89.

Hermandesworthi, John de, inst. to the Chantry of Trewen; 71[b].

Herpathe (*alias* Gatepathe), Henry de, R. of Beaford; 79[b].

Herpetru, Thomas de, R. of Tedburn-St. Mary; 60[b], 66[b]: reference to his Will; L 209[b].

Hertle, Peter de, Proctor for John le Mareschal; 75[b].

Hertwelle, Jordan de, Proctor for John de Drokenesford; 35[b].

Herwyntone, Adam de; L 210.

Heton [*margin* "Eton"], Master Geoffrey de, Advocate in the Court of Canterbury,—the Bishop grants him a Pension, "de Camera nostra," of xls., annually, at Michaelmas "pro patrocinio suo in Causis dictum Episcopum contingentibus in dicta Curia agitandis," till the "patrocinium" should cease, or the Bishop present him to a sufficient Benefice (8 Feb., 1308-9); 38. *See* Etone.

Hidesworthe, Master Henry de, Advocate in the Court of Arches,—in return for services rendered in the said Court, the Bishop grants him an annual Pension of xls., "a Camera nostra," to continue as long as such services (not including the causes in which John, Bishop of of Chichester, was concerned) were continued (14 Jan., 1318-19); 140.

Highampton [Henctone *and* Hegheauntone, MS.],—

Sir James de Mertone, R.,—non-residence for a year—"Licencia intendendi obsequiis Nobilis Mulieris, Domine Marie le Flemyng, pro eodem supplicantis . . prout decet statum suum" (14 March, 1313-14); 83: again, from 11 Aug., 1316, till Michaelmas, 1317, "ut . . possit stare in obsequio Baldewini le Flemanc"; 114.

High Bickington [Bukyngtone, Bukentone, Buketone, MS.],—

Robert de Wylyngtone, clerk, R.,—Dispensation: non-residence for a year from last Michaelmas; he was to take subdeacon's Orders within the year (3 Nov., 1308); 36: again (clerk), till Michaelmas, 1310 (14 Dec., 1309); 45[b]: renewed (subdeacon), 11 Nov., 1310; 57[b].—Master Geoffrey de Lucy, subdeacon, R.,—Dispensation: licence of non-residence for one year, to study, etc. (21 April, 1319).—"et super hoc habuit Literas presencialiter sibi traditas per Magistrum Nicholaum de Hele, clericum, in porticu Aule Curie Episcopi Exoniensis extra Barras Novi Templi Londoniarum; dicto clerico sibi verbaliter exponente quod, quia dictus Rector aliam Ecclesiam prius optinuit et tenuit, ut asseruit, eisdem Literis suo periculo, si voluerit, uteretur; presentibus Willelmo de Wolleghe et Ricardo de Oteri"; 140[b]. There is no record of his Institution, which, doubtless, took place at this time. Again (14 March, 1322-3), "et dabit xx solidos"; 174[b]: again,—"Licencia intendendi obsequiis Domini Stephani, Archiepiscopi Armachanensis, Tocius Hibernie Primatis, per annum, ad instanciam ejusdem Episcopi" (1 May, 1325); 184.

High Bray [Hautebray, MS.],—Sir Robert de Rogis, deacon, R.,—Dispensation: non-residence for a year from Michaelmas, to study, etc. (24 Sept., 1309); 44: (priest) renewed (22 June,1311); 62[b].

Hildesle, Walter de, clerk, inst. to Monkokehampton; 184[b].

Hille (*or* Hulle), William de la, inst. to Maristowe; 47, 224[b].

Hyngham, Ralph de, Canon of Bosham; 35, 46[b]: Canon of

Crediton; 50b: deceased; 60, 61b: his Will; 65.

Hyngham, John de, *see* "Wills"; 65.

Hyntone, Nicholas de; *see* Lanteglos[-by-Camelford] (*Inst.*); 37b: *see* Rome, Court of; 124.

Hyspania, James de; L 192b, 210; (*see* Vol. I., page 390).

Hitte, William; (*Ord.-Pris.*) 222b.

Hocke, Roger, inst. to Gidleigh; 180b, 184b.

Hodenet, Richard de, inst. to Uploman; 44, 44b.

Hoke, William atte, junior, *see* Bosham; 15b.

Hokysham, William de, presents Giles de Hokysham to Huxham; 83b.

Hokesham, Wm. de (son of William) presents to Huxham; 100.

Holaweye, Thomas de, *see* Lawhitton (*Inst.*); 74.

Hole, Gregory de la, inst. to the Chantry of Trewen (Holsworthy); 66.

Hole, Robert de, "de Aysshulle," *see* Rome, Court of; 124.

Hole, Roger de la, inst. to Antony; 176b.

Hole, William de, collated (by *lapse*) to Parracombe; 35.

Holediche, Robert de, priest,—

Dispensacio super falso et conficto titulo pro Ordinibus recipiendis,—"Auctoritate Reverendi Patris, Berengarii, miseracione Divina Tusculi Episcopi, Domini Pape Penitenciarii, nobis in hac parte commissa, super eo quod olim, in Minoribus Ordinibus constitutus, et desiderans ad Sacros Ordines promoveri, certumque ad hoc titulum non habens, apud quendam Militem instetisti, et titulum in premissis optinuisti ab eodem; tali ad hoc condicione adjecta ac fide prestita, quod eundem Militem vel heredes suos super hoc non impeteres, nec pretextu concessionis tituli memorati aliquatenus molestares; alias, tamen, rite omnes Sacros Ordines suscepisti, ministrando in eisdem, non in contemptu Clavium set simplicitatis errore, aliasque te Divinis Officiis ingerendo,—te, si premissa veritate nitantur, ab hujusmodi excessu, injuncta tibi propter hoc primitus penitencia salutari, absolvimus,—te nichilominus a sic susceptorum Ordinum execucione usque ad Festum Beati Martini [11 Nov.] proximo nunc venturum, per nos propter hoc suspenso,—tecum, extunc, super irregularitate quam propter premissa contraxisti, et sic receptorum Ordinum execucione,—dum, tamen, aliud tibi in hac parte Canonicum non obsistat,—auctoritate predicta, misericorditer dispensamus, . . . "die Veneris proxima ante Festum Omnium Sanctorum (30 Oct.)," 1310; 57.

Holerigge, Roesea, *see* Pynde; L 199b.

Hollacombe [Holecumbe, juxta Hallesworthe (Holsworthy), MS.],—Benedict de Kylminand, accolite, R.,—Dispensation: non-residence for a year, to study, etc. (11 Aug., 1323); 176b.

—Sir Ralph de la Pole, 11 June, 1309, obtained Licence to farm this Church for five years,—"et dabit ad elemosinam Domini ij marcas et dimidiam"; 41b.

Holecumbe, Richard de (son of Symon); L 197.

Holacumbe, Roger de, Canon-Regular of Bodmin; 71.

Holne; Master John de Wytebi, accolite, R.,—

Dispensation: non-residence for two years, to study, etc. (and he was to take

subdeacon's Orders within the first year (20 Oct., 1310); 57: renewed 5 March, 1311-12; 69: again (subdeacon), for one year from Michaelmas ensuing,—"quarto Kalendas Aprilis" (29 March,) 1314; 83: again (priest), 20 Oct., 1317,—"et dabit ad Fabricam super gracia pro non residencia dimidiam marcam"; 123b: again, for a year (25 Sept., 1318),—"et dabit ad Fabricam dimidiam marcam"; 130: again, for a year from Michaelmas (16 Sept., 1320); 151b: and again, (20 Nov., 1321); 162b.

Holond, John, clerk, *see* Philleigh (*Inst.*); 144b.

Holsworthy [Hallesworthi, Haldesworthi, Healdesworthe, and Haldesworthi, MS.],—

Master William de Carreu, clerk, R.,—Dispensation: non-residence for three years, to study, etc. (30 Aug., 1312); 73: renewed, for a year (19 Aug., 1315); 107b: again (4 Aug., 1316); 113b: again, till Michaelmas, 1318 (1 Aug., 1317); 120: and again (25 Sept., 1318); 130.—He appeared, 21 Sept., 1319, by his Proctor, Thomas Peris, R. of Pillaton, before Richard de Coletone, Official-Principal, "in judicio pro Tribunali sedente in Majori Ecclesia Exoniensi, in Loco Consistorii," and promised, under a penalty of 100s., to put in repair the barn and other buildings belonging to his said Rectory, before the Feast of St. Peter ad Vincula (1 Aug.)—"Vacat, quia remissa per Dominum" (*margin*); 142b.—Sir Nicholas de Wethergrave, R.,—Licence of non-residence till Michaelmas, 1323,—"pro utilitatibus, ut asseruit, ejusdem Ecclesie" . . . "ita quod visitet Ecclesiam ipsam tempore Quadragesimali; videlicet, tota Quadragesima vel aliqua parte notabili ejusdem (25 July, 1322),—"qui promisit Fabrice Exoniensi C solidos"; 168.

Honemenacote (*also called* "de Winescote"; *Ord.* 243), Richard de, collated to a Prebend in Crediton; 142b: inst. to Iddesleigh; 151b, 152, 176, 181b.

Honitone, Peter de,—

R. of Ilsington, *see* Lawhitton (*Inst.*); 59: resigns his Prebend in Crediton and is, immediately, admitted to the same again, *in commendam*; 67: again resigns; 67b: is collated to a Prebend in St. Crantock; 67.—*See* Rome; 68, 68b: Glasney (*Inst.*); 72b: Lanivet (*Inst.*); 74: Bodmin Priory; 89b: Cookbury; 107b: Brothertone; 112: Clyst Episcopi; 114b: is inst. [not *inducted*] to Aveton-Giffard; 128: resigns Ilsington, and is inducted (not *instituted*) to Lustleigh; 128b: resigns his Prebend in St. Crantock; 129b: is collated to a Prebend in Glasney; 155. He was Proctor for Thomas de Hentone; 31b: Roger de Otery; 35: Robert Bythewalle; 76b: and Thomas Hereward; 85.

Honicherche, Matilda de; (*Ord.-Pris.*) 236b.

Horn, John, and Beatrix his wife; L 194.

Hortone, Roger de, his Election to be Prior of Launceston,—

"Litera proclamatoria pro Electo" (directed to the Dean of Trigg-Major), 5 April, 1308; 32: *Commission* (directed to the Abbat of Tavistock, Roger de Otery, Commissary-General, and Wm. Bloyou, Canon of Glasney), same date; 32b. The Bishop (Elect) writes to the King for his Licence (the See being vacant pending his Consecration), 3 May, 1308; 33b: Commission for Hortone's Installation, 4 May, 1308; *ibid.*

—On the 20th of Feb., 1308-9, the Bishop, in the Chapter-House of the Priory, admonished this Prior, under pain of deprivation, to exhibit within two years, to himself or his Successor, his "Privilegium," by virtue of which he retained the dignity, being illegitimate. He appeared at Clyst within the said term, and, having satisfied the Bishop, was discharged; 38b.

Hortone, Robert de, presents to the Chantry of St. Mary

Magdalene, Torrington; 68[b].

Holemede, William de, inst. to Brampford-Speke; 131.

Huggeworthi, Fr. Ralph de, Canon-Regular of Launceston; 115.

Huish [Hywys, MS],—Richard de Esse, R.,—Dispensation: non-residence for a year from Michaelmas last, to study, etc. (14 Oct., 1308); 35[b].

Hywys (*also*, Hiwische), Dame Matilda de (relict of Sir Richard), presents to St. Ewe; 42, 49[b], 59, 59[b]: to Lansallos; 150.

Hulierd, Richard, R. of Loxhore; 45.

Hulle, Robert de, inst. to West Alvington; 169.

Hundreman, Adam le, and Alice his wife; L 203.

Hunte, Walter *called* le, inst. to Sir William Martin's Chapel at Fremington; 60[b].

Hurbertone, Geoffrey de, inst. to Hennock; 81[b]: deceased; 171.

Hurbertone, John de, clerk, *Dispensacio super defectu natalium*—"de *presbitero* genitus et soluta", (19 Dec., 1308); 37.

Hurtleghe, Richard de, V. of Buckland-Brewer; 72[b].

Hyde Abbey,—*Caucio Abbatis de Hida*:—

—Venerande Religionis viro, Domino Dei gracia Abbati de Hida, Wyntoniensis Diocesis, Reverendi Viri Domini Abbatis de Bello Loco, ejusdem Diocesis Judicis Principalis, una cum discretis viris, Magistro Ada de Herforde, Officiali Wyntoniensi et Gardiano Fratrum Ordinis Minorum Wyntonie, in hac parte a Sede Apostolica deputatis Commissariis, Walterus, permissione, etc. salutem, etc.—Audito nuper quod discretus vir, Dominus Archidiaconus Cicestrensis, occasione cujusdam Regie Prohibicionis super libertate Ecclesie, seu Capelle, de Boseham, eidem Domino Archidiacono, ut dicebatur, porrecte, jurisdiccionem dictorum Abbatis de Bello Loco, Magistri Ade, Officialis et Gardiani, ac Commissariorum eorumdem in hac parte, in Causa Appellacionis que vertitur, seu verti speratur, inter nos Partem appellantem ex parte una, et Archidiaconum predictum, ex parte altera, coram eis, annullare et forum eciam ipsorum et vestrum nititur declinare; vosque ex hoc veremini quod, si in hujusmodi Causa procedetis ulterius, fatigari poteritis ea occasione, forsitan, laboribus et expensis; nos, hujusmodi timorem, si quis sit, a vobis excutere cupientes, vobis fideliter et bona fide promittimus quod, si in dicta Causa processeritis prout, absque dubio, de jure procedere poteritis, vos erga Dominum Regem et quoscumque alios, cujuscumque condicionis existant, ea occasione indempnes conservabimus. Et ad id omnia bona nostra, mobilia et immobilia, tenore Presencium, obligamus. Similiter, eciam, promittimus pro quibuscumque aliis qui pro nobis caverint in hac parte.—In cujus rei, etc.—Datum apud Clyst (27 Oct., 1314); 89.—This is followed by a copy of a 'Caucio,' in identical terms, directed to the said Warden of the Friars Minors of Winchester, on the same day.

Hyde, Ralph de la (son of Thomas), inst. to Whitstone (*Cornwall*); 42[b], 44, 44[b], 51, (*Ord.*) 222[b]: Canon of St. Crantock, deceased; 53[b].

Hyde, Thomas de la; L 201[b].

Hyde, William de la, Canon-Regular of Bodmin; 71.

A William de la Hyde was inst. to a Prebend in St. Crantock (13 Aug., 1310); 53b: deceased; 101b, 106b.

Hydone, Sir Wm. de, Knt. deceased, *see* Clyst-Hydon (*Inst.*); 38.

Hidone, John de, presents to Clyst-Hydon; 144b.

Hyndwille, Richard de; L 190b.

I.

Iddesleigh [Yuddesleghe, MS.],—

Master Richard de Honemenacote, subdeacon, R.,—Dispensation: non-residence for three years, to study, etc. (26 Sept., 1320); 152: renewed [Honemanecote, MS.] for a year, in Foreign Parts (7 Aug., 1323); 176: renewed for two years (5 Sept., 1324); 181b.

Ideford [Giddeforde, MS.],—Sir Walter, R.,—Licence to put his Benefice out to farm to Sir John de Chageforde, chaplain, for three years;—"et dabit ad Fabricam Exoniensem, singulis annis, quinque solidos" (31 Dec., 1315); 111.

Ilfracombe,—

"Dominus injunxit parochianis de Ylfredecumbe, apud Ylfredecumbe, quod infra annum fieri facerent, et haberent in Matrice Ecclesia ipsorum, Ymaginem Beate Marie Virginis, ita decentem et formosam sicut in Capella Beate Virginis ibidem tunc temporis habuerunt; sub pena xls." (26 July, 1309); 42b.

—*Pena et Preceptum super Ecclesia de Ilfridecombe,*—

—Apud Ilfridecombe, xxijdo die dicti mensis [Nov., 1321], constitutus Dominus in Ecclesia Parochiali de Ilfridecombe, in presencia Domini Henrici de Chambernon, Militis, et Patroni dicte Ecclesie, Roberti de Bikeleghe, Adami de Stoddone, Willelmi Schurreve, Ricardi Schurreve, Johannis le Lange, Adami de Trewent, Thome de Trewent, Willelmi le Taillur, Adami Fabri, Thome Ware, Willelmi Gersome, Willelmi Benet, junioris, Rogeri Mugge, Johannis Henri, Johannis Knosse, Johelis Fabri, Johannis Pistoris, Thome Pistoris, et nonnullorum parochianorum ipsius Ecclesie, perpendens quod eadem Ecclesia capax non erat omnium parochianorum ejusdem, precepit et injunxit eisdem parochianis, nomine suo, et nomine omnium comparochianorum suorum dicte Ecclesie, quod eandem Ecclesiam ampliarent, hinc et inde, per duas alas competentes, et corpus ipsius Ecclesie in longitudine similiter ampliarent per xxiiijor pedes ad minus, infra biennium a Festo Beati Michaelis proximo secuturo, sub pena xlli. sterlingorum, applicandarum Fabrice Ecclesie Beati Petri Exoniensis, pro voluntate et arbitrio dicti Domini"; 162b.

—Reginald de Champernoun, priest, R.,—Dispensation: non-residence for two years, to study in Theology or Canon-Law (11 May, 1310); 51: again, [Ilfardicombe, MS.], for a year,—"et dabit ad Fabricam xx solidos" (20 Sept., 1318); 129b.

Ilfrydecombe, Adam de, V. of Staverton, deceased; 105.

Ylstyngtone, William de, inst. to Cotleigh; 38.

Ilton, in Malborough, *see* Cheverestone (*Oratories*); 39b.

Inge, William, inst. to Heanton-Punchardon; 148.

Inkepenne, Richard de, R. of Dittisham; 33b, 36, 115, (*Ord.*) 224b, 225.

Innocent III., Pope (*see* Rymer, I., 197: Wilkins, I., 545),—

Privilegium Innocencii Pape super Libertate Eleccionis. [The words "*Privilegium eligendi Prelatos per Regem concessum*" have been added in the margin

Innocencius Episcopus, etc., Venerabilibus Fratribus, etc., Ecclesiarum Prelatis per Angliam constitutis, salutem, etc.—Dignis laudibus attollimus magnificenciam Creatoris quod, postquam Idem, Qui est mirabilis et terribilis in consiliis super filios hominum, aliquamdiu tolleravit ut perflando discurreret per areolam orti Sui spiritus tempestatis, quasi ludens taliter in orbe terrarum, ut sic ostenderet infirmitatem et insufficienciam nostram, nobis statuit cum voluit, Aquiloni dixit Da, et Austro Noli prohibere, imperans ventis et mari statuit procellam in auram, ut naute portum quietis inveniant peroptatum. Cum, enim, inter Regnum et Sacerdocium Anglie, non sine magno periculo atque dampno, super Eleccionibus Prelatorum gravis fuerit controversia diucius agitata, Illo tandem Cui nichil est impossibile Quique ubi vult spirat mirabiliter cooperante, carissimus in Christo Filius noster, Johannes Rex Anglie illustris, liberaliter ex mera et spontanea voluntate, de consensu communi suorum Baronum, pro salute anime sue ac predecessorum et successorum suorum, nobis concessit, et suis Literis confirmavit, ut de cetero, in universis et singulis Ecclesiis ac Monasteriis Cathedralibus et Conventualibus tocius Regni Anglie inperpetuum libere fiant Elecciones quorumcumque Prelatorum, majorum eciam et minorum. Nos, igitur, gratum et ratum habentes, concessionem hujusmodi vobis, et per vos Ecclesiis et successoribus vestris, prout in ejusdem Regis Literis perspeximus contineri, auctoritate Apostolica confirmamus et presentis Scripti patrocinio communimus. Ad majorem, autem, firmitatem et perpetuam memoriam hujusmodi rei, prefati Regis Literas super hoc confectas Presentibus inseri fecimus; quarum tenor est talis,—Johannes, Dei gracia Rex Anglie, Dominus Hibernie, et Dux Aquitanie et Normannie, et Comes Andegavie, Archiepiscopis, Episcopis, Comitibus, Baronibus, et Militibus, Ballivis, et omnibus has Literas visuris, salutem.—Quum inter nos et Venerabiles Patres nostros, Stephanum Cantuarie Archiepiscopum, tocius Anglie Primatem, et Sancte Romane Ecclesie Cardinalem, Willelmum Londoniensem, Eustachium Eliensem, Egidium Herfordensem, Jocelinum Bathoniensem et Glastoniensem, et Hugonem Lincolniensem, Episcopos, super dampnis et ablatis eorum tempore Interdicti, per Dei graciam, de mera et libera voluntate utriusque Partis, plene convenit, volumus non solum eis, quantum secundum Deum possumus, satisfacere, verum eciam toti Ecclesie Anglicane salubriter et utiliter inperpetuum providere. Inde est quod qualiscumque consuetudo, temporibus nostris et predecessorum nostrorum hactenus in Ecclesia Anglicana fuerit observata, et quicquid juris nobis hactenus vendicaverimus in Eleccionibus quorumcumque Prelatorum, nos ad ipsorum peticionem, pro salute anime nostre et predecessorum ac successorum nostrorum, Regum Anglie, liberaliter, mera et spontanea voluntate, de communi consensu Baronum nostrorum, concessimus et constituimus, et hac presenti Carta nostra confirmavimus, ut de cetero in universis et singulis Ecclesiis et Monasteriis Cathedralibus et Conventualibus tocius Regni nostri Anglie, libere sint inperpetuum Elecciones quorumcumque Prelatorum, majorum et minorum; salva nobis et heredibus nostris custodia Ecclesiarum Monasteriorum vacancium que ad nos pertinent. Promittimus, eciam, quod nec impediemus nec impediri permittemus per nostros, nec procurabimus quin in singulis et universis Ecclesiis et Monasteriis memoratis, postquam vacaverint, prelature quandocumque voluerint libere sibi preficiant Electores Pastorem; petita, tamen, prius a nobis et heredibus nostris licencia eligendi, quam non denegabimus nec differemus. Et si forte, quod absit, denegaremus, nichilominus procedant Electores ad Eleccionem Canonicam faciendam. Et similiter, post celebratam Eleccionem, noster requiratur assensus, quem non denegabimus nisi aliquid racionabile proposuerimus et libere probaverimus, propter quod non debeamus consentire. Quare volumus et firmiter jubemus ne quis, vacantibus Ecclesiis vel Monasteriis, contra hanc nostram Concessionem et Constitucionem in aliquo veniat vel venire presumat. Si quis, vero, contra hoc, aliquo tempore, unquam venerit, maledicciones Omnipotentis Dei et nostram incurrat. Hiis Testibus;—Petro, Wyntoniensi Episcopo, Willelmo Marescalle, Comite Pembrochie, etc., Willelmo, Comite Warrennie; Ranulpho, Comite Cestrie; Saiero, Comite Wyntonie; Galfrido de Mandeville, Comite Gloucestrie et Essexie; Willelmo, Comite de Ferrariis; Willelmo Briwere; Warino filio Geraldi; Willelmo de Cantilupo; Henrico de Neville; Roberto de Vere; Willelmo de Huntyngfelde.—Datum, per manus Magistri Ricardi de Mariscis, Cancellarii nostri, xv die Januarii, apud Novum Templum Londoniense, Anno Regni nostri xvj° [1214-15].—Nulli, ergo, omnino hominum liceat hanc Paginam nostre Confirmacionis infringere, vel ei ausu temerario

contraire. Si quis, autem, hoc attemptare presumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Ejusdem, se noverit incursurum. Similiter datum Laterani, iij Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno octavodecimo [30 March 1216].—Written on a blank page, fol. 13.

Institutions to Benefices, etc.,—

Abbot's-Kerswell [Carswille Abbatis, MS.], Vicars of—

Sir *Thomas* dictus *Tankarde*; on whose death," Die Dominica proxima post Festum Sancti Gregorii, Pape" (15 March), 1320-1,

Robert de Fishacre, deacon,[1] was inst., 14 April; Patrons, the Abbat and Convent of Sherborne; 157b.

Affeton [Affatone, MS.], Rectors of—

Sir *John de Oxtone*; on whose resignation, "quarto Idus Maii" (12 May), 1310

Hugh Norman, accolite,[2] was inst., 12 June; Patrons, the Prior and Convent of St. Nicholas, Exeter; 52b.

Alphington[3] [Alfyntone, MS.], Rectors of—

Sir *Stephen de Brawoda*[4] occurs as R., 23 March, 1311-12; 69b: on whose cession, 5 Feb., 1317-18 (fol. 125b) "per Constitucionem Johannis Pape XXII. contra Plurales editam" (*see* Benefices, Vacant),

Sir *Robert de Halstede*, priest, was inst., 14 March; Patron, Sir Hugh de Neville, Knt.; 126.

Alternon, Vicars of—

Sir *John*; on whose death, "die Lune proximo post Festum Sancti Petri ad Vincula" (6 Aug.), 1319,

Sir *Ivo de Astone*, priest, was inst., 12 Dec.; Patrons, the D. & C. of Exeter; 145.

Maria, in qua nichilominus commemoracionem pro dictis tam vivis quam defunctis fieri volumus, in eadem Ecclesia seu Parochia, cessante impedimento legitimo, dicere cotidie teneantur; uno semper, videlicet archipresbitero predicto, circa curam Parochie et jura Episcopalia et Archidiaconalia cum oportuerit exhibenda summopere vigilante. Tenore, eciam, Presencium prohibemus ne quis Capellanorum hujusmodi quocumque colore quesito in aliis Ecclesiis vicinis, vel circa aliud quodcumque Obsequium Divinum, preterquam in dicta Parochia perpetuo, Clericorum aut laicorum precepto seu prece, valeant ministrare, dum dictorum Capellanorum numero voluerit aggregari; quod si secus egerit, nisi tercio per Episcopum aut ejus Officialem, Archidiaconum Cornubie aut ejus Officialem, seu per predictum Archipresbiterum commonitus, noluerit a talibus abstinere, a suo ibidem habito beneficio sit ipso jure privatus et de eodem repellatur omnino, et alius loco sui juxta formam precedentem ydoneus subrogetur. Quantum ad gradum inter eos habendum et quis anteferri debeat, statuimus et ordinamus quod is cui regimen tocius Parochie est commissum, quem, ut premisimus, Archipresbiterum volumus nuncupari, de bonis dicte Ecclesie, ipsi ut premittitur appropriate, libere disponendi prout Rectoribus aliarum Ecclesiarum nostre Diocesis jus sive consuetudo permittit, habeat facultatem; ita, tamen, quod tam ipse quam alii Capellani quos sibi Socios appellabit in eadem domo simul, cotidie, se simul et similiter reficiant et habitent in communi; quodque idem Archipresbiter de bonis provenientibus de Ecclesia predicta singulis Capellanis pro stipendio et roba sua singulis annis duas marcas ad duos anni Terminos, videlicet, in Festo Pasche et Sancti Michaelis pro equalibus porcionibus solvere teneatur; qui, quidem, Archipresbiter tam in administracione bonorum, ut premittitur, quam honoris prerogativa, ceteris preferatur; aliis Capellanis inter se illum gradum, in sedibus et aliis, quem ordo temporis quo in societate hujusmodi fuerint illis attribuerit habituris, juxta legem que dicit quod is gradus ceteros antecedat quem in eodem genere militandi labor prolixior fecerat anteire. Quas, quidem, Ordinaciones nostras quilibet Capellanus qui ibidem recipiendus fuerit, in sua admissione, se suo tempore quantum ad ipsum pertinent servaturum, prestito juramento, corporaliter affirmabit. Salva nobis et Successoribus nostris, Episcopis Exoniensibus qui pro tempore fuerint, potestate premissis addendi seu detrahendi eisdem, si, prout, et quando nobis aut ipsis videbimus seu viderint expedire, et salvis jure et jurisdiccione Ecclesie nostre Exoniensis [ac eciam Archidiaconorum Cornubie et suorum Officialium qui pro tempore fuerint], in omnibus et singulis ac eciam auctoritate, quibus per premissa in nullo volumus nec intendimus derogare.—In cujus rei testimonium sigillum nostrum una cum sigillo Decani et Capituli Ecclesie nostre Cathedralis Exonie Presentibus est appensum.—Datum Exonie, septimo die mensis Februarii, Anno Domini Millesimo tricentesimo decimo nono [1319-20]; 148, [163,—another copy, with no variations of importance except the addition of the words enclosed in brackets].

—*Commissio super dicta Cantaria,*—

Walterus, etc., dilecto filio Magistro Ricardo de Coletone, Precentori in Ecclesia Exoniensi, salutem, etc.—Ad recipiendum Personam ydoneam quam ad Officium Archipresbiteratus in Ecclesia Sancti Michaelis de Penkevel, nostre Diocesis, per nos de consilio et assensu Capituli nostri, concurrentibus hiis qui de jure requiruntur, noviter ordinatum, et ad ipsam Ecclesiam eidem Officio appropriatam, Dominus Johannes de Treiagu canonice presentabit, eandemque Personam in eisdem Officio et Ecclesia, juxta formam Constitucionis seu Ordinacionis nostre super hoc edite, quam vobis volumus exhiberi, premissa Inquisicione ad Presentacionem hujusmodi in forma debita et consueta instituendum, ac ipsam Personam in corporalem possessionem ipsorum Officii et Ecclesie per vos, vel alium, inducendum, et defendendum inductam; necnon Canonicam Obedienciam recipiendum, et omnia alia et singula faciendum que in premissis et circa premissa necessaria fuerint vel eciam oportuna; vobis, cum Canonice cohercionis potestate, tenore Presencium committimus vices nostras.—Datum Londoniis, xxiiij die mensis Aprilis, Anno Domini Millmo CCCmo vicesimo; 149.

St. Mullion [Sancti Melani, MS.]; *Taxations of the Vicarage,*—

I.—Vicarius . . . et successores ejusdem, nomine Vicarie, habeant totum Sanctuarium Ecclesie . . . excepta una pecia terre que vocatur parcus et continet in seu nam acram terre Cornubiensem, vel circiter. Habeant, eciam, Vicarii . . . totum altalagium in omnibus porcionibus, et solvant Procuracionem Archi-

diaconi, Cathedraticum, et Sinodaticum; et sustinebunt Libros, Vestimenta, et cetera Ornamenta . . . ad Rectoriam pertinencia, necnon vitrum fenestrarum Cancelli et cooperturam, suis sumptibus, postquam per Dominos Decanum et Capitulum Exonienses, quibus dicta Ecclesia Sancti Melani existit appropriata, fuerint semel competenter reformata et correcta. Qui, quidem, Decanus et Capitulum sustinebunt omnia alia onera Cancelli, et extraordinaria ejusdem Ecclesie, imposita et imponenda. Habeant, eciam, Vicarii . . . herbam et totum fructum predicte pecie terre excepte, quousque placuerit predictis Decano et Capitulo grangiam vel domos alias in predicta terra construere, vel decimas suas extra domos reponere in eadem; salva Domino Exoniensi, etc., potestate augmentandi et minuendi, etc. (28 April, 1310); 50.—This Entry was cancelled —"va . . . cat,"—and the following note added,—"*Est infra, sub eadem data, in penultimo folio quaterni sequentis.*"

II. —Vicarius. . . et successores ejusdem. . . habeant totum Sanctuarium . . cum manso in eodem Sanctuario situato, excepta una acra terre clausa, que jacet in Boriali parte predictorum mansorum (*sic*); que, quidem, acra terre Decano et Capitulo Exoniensi, . . . remaneat, pro grangiis et aliis domibus, eisdem necessariis, construendis et edificandis, cum ipsis placuerit, in eadem. Habeant, eciam, et percipiant idem Vicarius et sui successores. . . totum altillagium dicte Ecclesie in omnibus porcionibus, in quo decimam cujuscumque culture in ortis nunc existentibus cum vanga excultis et excolendis, una cum feno tocius Parochie, volumus comprehendi; dicta acra terre, et decimis garbarum cujuscumque generis bladi ubicumque in dicta Parochia excultarum—exceptis excultis in ortis, ut premittitur, et excolendis—dumtaxat remanentibus Decano et Capitulo antedictis. Volumus eciam, et ordinamus quod idem Vicarius et sui successores habeant et percipiant, singulis annis, duas marcas annue pensionis a Scaccario Beati Petri Exoniensis in augmentacionem Vicarie antedicte, et agnoscant omnia et singula onera ordinaria dicte Ecclesie: sustinebunt, eciam, Libros, Vestimenta, et cetera Ornamenta ipsius Ecclesie ad Rectoriam spectancia; necnon vitrum fenestrarum ipsius Cancelli et cooperturam ejusdem, suis sumptibus, postquam hec per Executores bone memorie Domini Thome, dudum Exoniensis Episcopi, proximi Predecessoris nostri, semel competenter reparata fuerint et correcta; onera, vero, extraordinaria omnia et singula, eidem Ecclesie imposita et imponenda, sustineant et agnoscant Decanus et Capitulum antedicti; salva nobis et Successoribus nostris potestate dictam Vicariam augmentandi et minuendi, etc. (28 April, 1310); 69b.

St. Neot; *See* "Dedications"; 161b.

Sir Philip, the Vicar, being very infirm, the Bishop appointed Sir Ralph de Rodeyn (*or* Redeyn), chaplain, to be his coadjutor (28 Feb., 1313-14); 83.

Ordinacio super sustentacione Vicarii Sancti Nioti: —

Apud Sanctum Germanum, die Lune proxima post Festum Sancti Edmundi Archiepiscopi [18 Nov., 1314], Episcopus remisit Domino Radulpho Retyn, presbitero, custodi seu coajutori (*sic*) deputato per eundem Episcopum Domino Philippo, Perpetuo Vicario Ecclesie Sancti Nioti in Cornubia, lepre morbo laboranti, onus calculandi super administracione sua in dicta Custodia. Et dabit statim idem Dominus Radulphus ad elemosinam dicti Episcopi viginti solidos, et singulis annis, durante dicta Custodia, viginti solidos, solvendos in Festo Nativitatis Sancti Johannis Baptiste; primo termino solucionis viginti solidorum annuorum predictorum incipiente in Festo Nativitatis Beati Johannis Baptiste proximo secuturo. Et ordinavit ulterius quod, quia sine periculo idem Vicarius non potuit inter sanos ita communiter prout consuevit conversari, quod idem Vicarius habeat meliorem cameram, cum domibus adherentibus eidem, excepta aula, ad inhabitandum, comedendum, et bibendum; et quod obturetur hostium inter predictam cameram et aulam, et fiat hostium de novo ad predictam cameram exterius, in loco competenti, per quod idem Vicarius, cum opus fuerit, egressum habeat et ingressum; et cloaca, similiter, ad dictam cameram, in loco competenti. Item, quod prefatus Dominus Radulphus solvat dicto Vicario, singulis septimanis, pro sustentacione sua in cibis, potibus, et calceatura, et ceteris minutis necessariis, duos solidos sterlingorum; et singulis [annis], in Festo Sancti Michaelis in Septembri, vel circiter, viginti solidos pro roba sua; quodque sustineat domos dicte Vicarie, tam illos quas inhabitat dictus Vicarius quam ceteras domos omnes dicte Vicarie; et omnia onera ad dictam Vicariam spectancia interim subeat et agnoscat. Et super dicta Ordinacione habuit Literas tantum; 89b.

St. Newlyn,—

—Commission, directed (13 June, 1310) to the Dean of St. Crantock, to receive the confessions of certain debtors there, who had kept back from Roger de Otery, Chancellor of Exeter, certain portions of the revenues of the Rectory of St. Newlyn (appropriated to the Chancellorship); and to take such steps as might be necessary; 52b.—*See* Cargaul; 117.

St. Paul (*hodie* "Paul," near Penzance),—

In Ecclesia Beati Thome Martiris de Glasney, xxij die mensis Augusti, Frater Ricardus de Gloucestre, Procurator Abbatis et Conventus de Hailis, Ecclesiam Sancti Pauli in Cornubia optinencium in proprios usus, nomine Dominorum suorum predictorum et Parochianorum dicte Ecclesie, ad ipsorum excusacionem supplicavit Episcopo, tunc presenti, quod placeret eidem ad dictam Ecclesiam declinare, ut quatuor Altaria de novo facta in eadem consecraret; eodem Episcopo respondente quod ad id tunc non vacabat eidem, set eosdem Abbatem et Conventum, ac eciam Parochianos, usque ad proximum adventum suum ad Partes Cornubie, habuit super hoc, ut dicebat, ut tunc, pro legitime excusatis; 108.

—Licence granted to the Abbat and Convent of Hayles, to put this Benefice ["Sancti Pauli in Penwithe," MS.], out to farm from Michaelmas, 1317, for one year (1 Aug., 1317); 120b: again, for two years from Michaelmas, to Richard de Trewarveneth, clerk (3 Aug., 1320); 150b.

St. Perran-Uthno (*see* page 10) [Udno parva, MS.],—

Robert Bythewalle, R,—Dispensation: non-residence for two years, to study, etc. (11 Feb., 1308-9); 38. He put the Benefice out to farm, for three years from 12 Feb., 1308-9), to Sir Thomas de Stapeldone, for 17 marks a year, to be paid in equal portions on the Feasts of the Purification, the Exaltation of the Holy Cross, and S. Peter and S. Paul; the said Thomas to sustain all ordinary, and the Rector all extraordinary burdens, and to keep up the buildings; *ibid.*—Sir Adam, priest, R.,—"Licencia standi in obsequiis Domini Johannis de Carmynou, Militis," for the year ending Michaelmas, 1321 (9 Sept., 1320); 151.

St. Perran-Zabulo [Sancti Pyrani, MS.],—

The Bishop grants Sequestration to Sir Wm, de Mileborne, R. of Larihorn (St. Ruan-Lanyhorne), 1 Aug., 1309; 42b.

William de Tresimpel, the V., being very old and infirm, the Bishop appointed Sir Wm. de Trewowen, priest, his coadjutor (5 Feb., 1309-10).—"Et memorandum quod Dominus Willelmus de Milleborne, Rector Ecclesie de Larihorn, manucepit coram Domino pro dicto Domino Willelmo de Trewrowen (*sic*) quod diligenter et fideliter faciet omnia et singula etc.; 47.—Again, Michael de Trewroneck, priest, was appointed his coadjutor, "interdicta eidem Willelmo administracione omninoda bonorum ad eandem Vicariam pertinencium, ita quod predictus Michael inveniat eidem Willelmo, citra Festum Sancti Michaelis proximo futurum, singulis septimanis, singulos decem et octo denarios, et post dictum Festum, singulis septimanis, duos solidos eidem inveniat pro sui sustentacione, et de residuo hospitalitatem teneat, et omnia onera . . . . persolvat" (13 August, 1310); 54.

St. Probus,—

Commission directed to the Dean of "Powderchire" and the V. of St. Probus,—for the Sequestration of the revenues of (the Precentor of Exeter, as) R. of St. Probus and of all the Canons there; the accounts to be sent to the Bishop (11 March, 1308-9); 38b.

—*Taxacio Vicarie Sancti Probi*:—

The Bishop had officially visited this Collegiate Church (which was also Parochial), and had found that not only was the Vicarage "non taxata in certis porcionibus," but that so large a proportion of the revenues was absorbed by the Canons that an altogether insufficient sum remained for the sustentation of the Vicar. Accordingly, he cited the Treasurer of Exeter, the Canons holding Prebends in St. Probus, and all others concerned in the matter, and proceeded to the

Taxation of the Vicarage; ordaining—"quod Vicarius qui nunc est, et ejus successores, nomine Vicarie predicte, habeant totum mansum quod idem Vicarius nunc inhabitat, cum tota terra, quam similiter nunc occupat, ad idem pertinente; quod mansum et que terra ad Prebendam quam Martinus de Suttone in predicta Ecclesia optinet antea pertinebant. Habeant, eciam, omnes minutas decimas et totum altilagium Ecclesie supradicte et Capellarum ejusdem. Item, habeant a Willelmo de Harpedene, Canonico in eadem Ecclesia prebendato, et ejus successoribus predictam Prebendam optinentibus, annuam Pensionem dimidie marce tantummodo, singulis annis, in Festo Sancti Michaelis persolvendam. Cetera, autem, in quibuscumque bonis, juribus, seu rebus pertinentibus, divisim ad Canonias et Prebendas seu quecumque Beneficia ipsius Ecclesie consistant ipsis Canonicis, Prebendariis, et Beneficiatis; illis duntaxat exceptis que superius predicto Vicario parcialiter sunt assignata per omnia semper salvis. Solvant, autem, iidem Vicarii Martino de Suttone, Canonico in eadem Ecclesia prebendato, et ejus successoribus predictam Prebendam optinentibus, singulis annis, in Festo Sancti Michaelis, decem solidos annue Pensionis. Item, predicti Vicarii, suis sumptibus, agnoscant omnia onera ordinaria ejusdem Ecclesie et Capellarum ejusdem, ad Rectoriam et Vicariam de jure vel consuetudine pertinencia, tam in Libris, Ornamentis Cancelli, Procuracionibus Archidiaconorum, et aliis hujusmodi oneribus universis; hoc excepto, quod Procuracionem Episcopi Exoniensis, vel alterius Superioris, predictam Ecclesiam seu Collegium ejusdem visitantis, non persolvant, nec quicquam contribuant ad eandem. Extraordinaria, vero, a predictis Thesaurario, Canonicis, et Vicario, secundum Taxacionem singularum Porcionum prius inde factam, persolvantur; ita, videlicet, quod quilibet solvat pro Porcione sua secundum eandem Taxacionem quam per presentem Ordinacionem et Taxacionem Vicarie diminui nolumus vel augeri. Salva nobis et successoribus nostris potestate dictam Vicariam augmentandi, etc.—("die Lune proxima ante Festum Sancti Marce," Evangeliste, videlicet octavo Kalendas Maii,"—24 April, 1312); 74b.

—*See* Bisiman, William de; 43b: *also*, St. Kea; 55, 56.

St. Ruan-Lanyhorne [Larihorn, MS.],—

William de Mileborne, R.,—Licence of non-residence, for a year, to study, etc. —"duodecimo Kalendas Maii,"—(20 April), 1310; 49b.—Master Henry Bloyou, R.,—Commissioned to deal with all Causes in the Consistory Court, in the absence of the Official-Principal (20 Sept., 1320); 151b.

St. Stephen's-by-Saltash ["Ecclesia de Esse, in Cornubia],"—

Peter de Skeltone, R.,—Licence of non-residence till Pentecost [18 May, 1310], to study, etc. (29 Dec., 1309); 45b: again, "Licencia commorandi in Scolis per biennium, in Partibus transmarinis, vel in Anglia, prout elegerit; ita, tamen, quod singulis hujusmodi annis, si in Anglia fuerit, saltim semel in Adventu predictam Ecclesiam suam visitet, et per totam Quadragesimam residenciam in eadem faciat personalem" (12 Oct., 1315); 110b.—Roger Daudele, R.,—Licence of non-residence till Midsummer, 1323 (9 April, 1322),—"dabit xl solidos," 167b.—Renewed, for two years (22 Aug.), and extended to three years (21 Dec.); 168.

St. Stephen's in Brannel,—

Thomas de Branel, R., accolite (22 Feb., 1308-9; 220),—Licence of non-residence for two years, to study, etc. (24 Oct., 1308); 36: again (subdeacon), till Michaelmas, "ut insistere valeat studio literarum" (10 May, 1310); 51: again, from Michaelmas, 1310, to Michaelmas, 1311 (6 Aug., 1310); 53b: again, till Michaelmas (30 Nov., 1311); 66b: again, [Sancti Stephani in Poudere (*margin*, in Branel), MS.], for a year, "ex causis certis et legitimis," and it is added that "super hoc non habuit Literas, et ex hoc, et ut Dominus dimittat in pace eundem super hiis que contra eum ex Officio suo inchoavit, prout patet in Rotulo Placitorum de Cornubia, respiciet clemenciam Domini" (3 Nov., 1321),—"x marcas"; 162: again, till Easter (27 March), and for three years afterwards (granted at Chudleigh 2 Feb., 1322-3; received, 8 March, at Crediton),—"et [Dominus] fecit finem super hoc, per Dominos Johannem de Treiagu et Johannem de Carminou,

pro vj libris; solvendis—xl solidos in Festo Beati Michaelis, xl solidos in Festo Paschę, et residuos xl solidos in proximo tunc Festo Michaelis"; 172.

St. Stythians,—

Sir Roger de Carminou, R.,—Commission, directed to John de Godrevi, R. of St. Perran-Uthno (13 Oct., 1317).—For two years, or more, Carminou had been, "propter ipsius manifestam offensam, ad instanciam Minou et Ricardi, fratrum suorum, dudum contractam, Majoris Excommunicacionis Sentencia innodatus; [cumque] sint illi merito fructus Ecclesiastici subtrahendi cui Ecclesie Communio denegatur, nosque prefato Domino Rogero fructus hujusmodi subtraximus per Decretum, etc." The Custody was given to Godrevi, and the Rector was forbidden to interfere; 123.

St. Vepe,—

Commission, directed to Roger de Otery, as to the deprivation of Thomas de Euty, "qui se dicit Vicarium esse Sancti Vepi" (10 Aug., 1308); 35.

St. Wendron,—

Master Ralph, V.,—Licence to farm the revenues of the Rectory for five years, the Abbat and Convent of Rewley ["Regalis Loci juxta Oxoniam," MS.] consenting (14 May, 1324); 180.

Sake, Henry, R. of St. Mary-Arches, Exeter; 161.

Salcombe-Regis, *see* Branscombe (*Inst.*), 126[b].

[*Visitations,*—

I.—(On the day after the first Visitation of Branscombe, and by the same Visitors), "Die Mercurii sequente," i.e. 12 July, 1301,—

Defectus Librorum Matutinalium de novo suppletur per Capitulum, qui contulerunt nuper Ecclesie unum bonum Portiforium. Et est ibi quoddam novum Psalterium per se. Antiphonarium vetus et putrefactum —et Legenda similiter— penitus dilaniatum per necligenciam Vicarii, qui eos in loco humido jacere permisit. Duo Calices sufficientes. Tria paria Vestimentorum plenaria. Tria paria Corporalium, cum suis repositoriis. j superpellicium cum rocheto sufficiente. Crismatorium cum sera. Ymago Beate Virginis, de cujus nomine est Ecclesia, vetustate mutillata (*sic*) et insufficiens. Missale bonum, cum nota. Unum Gradale, novum et bonum, cum Tropario et Processionali in eodem. Vexillum novum et honestum. Aliud vetus et abjectum. Crux Processionalis sufficiens. Cancellum discoopertum; set est in cooperiendo. Celatura ultra Majus Altare corrigenda. Pixis ad Eukaristiam de cupro, sine sera. Duo fiole sufficientes.

Parochiani dicunt quod Robertus, Vicarius, competenter facit ea que ad Divinum spectant Officium. De aliis Articulis nichil deponunt, quia nichil sciunt, ut dicunt.

Jurati,—Johannes le Kynge, Reginaldus Haueke, Willelmus de Hyndeburghe, Petrus Sanguyn, Robertus de la Slade, Willelmus Machoun, Willelmus le Messer, et Willelmus Hamelyn, jurati, dicunt—quod Magister Petrus, nunc Firmarius ipsorum, bene manutenet eos et defendit, nec est eis injuriosus in aliquo. Et dicunt quod sunt in Manerio predicto de redditu assiso xv*li.* ix*s.* Valorem Dominici nesciunt estimare, nec perquisitum Curie seu Capituli. Molendinum est in fieri novum; et valet per annum iiij marcas. Item, dicunt quod presens Firmarius nichil recepit a predecessore suo pro defectibus subplendis. Et quod recepit omnes domus de Chevilstone debiles; set modo omnes corruerunt, vel sunt in corruendo, et possunt reparari per iiij marcas. Dicunt, eciam, quod una bona grangia, cum alia magna domo, ibi sufficeret. Reparacionem stabuli prostrati apud Saltecumbe estimant ad xl*s.*; coquine, iij*s.*, warderobe, xij*d.* Item, dicunt quod Firmarius melioravit Manerium in domibus apud Donscumbe de novo constructis, clausis factis, et alias, ad valenciam xxv marcarum; et nichilominus estimantur defectus domorum de Donscumbe, nunc apparentes, ad xl*s.* Preterea, dicunt quod servicia ipsorum quedam, et pro majori parte, extenduntur in redditum; et alia faciunt sicut ab antiquo facere consueverunt.—*Archives of the D. & C., No.* 3673, *page* 35.

II.—*Visitacio apud Saltcumbe, post mortem Petri de Insula,*—"facta die Lune

proxima post Festum Sancti Mathie, Apostoli, Anno Domini, M° CCC° secundo [25 Feb., 1302-3], per Magistros Johannem de Upavene et Robertum de Veteri Terra, Senescallos Scaccarii Beati Petri Exoniensis.

In presencia quorum Adam de la Knolle, Petrus Sanguyn, Reginaldus Hauek, Willelmus Hayward, Willelmus Hamelyn, Willelmus Machun, Robertus Genever, Willelmus Hyndeburghe, Thomas Athelard, Ricardus Faber, Johannes le Hopere, Henricus de Hilleweye, Ricardus de Hilleweye, Johannes de la Knolle, et Johannes de la Burghe, jurati, dicunt quod defectus molendini potest repparari per centum solidos; et illi defectus contigerunt tempore Magistri Petri. Defectus grangie decimalis, juxta dictum molendinum, potest repparari per xx*s.*; et hoc ut prius. Et dicta grangia potest erigi sufficienter per quinque marcas. Item, columbare per x*s.*, tempore Petri Firmarii. Bercaria de Saltcumbe per x*s.* Vivaria et fosseta possunt mundari eciam et repparari per x*s.* Defectus Aule, camere, warderobe, et celarii, cum omnibus infra contentis, possunt repparari per lx*s.* Defectus coquine per xx*s.* Stabulum quod Dominus Firmarius ibidem invenit vix valuit xl*s.*; quod corruit tempore suo, et potest erigi competens ad Manerium per C*s.* Gardinum deterioratur per ventum, tempore Petri Firmarii, per xx*s.* Item, dicunt quod apud Donescumbe magna grangia in nullo deterioratur tempore dicti Firmarii; verumtamen defectiva est ad estimacionem v marcarum. Item, dicunt quod grangia decime deterioratur, tempore suo, ad estimacionem xl*s.*, et potest repparari sufficienter per x*li.*; quia oportet de novo repparari. Hostium boverie potest reparari per xij*d.* Domus ad plaustra deterioratur tempore predicti Firmarii per v*s.*, et potest fieri sufficienter per xl*s.* Dicunt, eciam, quod erexit ibidem novum stabulum juxta portam, et bonam portam; Aulam, cum camera, et granarium, cum warderoba; boveriam cum stabulo, et bercariam. Item, dicunt quod apud Chevelistone fuit quedam domus, que corruit tempore predicti Firmarii, et potest reparari eque bona per xl*s.* Item, est ibi alia domus, que deterioratur ad xx*s.*, et potest fieri sufficienter per xl*s.* Hostia boverie possunt reparari per iij*s.* Grangia deterioratur tempore predicti Firmarii ad xx*s.*, et potest fieri sufficienter ad illum locum per x marcas. Item, dicunt quod apud Suetecumbe fuit una domus, que corruit tempore predicti Firmarii, et hoc de consensu Decani et Capituli, qui non curarunt de ea quia non fuit necessaria, pro eo quod domus de Chevelistone sufficiunt modo, quas tunc temporis non habuerunt. Poterit, tamen, erigi consimilis per xl*s.* Dicunt, eciam, quod apud Chevelistone erexit medietatem unius boverie, loco veteris que corruit. Item, est ibi quedam Capella pertinens ad Ecclesiam de Sydebyri discooperta; set ad quem spectat repparacio ejusdem ignoratur. Postea, de consensu Decani et Capituli, inter Firmarium de Saltcumbe et Executores Magistri Petri de Insula convenit quod dictus Firmarius habeat a dictis Executoribus de bonis defuncti tantummodo viginti unam libras sterlingorum pro repparacione defectuum ibidem, et quod illam peccuniam tantummodo in repparacione defectuum predictorum convertere teneatur.

Summa defectuum qui contigerunt suo tempore in singulis locis, preter Suetecumbe —xxj*li.*—Summa defectuum ad sufficienter repparandum in singulis locis—xxxiiij*li.* vj*s.* viij*d.*—*ibid., page* 40.

III.—*Visitacio Ecclesie de Salcumbe*, facta per Magistros R. Germeyn et J. de Upavene, die Veneris proxima ante Festum Sancte Trinitatis [19 May], Anno Domini M° CCC^mo^ septimo,—

Pixis ad Eukaristiam de cupro, et sine serura. Celatura deficiens super Majus Altare. Crismatorium male depictum, sine serura. Duo Calices quorum pedes loccant. j par Vestimentorum valde debile; et defficit (*sic*) unum par Vestimentorum de proxima Visitacione. Unum superpellicium tantum cum rocheto integro; et deficit unum superpellicium de proxima Visitacione. Missale bonum, set male ligatum in principio. Duo Vexilla bona. Gradale bonum. Cancellus male coopertus. Manuale penitus insufficiens. Ordinale nullum. Una fenestra vitrea fracta in Cancello. Unum Psalterium tantum, male ligatum. Baptisterium male lotum. Una Capella Beate Marie Magdalene discooperta, in parte Occidentali Ecclesie, per prostracionem unius fraxis. Velum Nupciale deficit. Frontella deficiunt. Manutergia deficiunt. Nullus est ciphus infirmorum.

Adam Attaknolle, Petrus Sangun, Thomas Michel, Willelmus le Hayward, Willelmus Hamelyn, Robertus Genever, Willelmus Hyndeburghe, Thomas Hailard, Galfridus Gybbe, Ricardus Faber, Henricus Hyldeweye, Ricardus de Hyldeweye, Johannes de la Knolle, et Johannes de la Burghe, Parochiani, jurati dicunt,—

Ad primum Articulum—quod Vicarius bene instruit eos, et festinanter visitat infirmos.

Ad secundum Articulum dicunt—quod Dominus bene tenet eos, et non est eis injuriosus, gravando eos injuste; et bene defendit eos. Item, de redditu—in eodem statu tenet sicut invenit; de consuetudinibus antiquis—nichil, de novo impositis lege. Dicunt quod omnes prepositi solebant habere prandium a Festo Sancti Petri ad Vincula usque ad Festum Sancti Michaelis, et modo deficiunt, pro tempore nunc Firmarii tantum. De terra alienata—nichil. De servis libertati donatis—nichil. De dominico meliorato, vel non—dicunt quod, in iij acris terre marliatis, unam virgam et dimidiam virgam, xxxv*s*. ix*d*. De gardinis sive pomeriis, piscariis, pratis, columbariis, claustris sive clausis, et molendinis, dicunt quod nullum inveniunt defectum per Firmarium, nisi per ventum. De averagio—nichil. De instauro recep[t]o—nichil debet remanere.

Emendacio defectuum apud Salcumbe, per Magistrum Walterum de Stapeldone,—Inprimis, per Thomam Michel, Anno E[dwardi I] xxxj°,—In uno molendino de novo facto viij*li*. xviij*s*. iiij*d*.—Item, per Robertum Genever, prepositum ibidem anno sequenti, in custu domorum x*s*. v*d*. *ob*.—Item, per eundem, in novo stabulo, cum cariacione meremii et furagio ad cooperturam, cum porta, liij*s*. iiij*d*. Item, per Galfridum Gibbe, prepositum ibidem anno sequenti, in edificiis emendendis (*sic*) et in fossatis reparandis, de defectibus Petri de Insula, xxv*s*. v*d*. *ob*. *quad*.—Item, per eundem, in nova grangia de Chevelistone, viij*li*. ij*s*. viij*d*. *ob*. *quad*., sine cariacione calcis et tocius meremii ad estimacionem xl*s*.—Item, per Thomam eundem, ad perficiendum dictam grangiam lxv*s*. x*d*.—Item, per eundem, ad faciendum quendam novum parcum apud Chevelystone, liij*s*. iiij*d*.—Item, in bordis, emptis per Dominum, et missis apud Salcumbe, ad reparacionem ostiorum grangiarum et aliarum domorum, cum custu cariagii, per estimacionem xl*s*. Item, in emendacione Cancelli, iiij*li*. xviij*s*. viij*d*. Et pro cariagio petrarum et calcis x*s*.—Item, pro emendacione domorum, et molendinorum, et clausorum anni presentis xxxj*s*. vj*d*. *ob*. Et dicunt quod nullum erit proficuum Firmario de vivario perficiendo.—Qui dicunt quod nullus est defectus, ad presens, pertinens ad reparacionem Firmarii; et dicunt quod Magister Walterus, nunc Firmarius, postquam firmam recepit ibidem, et post ultimam Visitacionem, expendidit (*sic*) in repparacionem defectuum, qui fuerunt ibidem tempore quo firmam recepit, tam in domibus quam in aliis, per manus diversorum prepositorum xxxviij*li*. x*s*. viij*d*. *ob*. *quad*. Et dicunt quod non est ad utilitatem Manerii quod reparetur vivarium antiquum.—*Ibid.*, *page* 48.]

Saltcumbe, Martin de, inst. to Shebbear; 41.

Saliciis, Boneface de; L 214.

Salisbury, the D. and C. of; Patrons of Kenton; 151[b]: of West Alvington; 169.

Sampford-Courtenay,—

Sir Reymund de Sully, R.,—Licence of non-residence till Michaelmas, 1312, to study, etc. (19 Oct., 1311); 64[b]: renewed for two years ("sexto Kalendas Aprilis"—27 March, 1312); 69[b]: again, "Licencia ut ab instanti Festo Sancti Michaelis proximo secuturo stare possit cum Domina, matre sua, quamdiu eidem Domino placuerit, absque personali Residencia in Ecclesia sua facienda; ita quod, interim, singulis annis solvat xx solidos in Fabricam Ecclesie Exoniensis, pro disposicione ejusdem Domini convertendam (*sic*); quodque pauperibus parochianis dicte Ecclesie, pro tempore hujusmodi sue absencie, competentem assignet et solvat de bonis ipsius Ecclesie porcionem" (18 Sept., 1319); 142[b].

Sampford-Peverell,—

Nicholas de Esse, R.,—Dispensation: non-residence for a year, to study, etc. (8 July, 1324); he was to take subdeacon's Orders within the year; 180[b].—*See* "Dedications"; 126[b].

Sancta Elena, Wm. de, *see* "Wills"—Quivil; L 200.

Sancta Margareta, Richard de, collated (*by lapse*) to a Portion in St. Endellion; 71. *See* St. Endellion (*Inst.*); 84, 113[b].

Sancta Margareta, Walter de, Canon-Regular of Bodmin; 71.

Sancti Kaveriani, Isabella, *see* St. Colan; 83[b].

Sancto Albano, Elias de, *see* Bradninch; 36, 39[b], 56[b].

Sancto Amando, John de, *see* Dittisham; 115.

Sancto Claro, Egidia de, *see* Little Torrington (*Inst.*); 71[b].

Sancto Constantino, Roger de, R. of Silverton; 43[b], 62[b], 128[b]: deceased; 169.—*See* L 201, 214, 214[b].

Sancto Cuthberto, Roger de, Canon-Regular of Bodmin; 71.

Sancto Edwardo, John de, "Custos" of (French) Alien Priories in Cornwall; L 204[b].

Sancto Genesio, Robert and Symon de, *see* Otterham *and* Washford-Pyne (*Inst.*).

Sancto Germano, Henry de, inst. to Meshaw; 110, 123.

Sancto Germano, Walter de, inst. to St. Minver; 130.

Sancto Hermete, Martin de, inst. to Sheldon; 152[b].

Sancto Johanne, Edw. de, inst. to Tawstock; 63[b]: resigns; 82.

Sancto Johanne, Henry de, inst. to Doddiscombsleigh; 45[b]: deceased; 56.

Sancto Karentoko, Philip de, inst. to St. Sancreed; 70.

Sancto Laurencio, Bartholomew de (Archdeacon of Exeter, and R. of Exminster—*see* L 197[b]), collated to the Deanery of Exeter; 61[b]: presents to Bishop's Tawton; 129[b]: to Braunton; 146[b].—*See* Powderham; 115[b].

Sancto Laurencio, Bartholomew de [jun.], inst. to Meeth; 79[b], 81[b], 100[b], 116[b], 124: resigns; 147: is inst. to Braunton; 146[b].

Sancto Leonardo, Richard de, inst. to Woolfardisworthy (R.); 57, 60[b], 69[b], 76[b].

Sancto Leonardo, Walter de, R. of St. Olave's, Exeter; 145[b].

Sancto Martino, Richard de, inst. to Little Hempston; 150[b]: deceased; 174.

Sancto Mauro, Sir Nicholas de, Knt., presents to Black Torrington; 110.

Sancto Stephano, William de, *see* Dean-Prior; 28[c].

Sancto Uvelo, John de, *see* Launceston Priory; 37.

Sancto Winnoco, Joan de, co-patron of Menhenyot; 123[b].

Sancto Wynnoco, Philip de, V. of St. Sancreed, deceased; 105.

Sandale, John de [afterwards Bishop of Winchester], collated to a Prebend in St. Crantock; 102[b], 103, 104[b]: Chancellor of England; L 207[b].

Sanghefele, John de, clerk; L 209b.

Sauser, Robert le; L 188, etc.—*Also*, Robert, son of Peter le Sauser, of Berkhampstead; L 190b, etc.

Scharstede, Bricius de, *see* Rome, Court of; 151.

Scheptone, Gilbert de; L 191.

Schillonde, Rd. de, collated to Farringdon (V.); 83b: resigns; and is inst. to Sheldon; 131: resigns Sheldon; 152b. *See* Ashreigney; 50.

Schillynforde, Philip de, inst. to Instow; 44b.

Schillyngford, Robert de, R. of Dunchideock; 35b: R. of Forrabury (*Ord.*) 240b.

Schillyngford, William de—called, also, "de Stonhouse," *see* Forrabury and Dunchideock (*Inst.*).

Schillingham (in St. Stephen's-by-Saltash), *see* Ferrariis, Wm. de, "Oratories"; 127b.

Schireford, John de, inst. to Meavy; 163b.

Schireforde, Matthew de, inst. to Upton-Hellions; 56b, 64b: resigns, 112b.

Scilly, the Isles of,—

—"Eisdem die et loco ["apud Parcum de Lanerghe," 19 Aug., 1315], emanavit quedam Citacio Priori Insule de Sully, ad citandum quendam Dominum Petrum, dictum Visconte, capellanum, apud Exoniam, ad proximum Diem Juridicum post Festum Sancti Luce Evangeliste, responsurum super eo quod diu tenuit, et adhuc tenet, in fornicacionis amplexu quandam Mabillam de Marghasiou—ad correccionem anime sue"; 107b.

—*Commissio pro Incarcerato petendo,*—

Master William de la Were, appointed by the Bishop (24 Feb., 1316-17), "ad petendum et recipiendum, nomine nostro, a Venerabili et Discreto Viro, Domino Ranulpho de Albo Monasterio, Milite, et Domino Insule de Sully, nostre Diocesis, et ab aliis quibuscumque ipsius Domini Ranulphi Senescallis, Ballivis, et Ministris aliis, in hac parte per ipsum deputatis seu deputandis, Johannem de Were, clericum nostrum in dicta Insula, pro quibuscumque homicidiis, robberiis, seu feloniis aliis, ut dicitur, indictatum, et propter hoc captum, et in dicta Insula sub dominio et potestate prefati Domini Ranulphi imprisonatum, et ad omnia alia et singula cum Canonice cohercionis potestate debite faciendum que in hac parte necessaria [sint] vel eciam oportuna. Ratum habituri et firmum quicquid, etc.; 117b.

—MEMORANDUM quod Johannes de Were liberatus extiterat Magistro Willelmo de la Were, Commissario Venerabilis Patris, Domini Walteri, Dei gracia Exoniensis Episcopi, die Martis proxima post Festum Apostolorum Petri et Pauli (5 July) Anno Domini Mo CCCo xvij, ad petendum et recipiendum eundem Johannem per Dominum Michaelem Petit, Militem, Senescallum Venerabilis Viri, Domini Ranulphi de Albo Monasterio, Militis, Domini Insule de Sully, ad prisonam dicti Patris, pro eo quod idem Johannes cofferam Roberti de Henkastel fregit, et xl marcas felonice asportavit, ut est indictatum.—In cujus rei testimonium sigillum dicti Domini Ranulphi presenti Cedule est appensum.—Datum in Castro de Sulli, die et anno supradictis; 122.

Scot (*alias* Schorham), William le, priest, *see* Bosham; 157.

Scothowe, Wm. de, *see* St. Stephen's-in-Brannel (*Inst.*); 117b.

Scotland; Documents relating to the War,—

Breve de decima concessa Regi per Clerum Cantuariensis Provincie :—

Edwardus, etc., Waltero, etc., salutem.—Notificato vobis, et aliis Regni nostri Fidelibus, ad Parliamentum nostrum apud Westmonasterium in Octabis Sancti Hillarii proximo preteritis, qualiter Scoti nostri rebelles, in sua inveterata persistendo nequicia, post terras nostras et nostrorum Fidelium in dicta Terra Scocie et Marchia ejusdem nequiter occupatas, partes dicti Regni nostri Anglie per depredaciones et facta alia detestanda noviter invaserunt, vos, et ceteri de Clero Cantuariensis Provincie, necessitatis articulum intuentes, pro defensione Ecclesie et Regni Anglie et repulsione dictorum rebellium, decimam proventuum et Beneficiorum vestrorum, anno presenti, curialiter concessistis, quod vos non ambigimus non latere. Verum, cum super solucione decime antedicte, unde una medietas in crastino Invencionis Sancte Crucis proximo preterito [4 May], solvi debuerat, per diversa Mandata nostra, tam sub Magno quam sub Privato Sigillis nostris, vos fecerimus excitari, et vos inde, ac si de nostro et Regni nostri dispendio modicum curaretis, tepide execucionem fecistis, cum de medietate predicta adhuc magna pars aretro existat, in admiracionem inducimur vehementem; presertim cum ad hoc fidelitatis instinctus quo cuncti incole dicti Regni pro defensione ejusdem vires adhibere tenentur, vos reddidisse debuerat promptiores. Quapropter, cum dicti rebelles novissime, diebus istis, execrabiliter et lacius solito sue malignitatis brachia extendentes, jam partes interiores Anglie diversa perpetrando facinora sint ingressi, ac nos, pro repulsione eorum, quosdam de Magnatibus et Milites alios de nostris Fidelibus jam ad dictas partes miserimus, expedicioque tanti negocii expensas requirat necessario sumptuosas, vobis in fide et dileccione quibus nobis et Regali Corone nostre tenemini rogando mandavimus quod quicquid levatum est de dicta decima, et quicquid poterit inde levari, preter illud quod inde retinendum fuerit de solucione ultimi Termini, pro mutuo per vos et Capitulum Ecclesie vestre alias nobis facto, habeatis ad Scaccarium predictum apud Westmonasterium in crastino Sancti Laurencii [11 Aug.] proximo futuro nobis solvendum, ut vestra diligencia in hac parte nos inserveat (*sic*) et inducat in vestris agendis temporibus oportunis Regium adhibere favorem. Et, si super premissis difficultatis alicujus obstaculum, quod nollemus, apponi contigerit, volumus et vobis firmiter injungendo mandamus quod sitis ibidem ad eundem diem coram Consilio nostro, vestrum exhibituri consilium quid super defensione dictarum Parcium et ceterarum dicti Regni consultius sit agendum. Et habeatis ibidem tunc hoc Breve. Teste meipso, apud Westmonasterium, xiij die Julii, Anno Regni nostri nono [1315].

Istud Breve sic fuit retornatum et missum Returnum per Johannem de Lancevetone:—Istud Breve ad nos tam tarde venit quod venire non potuimus ad diem in eodem contentum. Et, quia valde modicam vel fere nullam peccuniam invenimus esse collectam de decima, in recepcione hujus Brevis, ultra id quod alias solutum est, nullam peccuniam de eadem decima mittimus ista vice. Set circa levacionem et colleccionem hujusmodi decime omnem quam potuerimus diligenciam adhibebimus, et quam cito aliquid de eadem levari potuerit in aliqua summa notabili, illud ex tunc celerius quo poterimus ad Scaccarium apud Westmonasterium transmittemus; 107.

---

fol. 131b. *Processus Dominorum Cardinalium contra Robertum de Brus et ejus complices, habitus apud Doveriam,*—

Miseracione Divina Gaucelinus, Titulo Sanctorum Marcellini et Petri, Presbiter, et Lucas, Sancte Marie in Via Lata, Diaconus, Cardinales, Apostolice Sedis Nuncii, Venerabilibus Patribus—Cantuariensi, Eboracensi, Dublinensi, Armachanensi, Cassellensi, et Tuamensi—Archiepiscopis, et aliis eorumdem Archiepiscoporum Suffraganeis, necnon et ceteris omnibus et singulis Episcopis Electis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Prepositis, Archidiaconis, Archipresbiteris, et quibuscumque aliis Ecclesiarum Prelatis et Rectoribus, ac Ecclesiasticis Personis Secularibus et Regularibus, Cisterciensibus, Cluniacensibus, Cartusiensibus, Premonstratensibus, Sanctorum Benedicti et Augustini, Camaldulensibus, et Sancti Guillelmi, et aliorum quorumcumque non mendicancium et mendicancium Ordinum, et aliis quibuscumque personis tam per Regna Anglie et Scotie quam

terras Hibernie et Wallie, et quecumque alia constitutis, et omnibus et singulis ad quos presentes Litere pervenerint, salutem et sinceram in Domino caritatem. —Dudum Sanctissimus Pater et Dominus noster, Dominus Johannes [XXII], digna Dei Providencia Summus Pontifex, nos ad Anglie et Scocie Regna transmittens, Literas nobis concessit Apostolicas in hac forma,—

Bulla Prima de reformanda Pace.

Johannes Episcopus, servus servorum Dei, dilectis Filiis, Gaucelino, Titulo, etc., salutem et Apostolicam Benedicciones.—Rex excelsus, Summi Regis Filius, Princeps Qui facit concordiam in sublimibus suis et arcem possidet unitatis, cum sacri venit temporis plenitudo quo dignatus est de Throno Celesti ad orbis yma descendere, et per mirabile Nativitatis Beatissime Sacramentum gentibus apparere, pacem in terra per Celestium Angelorum exercitum, gloriose pacis canticum concinentem, bone voluntatis hominibus nunciavit, et demum regressurus ad Patrem, Pacis bonum quod super omne diligebat, tanquam donum gratissimum, dedit Fidelibus et reliquit, ut in Illo Qui est vere Pax nostra persisterent, Ipse dignaretur eligere in eorum cordibus mansionem. Propterea nos, qui vices Ejus in terris quamvis insufficientibus meritis excercemus, Ipsius exemplis salutaribus eruditi, cogitamus Pacis cogitaciones pro filiis, consilia Pacis casta percurrimus, Pacis dulcedinem gratanter amplectimur, et Pacis semina, sine qua bene non colitur Pacis Auctor, inter Catholicos universos, juxta debitum servitutis Apostolice, seminamus, ut ex eis grana Salutis et Glorie colligantur, multiplicatis manipulis gaudiorum, sicque dissensionum ubique turbinibus, Austro flante Celestis auxilii, profugatis, in tabernaculis fiducie sedeat et fecunde Pacis plenitudine requiescat Populus Christianus, malorum timore sublato. Set, ut Pax Dei, que superat omne sensum, Catholicorum Regum et Principum aliorumque Magnatum, flammis odiorum extinctis, corda conciliet intelligenciasque custodiat, pacet mentes, et uniat voluntates, eo desiderabilius cupimus, eoque Paterne sollicitudinis ministerium adhibemus, quo pericula graviora producet discordiarum ipsorum odiosa condicio, et quo pacifici status amena tranquillitas uberiorem affert Pacem pluribus et quietem. Hec est, etenim, mencium amena serenitas, suavis tranquillitatis animorum amoris delectabilis vinculum, et verum consorcium caritatis, quod ipsa quippe bella compescit, iras comprimit, sedat discordias, lites extinguit, rancores fugat et odia procul pellit, que consummatur a Christo cum Fidelibus excercetur. Profecto, dum antiquatam abolim inter carissimum in Christo Filium nostrum, Edwardum, Regem Anglie illustrem, et dilectum Filium, Nobilem Virum, Robertum de Brus, inpresenciarum Regnum Scocie gubernantem, et Progenitores ipsorum, dissensionis odiosam materiam in animo recensemus, qui mente revolvimus animarum deflenda pericula et dolendas Fidelium strages innumeras, qui horribile semen ejus illo Sathane flatu pestifero longe diuturnitate temporis, quo alente, produxit, quive multiplicavit dispendia facultatum et enormia frequenter Ecclesiis et Personis Ecclesiasticis intulit nocumenta, quantave pietatis opera—quod mesti referimus—impedivit, et quam dispendiosa paravit obstacula negocio Terre Sancte, et verisimiliter formidatur ne similia preparet infuturum, tanto amplius amaricamur in intimis et dolemus, tantoque acerbioris jaculo punicionis affligimur, quanto Regis et Nobilis eorundem quietem et pacem desiderabilius affectamus, et quanto frequencius circumstancias amaras discordie sepedicte, dicteque Terre Sancte insuperabiles cruciatus nobis interioris consideracionis discussio representat, vias et modos diligencius exquirentes ex quibus circa premissa, Domino dirigente, adhibere salubria remedia valeamus. Ad hec anxia Matris Ecclesie sacra precordia, que zelus vere caritatis accendit, cogitacionibus excitant, curis affluunt, meditacionibus detrahunt, hujusmodi remedia, sub spe Celestis auxilii, cui est facile, res eciam desperatas sive maluimus tarditate perficere studio diligentis solicitudinis prosequendo. Hiis, namque, tenerrimis paterne dileccionis affectus stimulis agitamur, et hiis aculeis instigatus, ut, multis quibus Rex nobilis et Regna predicta malorum incomodis pretextu memorate discordie circumdantur omnino curatis, inter eos unionis lese federa et pacis violate constancia renoventur, Regnorum ipsorum quietem populis productura. Verum, considerantes attencius quod vos bonorum omnium Largitor Altissimus multarum graciarum titulis insignivit, et de creditis vobis dono celesti virtutibus plenam in Domino fiduciam optinentes, vos, licet presencia vestra careamus, mitti ad dicta Regna et Hibernie et Wallie partes, pro Pace inter Regem et Nobilem supradictos, Deo propicio, reformanda, tamquam Pacis Angelos et fervidos concordie zelatores, providimus, de Fratrum
fol. 132. nostrorum consilio destinandos. Quare discrecionem vestram hortamur in

Domino, vobisque per Apostolica Scripta mandamus, quatinus vos ad Regna et Partes predicta personaliter conferatis, pro reformacione Pacis ejusdem operam efficacem, juxta datam vobis a Deo prudenciam, impensuri. Et, ut eo utilius in dicte Pacis procedere negocio valeatis quo majori fueritis auctoritate muniti, dictos Regem et Nobilem, et ipsorum quemlibet, ac gentes et exercitus eorundem, ne alter alterum, aut ipsorum aliquis alterius terras invadat, vel quoquo modo inter se congrediantur hostiliter; set pocius a quolibet hostili processu studeant abstinere. Necnon tractandi, faciendi, et reformandi perpetuam et solidam Pacem et concordiam inter eos, ipsamque per Spirituales penas et sentencias et quascumque permissiones, obligaciones, et juramentorum prestaciones firmandi, vallandi, et eciam roborandi, et disponendi omnes obligaciones, ligas, confederaciones, pacciones, et convenciones, inter quoscumque factas, eciam si juramentis essent vel promissionibus, seu penarum adjeccionibus, aut obligacionibus vel stipulacionibus quibuscumque vallate, ac obstacula et impedimenta quelibet removendi per que hujusmodi reformacio Pacis posset impediri vel quomodolibet retardari; et nichilominus juramenta in dictis obligacionibus, confederacionibus, paccionibus, et convencionibus adjecta forsitan relaxandi; statuendi quoque, ordinandi, providendi, disponendi, firmandi, et paciscendi, super hiis que circa reformacionem dicte Pacis videritis expediri; dictosque Regem et Nobilem ad observacionem Pacis ipsius per Excommunicacionis in personas, et Interdicti Sentencias in Regna et Partes predicta, provincias et terras, castra et loca ipsorum, et privacionem omnium Privilegiorum, Indulgenciarum, et Graciarum, eis, sub quacumque forma verborum, concessorum a Sede Apostolica, si et prout expedire videritis, compellendi; convocandi, eciam, ad certum locum, seu loca, quascumque Personas Ecclesiasticas vel Seculares, cujuscumque status, ordinis, dignitatis, vel condicionis existant, quas pro ejusdem Pacis negocio necessarias vel utiles aut oportunas fore noveritis; et, insuper, excercendi per vos vel alium seu alios in omnes Archiepiscopos et Episcopos, eciam si iidem Archiepiscopi vel aliquis eorundem Primacie Dignitate fulgerent seu, racione suarum Ecclesiarum, Legacionis Officii fungerentur, et in omnes alios Cathedralium et aliarum Ecclesiarum, Secularium et Regularium, Monasteriorum et Domorum, exemptorum et non eexmptorum, Prelatos, Capitula, et Conventus, et alias Personas Ecclesiasticas; necnon in omnes et singulos Duces, Principes, Marchiones, Comites, Barones, et Nobiles, Rectores, Senescallos, Justiciarios, Ballivos, Scabinos, Castellanos, Officiales, et quosvis Dominos Temporales quocumque nomine censeantur; Consilia eciam communia, Universitates ac Populos, et quascumque alias Personas Seculares, publicas et privatas, cujuscumque status, dignitatis, vel condicionis existant, qui vestris supradicte Pacis negocio parere contempserint monitis et mandatis, aut alii in negocio ipso contradictores vel impeditores aut turbatores dicte Pacis extiterint seu rebelles, publice vel occulte, Censuram Ecclesiasticam exercendi, ipsorumque terras subjiciendi Ecclesiastico Interdicto, et privandi eas omnibus Privilegiis, Indulgenciis, Graciis, Libertatibus, et Immunitatibus, realibus et personalibus, eis a dicta Sede concessis, ac feodis, juribus, jurisdiccionibus, honoribus, officiis, et quibuscumque bonis, que a Romana et quibusvis aliis tenent Ecclesiis; vassallos, subditos, et homines eorundem, ac juramento fidelitatis et quacumque obligacione quibus tenentur eisdem, absolvendi, ac reddendi eos intestabiles, ita quod nec condere testamentum nec ad cujusquam ex testamento, vel ab intestato, possint successionem admitti; ipsosque reddendi inhabiles et indignos ad honores, status, et quelibet Officia publica inposterum optinenda vel eciam excercenda; et, insuper Archiepiscopos et Episcopos antedictos ab Administracione Spiritualium et Temporalium Ecclesiarum suarum suspendendi, et citandi peremptorie, si videritis expedire, quod se, certo eis competenti termino prefigendo, personaliter Apostolice Sedis conspectui representent, nostris et Apostolice Sedis mandatis et beneplacitis parituri; ac Prelatos, Clericos, et Personas Ecclesiasticas supradictas, eisdem Archiepiscopis et Episcopis dumtaxat exceptis, omnibus Prelaturis, Dignitatibus, Personatibus, Officiis, Administracionibus et aliis Beneficiis Ecclesiasticis, cum cura vel sine cura, que ubicumque optinent, privandi, et ea, cum interposicione Decreti, reservandi disposicioni nostre et Sedis ejusdem, ipsosque ad illa, et eciam filios quarumcumque Personarum, de quibus vobis videbitur expedire, reddendi inhabiles et indignos ad similia et quelibet alia Ecclesiastica Beneficia optinenda, et omnia alia et singula faciendi et exequendi per que negocium Pacis ejusdem commodius valeat consummari; non obstantibus si Archiepiscopis et Episcopis et Prelatis, ac Regi et Nobili,

Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Senescallis, Justiciariis, Ballivis, Communitatibus, Universitatibus, Populis, et Personis, et aliis supradictis, et singulis eorundem, vel quibusvis aliis, per dicte Sedis Literas sit indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari, dictaque Regna, Partes, et Provincie, ac terre seu loca Ecclesiastico Interdicto per Literas Apostolicas subici non possint, et quibuscumque Consuetudinibus, Ordinacionibus, vel Statutis, juramento, confirmacione Apostolica vel quacumque alias
fol. 132b firmitate vallatis, ac Privilegiis, Indulgenciis, et Literis Apostolicis, prefatis Regi et Nobili, seu quibusvis Personis, Locis, vel Ordinibus, sub quacumque forma, modo, aut verborum expressione concessis, de quibus, quorumque totis tenoribus, plenam et expressam, ac de verbo ad verbum oporteat specialem in nostris Literis fieri mencionem, et per que Presencium effectus posset impediri quomodolibet vel differri, vobis, et unicuique vestrum, plenam et liberam concedimus tenore Presencium potestatem.—Datum Avinione, xvj Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Primo [17 March, 1317].

Sec. unda Bulla, ad compellendum ad Pacem R. de Brus.

ITEM,—Johannes Episcopus, Servus servorum Dei, dilectis filiis Gaucelino, etc. *ut supra.*—Cum vos ad Anglie et Scocie Regna ac Hybernie et Wallie Partes, pro Pace inter carissimum in Christo filium nostrum, Edwardum, Regem Anglie illustrem, et dilectum filium, Nobilem Virum Robertum de Bruys, qui Regnum Scocie inpresenciarum dicitur gubernare, Deo propicio reformanda, tanquam Pacis Angelos de Fratrum nostrorum consilio destinemus, nos, cupientes ut ejusdem Pacis negocium, submotis impedimentis quibuslibet, prosperum—Deo propicio—sorciatur effectum, prefatum Robertum, si ejusdem Pacis reformacioni forsan assentire non vellet in hac parte, vestris acquiescere monitis non curaret, ad id per Censuram Ecclesiasticam et alias penas Ecclesiasticas, prout suadebit justicia, compellendi, necnon absolvendi omnes vassallos et subditos dicti Roberti a juramento fidelitatis quo eidem Roberto tenentur, ipsosque a dominio et subjeccione ipsius Roberti eximendi, ac, insuper, omnes colligaciones, conspiraciones, confederaciones, pacciones, et convenciones, factas inter dictos Robertum et quoscumque alios, aut inter seipsos forsitan absque eo, super adjutorio vel subsidio aut favore dicto Roberto, circa invasionem aut inpugnacionem Regni Anglie aut Parcium Hibernie vel Wallie predictarum, seu quarumvis terrarum vel insularum dicti Regis Anglie quomodolibet impendendo, seu per quos dicte Pacis negocium impediri vel differri posset, eciam si colligaciones, conspiraciones, confederaciones, pacciones, et convenciones ipse juramentis essent vel promissionibus, penarum adjeccionibus, aut obligacionibus, seu stipulacionibus quibuscumque vallate, ipsaque juramenta sub quibuscumque modo et forma, vel expressione verborum forent prestita, relaxandi, et eos quidem ab eorum observacione, ac fautores ejus et adherentes eidem, ut ab ipsius favore et sequela penitus resipiscant et omnino recedant, per Excommunicacionis in Personas et in terras eorum Interdicti Sentencias, ac publicacionem ac aggravacionem ipsarum, per vos vel per alium seu alios compellendi, et omnia alia et singula faciendi et eciam excercendi que circa premissa videritis expedire; non obstantibus si dicto Roberto vel quibusvis aliis, communiter vel divisim, a Sede Apostolica sit indultum quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut terre eorum Ecclesiastico Interdicto subici non possint, per Literas Apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum, de Indulto hujusmodi mencionem, et quibuslibet Privilegiis, Indulgenciis, et Literis Apostolicis, generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per que hujusmodi vestre jurisdiccionis explicacio posset quomodolibet impediri, plenam vobis et unicuique vestrum concedimus, tenore Presencium, potestatem.—Datum Avinione, xvj Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Primo [17 March, 1317].

Tercia Bulla, ad procedendum contra R. de Brus.

ITEM,—Johannes Episcopus, etc., Gaucelino, etc. (*ut supra*).—Cum vos ad Anglie et Scocie Regna et Hibernie et Wallie Partes, pro magnis et arduis negociis, destinemus, nos, volentes aliqua vobis committere per que malignorum temeritas compescatur, contra Nobilem Virum, Robertum dictum de Bruys, qui Regnum Scocie gubernat ad presens, et quosvis alios quos Excommunicacionis Sentenciam repereritis sustinere animis induratis, prout suadebit justicia procedendi, non obstantibus quibusvis Privilegiis, Indulgenciis, et Literis Apostolicis, eisdem Roberto, vel quibusvis aliis, sub quacumque verborum forma concessis, de quibus quorumque tenoribus plenam et expressam oporteat in Presentibus fieri mencionem, liberam vobis et unicuique vestrum concedimus, tenore Presencium, potestatem.—Datum Avinione, xvj Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri Anno Primo [17 March, 1317].

Quarta Bulla, de Indicionetreugarum.

ITEM,—Johannes Episcopus, etc., ad futuram rei memoriam.—Vocatis nobis, licet insufficientibus meritis, ad Apostolatus Officium, occurrit, quasi confestim, consideracionis nostre conspectui acerbis infesta molestiis periculosa dissensio, quam inter carissimum in Christo filium nostrum, Edwardum, Regem Anglie illustrem, et dilectum filium, Nobilem Virum Robertum de Brus, gerentem se pro Rege Scocie, incentor malorum omnium suscitavit, amotas nobis suas circumstancias quas frequenter, dum nos minor status haberet, inter pectoris claustra revolvimus, presentandum. Hinc, etenim, se offerebant et offerunt nostris optutibus impedimentum proinde facile receptura pia Dei negocia, et precipue Terre Sancte deserte incolis Christi Fidelibus ipsorumque destitute suffragiis; cui, Catholicis Principibus distractis ad bella similia, consolator aliquis non assistit ex omnibus caris suis; hinc se ingerebant et ingerunt animarum pericula, Christiani sanguinis non levis effusio, gravia rerum dispendia, et idcirco [non] solum ipsorum dissedencium suarumque gencium, set et quam plurimum aliorum in ipsorum conjunccione, periculosa turbacio pariter et dampnosa. Hec, quidem, nostri cordis intima stimulant, acribusque stimulis nostrum interpellant officium, ut ad occurrendum per oportuna remedia tanto Religionis Christiane discrimini cicius exurgamus. Attendentes, igitur, quod ad nos, qui licet immeriti vices Regis Pacifici gerimus ac plenitudine fungimur Apostolorum Principi suisque
fol. 133. Successoribus ex Alto concessa, singulariter pertinet in Universali Ecclesia cunctaque Congregacione Fidelium Pacem querere, ac ipsam facere diligencius observari, inter prefatos Regem Anglie et Gerentem se pro Rege Scocie, Auctoritate Apostolica, trugas, quarum fedus ymaginem Pacis inducit, indicimus usque ad biennium duraturas; ac in eos et omnes et singulos eorum adjutores et violatores, sequentes, consiliarios, complices, et eciam adherentes, trugas infringentes vel quomodolibet non servantes, Excommunicacionis Sentenciam promulgamus; non obstante si Regi et Gerenti predictis aut ipsis adherentibus, seu cuivis eorundem, a Sede Apostolica sit indultum quod excommunicari non possent, etc. (*ut supra*). Trugas, autem, et Sentencias antedictas a die notificatcionis seu publicacionis ipsarum suum effectum volumus optinere. Vassallos, insuper, et subditos Regis et Gerentis predictorum a juramento Fidelitatis, quo eis vel alteri tenentur astricti, quantum ad hujusmodi guerre seu dissensionis articulum, sicut in illicitis, eis obedire non debeant, per idem tempus absolvimus, et nichilominus promissiones et obligaciones que inter Regem et Gerentem predictos, et quoscumque alios, super belli seu conflictus utrinque committendi processu, necnon confederaciones, colligaciones, et pacciones, que inter ipsum Regem et quosvis alios, ex una parte, ac predictum Gerentem et alios et quoscumque ex altera, intervenerunt, pro ipsa fovenda discordia, utpote contra bonum Pacis presumptas illicite et attemptatas, in Divine Magestatis offensam, ac quascumque penas adjectas et juramenta prestita super biis, sub quibuscumque forma, modo, vel expressione verborum, presertim cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, ex nunc nulla decernimus fore, et quatenus de facto processerint irritamus. Nulli, ergo, omnino hominum liceat hanc Paginam nostre Indiccionis, Promulgacionis, Absolucionis, Constitucionis, et Irritacionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis, autem, hoc attemptare presumpserit, indignacionem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum Ejus, se noverit incursurum.—Datum Avinione, Kalendis Maii, Pontificatus nostri Anno Primo [1 May, 1317].

Quinta Bulla de Interdicto et Inhabilitacione.

ITEM,—Johannes Episcopus, etc., Gaucelino, etc. (*ut supra*),—Crescit facile in inmensum inpunita temeritas, cum una inpunitas ausum in aliis parare soleat et ausus excessum persepe producat. Quante, autem, temeritatis fuerit, hiis diebus, Roberti de Brus, Regnum Scocie nunc regentis, suorumque in hac parte complicum effrenata presumpcio, non expedit vobis longo sermone retexere, ne doctos instruere videamur aut cerciorare scientes. Nostis, etenim, sicut illi quos evidencia palpate veritatis instruxit, qualiter aurem promocionis auspiciis piis accendentes affectibus, animarum et corporum pericula gravia et inmensa dispendia facultatum, que molesta nimis et dampnosa dissensio inter carissimum in Christo Filium nostrum, Edwardum, Regem Anglie illustrem, ex una parte, et predictum Robertum, ex altera, pretextu occupacionis injuste dicti Regni Scocie, in qua Rex ipse Robertum eundem injuriari sibi conqueritur, procurante cunctorum incentore malorum, abolim exorta mundo produxerat, et que, nisi prospiceretur ex Alto, producere graviora verisimiliter timebatur; considerantes, eciam, impedimenta non levia que pia Dei negocia, et precipue illius Terre necessitas in qua Redemptor noster nasci et pati pro Salute nostra dignatus est, propterea subierunt, atque poterunt ex ipsius dissensionis continuacione subire;

ut tantis discriminibus, Deo propicio, possimus occurrere, totque obviare prepediis atque dampnis, ad tollendum in tranquillum decidentes eosdem ac solide caritatis unanimitate jungendum, vota nostra, Domino inspirante, direximus, vosque quos ad id elegimus ministros idoneos de Fratrum nostrorum consilio in Partes illas, tanquam Pacis Angelos, propter hoc providimus destinandos. Et ut eo habilius via pateret ad pacificandum decidentes eosdem, quo minoribus guerrarum flatibus quaterentur, inter eos et adherentes eisdem certi temporis treugas indiximus, quas a die publicacionis earum, a vobis per vos, vel alium seu alios, faciende, suum volumus obtinere vigorem; extunc in personas non servancium seu infringencium treugas hujusmodi Excommunicacionis Sentencia promulgata. Vos, autem, injunctum vobis officium tam habiliter quam utiliter exequi cupientes, directis versus Dunelmiam gressibus, ad Robertum ipsum Venerabilem Fratrem nostrum Episcopum Corbaviensem et dilectum Filium, Magistrum Aymericum Gerardi, Archidiaconum Eliensem, familiares vestros et nuncios, mittere curavistis; qui et sibi pacificum vestrum prenunciarent adventum, et Literas vestras directas eidem, salutaria super predictis continentes
fol. 133b monita, presentarent. Ipse, vero, intelligere nolens ut bene ageret, set aures suas, more aspidis surde, ne audiret vocem Patris sapienter exhortantis, obturans, quasi de impensa sibi a nobis super hiis benignitate Superbie concepisse videretur audaciam, iniquitatem de exhibita sibi per Apostolicam Sedem mansuetudine, non absque ingratitudinis vicio, parturiit, contempnens ipsas vestras Literas recipere per nuncios ipsos eidem oblatas, et, ut contemptus contemptui adderetur, Litere vestre super treugarum ipsarum publicacione confecte, quas per duos Fratres Minores in Scocia mittebatis, ingressu Scocie, non absque ipsius connivencia, violenter ipsis ablate Fratribus, et, Sancte Sedis calcata reverencia, totaliter lacerate fuerunt, Fratribus ipsis nichilominus indumentis spoliatis. Ne, vero, fore posset ambiguum quicquid malignitatis in hac parte conceperat, licet treuge predicte, per vos vel alium seu alios de mandato vestro per Angliam solempniter puplicate fuissent, ita quod verisimiliter potuerat ad ejus noticiam hujusmodi publicacio pervenisse, ne lateret eum quod aliis eminus constitutis non credebatur occultum; ipse, tamen, treugas ipsas, non absque multe insolercie temeritate et plectibili nostro et Sedis predicte contemptu, spretaque Sentencia antedicta, observare contempsit, Villam Berwyci, quam prefatus Rex Anglie possidebat, et in qua, ad ipsius Roberti instanciam, de Pace inter Regem ipsum et Robertum eundem per tractores tractari debebat, post publicacionem treugarum ipsarum et convencionem tractatus ipsius, nequiter invadens, et eo liberius occupans quo minor eidem Regi poterat super hoc inesse suspicio, tractatu pendente predicto, ac cedem crudelem et magnam in Gentem Regiam sistentem inibi ac incolas dicte Ville perperam et inique committens, per quod non est dubium Robertum ipsum ac in hiis adherentes eidem predictam Sentenciam incurrisse, hec et alia, que silencio preterimus, fecerunt dictus Robertus et complices, prout nobis intimare curastis. Et tacuimus usque modo, sperantes ut, eorum corda tangente Domino, post tantorum culpam excessuum, alicujus habilitacionis signa pretenderent, filialis devocionis exsolverent debitum, et ad ea que pacis sunt animos inclinarent. Ipsi, vero, velut incus malleatoris, pertinacia solidata constricti, paciencia nostre longanimitatis dampnabiliter abutentes, in elacionis obstinate vicium corruerunt. Nos, igitur, illatam nobis et Apostolice Sedi et vobis in premissis injuriam, ac predictos ejusdem Roberti in hiis adherentes sibi detestandos, et enormes excessus nec volentes nec valentes conniventibus oculis pertransire, cum ad eos compescendos, ne periculose in alios exemplari alveo diriventur, excercendus sit pocius Ecclesiastice gladius ulcionis, discrecioni vestre, de qua in hiis et aliis plenam in Domino fiduciam optinemus, Presencium tenore committimus, et mandamus quatinus per vos, seu alium aut alios, predictum Robertum et adherentes eidem predictam incurrisse Sentenciam, in Ecclesiis et locis insignibus, de quibus expedire videbitis, prout justum et equum fuerit, nuncietis solempniter et puplice, singulis Diebus Dominicis et Festivis; contra eos nichilominus ad penas alias spirituales et temporales, prout vobis videbitur, juxta predictorum qualitatem excessuum, Auctoritate Apostolica processuri; et si —quod absit—in sua nequicia ulterius perseverare presumpserint, indurantes instar lapidis corda sua, juxta contumacie ac excessuum exigenciam, vestros in eos curetis exaggerare Processus. Nos, enim, premissa omnia et singula faciendi et exigendi, necnon predictos, et quoscumque alios predicte Pacis et concordie turbatores seu impeditores, sive incole dictorum Regnorum, sive quicumque alii, et undecumque fuerint, et omnes et singulos complices, adjutores, valitores,

consiliarios, fautores, et sequaces eorum, ac in hoc adherentes eisdem, publice vel occulte, eciam si inter eos persone alique Ecclesiastice fuerint, cujuscumque sint hii vel illi condicionis, dignitatis, ordinis, sive status, Ecclesiastici vel mundani, quamvis Archiepiscopali vel Episcopali prefulgeant dignitate, ut ab hujusmodi turbacione seu impedimento, necnon ab omni favore, consilio, auxilio, sequela, et adherencia, circa id impendendis omnino desistant, per Excommunicacionis in personas, et Interdicti Sentencias in terras et Ecclesias eorum, ac per privacionem feodorum, locacionum, officiorum, et quorumcumque Beneficiorum Spiritualium citra Archiepiscopalem et Episcopalem dignitatem, aut, eciam, Temporalium que a quibuscumque Ecclesiis optinebunt, ut sic libere illa ad ipsas Ecclesias revertantur, quod Prelati et Rectores earum, aut alii ad quos id pertinebit, de illis pro sua voluntate disponant, ac inhabilitacionem, eciam, tam personarum ipsarum Ecclesiasticarum, Archiepiscopis et Episcopis dumtaxat exceptis, quam filiorum, nepotum, et aliorum descendencium ab ipsis turbatoribus et impeditoribus laicis, usque ad secundum gradum, ad quevis Ecclesiastica Beneficia optinenda, et per alia juris remedia, de quibus et prout expedire videritis, appellacione remota, debite compescendi; omnes quoque et singulos, qui eisdem turbatoribus seu impeditoribus laicis, aut eorum alicui, juramento Fidelitatis tenentur astricti, ab ipso juramento quamdiu ipsi hujusmodi Pacis turbatores seu impeditores extiterint, absolvendi, et alia faciendi que circa premissa vel aliqua de premissis fuerint oportuna; non obstante si eis, aut eorum aliquibus vel alicui, a Sede Apostolica sit indultum sub quacumque forma vel concepcione verborum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut eorum terre vel Ecclesie Ecclesiastico Interdicto supponi quavis auctoritate non possint, et qualibet alia dicte Sedis Indulgencia generali vel speciali, cujuscumque tenoris existat, per quam Presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus
fol. 134. earum impediri valeat quomodolibet vel differri, vobis et vestrum cuilibet plenam et liberam concedimus, tenore Presencium, facultatem. Per hec, autem, non intendimus in aliquo Commissionibus super hiis vel aliis quibuslibet vobis alias per nos factis prejudicare, set eas nichilominus in suo volumus remanere vigore.—Datum Avinione, iiij^to Kalendas Junii, Pontificatus nostri Anno Secundo [29 May, 1318].

Incepcio Processus Cardinalium

Celestis Providencia Principis peculiarem Populum, quem ceteris pretulerat privilegio gracie specialis, manna miraculose confovebat, nec propter hec virga rigoris in ejusdem Populi correccione scelerum vacillabat; nonne si fovere debet humilibus ut presumpcionis rebellium inbecillitas rigorosis ulcionibus concomitante justicia comprimatur: etenim cum spes inpunitatis prorogatur ad aliquos ad culpam facilius invitantur ceteri per exemplum, sicque fit penitencialis inpunitas ut ex eo ei reservet acrioribus puniendos. Interest, etenim, utilitatis puplice ut excessus vindicta coherceat et rebellionis offendiculum a pene limite non discedat. Dudum, equidem, ad execucionem nobis injunctorum per Sedem Apostolicam, que ex predictarum colligi possunt continencia Literarum, animos nostros studiosis sollicitudinibus convertentes, quia ubi Nobilis Vir, Robertus de Bruys, Regnum gubernans Scocie, larem tunc fovebat proprium nos latebat, super quo certificari non poterimus de facili, nec ad ipsum aut Regnum Scocie, nonnullis interjectis obstaculis, nos transferre, premissis eidem nostris Clausis Literis, causam adventus nostri nunciantibus, per cursores nostros proprios et juratos, quos idem Robertus, seu gentes sue, nedum Literas presentare predictas, immo nec cursores ipsos instantes super hoc Regnum intrare Scocie permittentes, prout nobis eorundem cursorum nostrorum juratorum relacione, et Literis nonnullorum Ballivorum et Officialium Villarum et Castrorum plurium Parcium earundem constitit, Venerabilem Patrem, Fratrem P[etrum], Episcopum Corbaviensem, et Magistrum Aymericum Gerardi, Archidiaconum Eliensem, dicti Domini Summi Pontificis Capellanum ac ipsius Sacri Palacii Auditorem, ad eundem Robertum et Regnum Scocie nuncios et familiares nostros duximus destinandos, tractaturos cum eodem Roberto super aliquibus contentis in Apostolicis Literis suprascriptis, et ordinaturos et condicturos, inter cetera, cum eodem de tempore certo et loco aliquo nobis tuto, quibus super premissis et aliis nobis injunctis habere possemus cum eodem, ad quem accedere disposueramus et disponebamus propter ea personaliter colloquium plenius et tractatum. Qui, siquidem, nuncii, familiares nostri, non absque laborum et periculorum incursibus et jacturis, cum maxima difficultate habitis ab eodem Roberto Literis de conductu, ad Castrum de Rokeborghe, in ingressu Scocie constitutum, finaliter applicantes, suas eidem Roberto ut ad ipsum possent venire, cum, aliis gentibus ipsius Roberti non permittentibus, ad eundem Robertum nequirent

accedere, Literas destinarunt; et postmodum Jacobo Doueglas et Alexandro Militibus, ipsius Roberti familiaribus, una cum quibusdam aliis venientibus ad nuncios memoratos, Literas, si quas portabant iidem nuncii ostendendas dicto Roberto, sibi exhiberi ab eisdem nunciis postularunt; dictique nuncii, intrare aliter non permissi, quasdam Apostolicas exhortatorias super Pace Patentes ex parte Domini nostri Pape memorato Roberto directas Literas Jacobo et Alexandro, predictis Militibus, tradiderunt, eidem Roberto per predictos Jacobum et Alexandrum, Milites, assignandas. Demum, vero, quodam clerico ipsius Roberti ad conducendum dictos nuncios veniente ad ipsos, iidem nuncii in quodam loco de Malros nuncupato vulgariter, in Regno Scocie constituto, ubi idem Robertus, tunc temporis, campestriter habitabat, applicantes finaliter ad eundem, sibique causam missionis eorum verbotenus exponentes, ac rogantes eundem quod dictas Literas exhortatorias, sibi missas super Pace, aliasque Clausas per nos directas eidem, quas eidem Roberto dicti nuncii presentarunt, aperiret et inspiceret diligenter, [et] ad contenta in ipsis sicut filius obediencie responderet, idem Robertus, non absque indignacione animi, Literas Apostolicas supradictas ibidem nunciis ipsis restituens supradictis, aperire et legere recusavit, illud in sue pretendens excusacionis subsidium quod eo quia sibi ascriptus titulus in Literis ipsis non fuerat regius, ut decebat, cum non Rex set R. de Bruys dumtaxat Regnum gubernans Scocie ipsis nominaretur in Literis, tractatibus aliquibus Pacis aut treugarum velle intendere, nosque et nuncios ipsos ad tractatus aliquos admittere, immo et aliter nunciis ipsis et eorum proposicionibus respondere, contemptibiliter denegavit, et denegare in posterum, nisi sibi regius ascriberetur titulus, extitit protestatus. Et, licet verbis suis finaliter addiderit quod super premissis, deliberacione cum suis Consiliariis habita pleniori, infra tunc instans Festum Beati Michaelis memoratis nunciis nostris per suas Literas responderet, idem, tamen, Robertus, in sue inobediencie pertinacia perseverans, longe post dictum terminum, per suas respondit Literas nunciis memoratis quod in responsione contenta in Literis nonnullorum Regni Scocie Comitum et Baronum ipsis nunciis ab eisdem Comitibus directis, continentibus quod, nisi dictus Robertus Rex nominaretur Scocie, tractatus aliquis super premissis nobiscum ac cum ipsis nunciis [minime] haberetur, eum persistere oportebat; prout de premissis omnibus et singulis nobis plene constat et constitit, tam inspeccione Literarum ipsius Roberti dictorumque Comitum et
fol. 134b Baronum, missarum super hoc dictis nunciis, quam relacionibus deliberatis Episcopi et Archidiaconi, et aliorum predictorum; quibus, quidem, nunciis nostris juratis et eorum relacionibus super premissis adhibemus et adhibuimus plenam fidem. Et, quia conjecturavimus verisimiliter ex premissis ipsum Robertum, tanquam inobediencie filium, velle Apostolicis et nostris in hac parte monitis et exhortacionibus non parere, occurrere periculis crebrioribus affectantes, et sperantes ut ad tractatus Pacis hujusmodi prosequendos liberior et tranquillior nobis pateret aditus, treugas olim per dictum Dominum nostrum, Summum Pontificem, inter Serenissimum Dominum Edwardum, Dei gracia Regem Anglie illustrem, et memoratum Robertum de Brus indictas in Civitate Londoniarum, ubi tunc degebamus presencialiter, duximus publicandum, ad duos annos numerandos a die Publicacionis earum continue duraturas, ipsasque in nonnullis Anglie et Scocie Regnorum locis insignibus et confinibus eorundem Regnorum mandavimus et fecimus puplicari. Ac, demum, volentes Indiccionem et Puplicacionem treugarum hujusmodi ad ipsius Roberti et suorum sequacium fautorum et complicum, ac personarum aliarum Regni Scocie, noticiam pervenire, Fratrem Adam, Gardianum Domus Fratrum Ordinis Minorum de Berewico, nuncium nostrum juratum, cum Literis Apostolicis Indiccionem treugarum ipsarum continentibus, et pluribus aliis tam Apostolicis quam nostris Literis Clausis et Patentibus et Processibus, ad eundem Robertum et Regnum Scocie duximus destinandum; qui, injuncta sibi per nos satagens totis suis conatibus, sicut obediencie filius, adimplere, optentis ab eodem Roberto primitus Literis de conductu, cum ad eundem Robertum proficisceretur, Mandata nostra immo verius Apostolica completurus, et jam terram Scocie intravisset, idem Alexander, se ipsius Roberti asserens Senescallum, predicto veniens obvius Gardiano, prelibatas omnes et singulas tam Apostolicas quam nostras Literas et Processus, dicto Gardiano contradicente pro viribus, cepit et habuit de ipsius manibus Gardiani, dicens et asserens Alexander predictus Literas et Processus dicto Roberto, qui inde per modicum distabat spacium, portaturus; qui Alexander, aliquali mediante temporis intervallo, iens ad dictum Robertum, ut dixit, et rediens, Literas et Processus Gardiano restituit

memorato, eidem sub pena incisionis capitis precipiens et injungens quod statim Terram et Regnum Scocie exiret, Literas de securo conductu, Gardiano eas pro exitu petente omni prorsus instancia, concedere denegando. Treugis, itaque, ipsis tunc et Indiccione earum ibidem per Gardianum eundem, in vulgari suo sonoro preconio, pluribus ibidem Scotis astantibus, puplicatis, Gardianus rediens supradictus paulo postquam fuit a loco predicto iter suum festinans ad exitum elongatus, per quosdam iniquitatis filios, ipsius Roberti satellites, ausu sacrilego aggressus et invasus hostiliter, Literis et Processibus supradictis, propriisque vestibus paupertatis et habitu, ac rebus aliis que portabat crudeliter et inmaniter extitit spoliatus, prout de premissis per ipsius Gardiani, jurati nostri nuncii, relacionem nobis extitit facta fides. Porro, memoratus Robertus, suas dissimulare rebelliones satagens et notabiles inobediencias supradictas palliare moliens et excessus, ac volens suas quas minus caute rebellionem et inobediencias commiserat caucius obvelare, non absque false finccionis adminiculo confingens ad Pacis aspirare tractatus et bonum, suas Domino Regi Anglie Literas super hoc destinavit, et nobis scripsit quod, obtentis ab eodem Rege Anglie securo Literis de conductu, sex vel plures ad nos mitteret contractores. Et, licet eidem Roberto rescripsissemus ad Literas quas nobis miserat respondendo, ipsas Literas nostras cuidam nuncio qui suas predictas nobis ex parte sua presentaverat Literas assignando, idem, tamen, nuncius nobis referens dictas nostras usque ad ingressum Regni Scocie pertransisse, gentesqne ipsius Roberti ipsum nuncium easdem Literas nostras infra Regnum Scocie et ad dictum Robertum portare minime permisisse, pro eo quia sibi titulus non ascribebatur per nos Regius, predictas nobis nostras Literas Clausas, sicut prius et integras reportavit. Postmodum, vero, memoratus Dominus Rex certos ad locum in quo de Pace tractare condictum extiterat destinavit. Quibus sic pendentibus inter moras hujusmodi, idem Robertus aut alii Regni Scocie Comites, Barones, ac Nobiles, cetereque persone ejus nomine et mandato, Indiccionis et Publicacionis hujusmodi treugarum non ignari, nec valentes veram, nisi crassam suppositamque seu simulatam et, eciam, affectatam pocius ignoranciam allegare, dictis treugis sic indictis, sicque et aliter solempniter publicatis penis et sentenciis, monicicnibus, et exhortacionibus Apostolicis, non sine nota rebellionis execrabilis, vilipensis, procul pulsa reverencia filiali qua ipse, et quilibet Christianus, Sancte Romane tenetur Ecclesie et Christi Vicario, tanquam ad Matrem unicam, Christi Sponsam, Villam et Castrum de Berewico, aliquamdiu possessa per Dominum Regem Anglie supradictum et inclite memorie Patrem ejus et gentes eorum, eciam Indiccionis et Publicacionis treugarum tempore predictarum, et postmodum et ante; necnon, et quedam alia Castra, Terras, et homines ipsius Domini Regis et incolarum Regni Anglie, et infra Regnum Anglie consistentes, hostiliter invaserunt, et non absque plurium effusione sanguinis personarum et morte—proch dolor—Villam ipsam et Castrum de Berewico, Castraque et Terras alias ipsius Regis Anglie et incolarum ipsorum, in Apostolice Sedis contemptum et ipsius Regis prejudicium et jacturam, et plurimorum scandalum, sicut nobis constat et constitit et fama publica predicabat, occuparunt, et contra justiciam detinuerunt et adhuc detinent occupata, et in sue rebellionis preconium occupare Terras alias ipsius Regis et Regni Anglie comminantur. Quare nos, visis et diligenter attentis recensitis relacionibus predictorum Episcopi, Archidiaconi,
fol. 135. et Gardiani, et aliorum nunciorum nostrorum juratorum, super rebellionibus et inobedienciis, excessibus, et insolerciis supradictis, premissa, que adeo fuerunt notoria quod nulla poterant inficiacione celari, dissimulare ulterius et tales et tantas rebellionis inobediencias et excessus notabiles pertransire permittere conniventibus oculis inpunitos [nolentes], nobiscum et cum peritis deliberacione prehabita diligenti, quia tam per relaciones Episcopi, Archidiaconi, et Gardiani, et aliorum predictorum nunciorum nostrorum juratorum, et aliter, nobis libere constat et constitit de rebellionibus, inobedienciis, et excessibus plurimis supradictis, in scriptis pronunciavimus et declaravimus dictum Robertum de Brus, tunc inpresenciarum Regnum Scocie gubernantem, fuisse et esse notorie inobedientem et rebellem Sancte Romane Ecclesie Mandatisque Apostolicis atque nostris, ac decrevimus fore contra ipsum Robertum, tanquam contra rebellem et inobedientem notorium, et Mandatis Apostolicis atque nostris parere renitentem notabiliter, procedendum; et, ad majorem certitudinem premissorum testes fidedignos Religiosos et Seculares, clericos et laicos, precepimus, et prius more precipiendorum testium juratos, super aggressionibus, invasionibus, et occupacionibus et varietate eorum et pluribus aliis supradictis eos examinari fecimus diligenter; quorum attestacionibus visis et diligenter

inspectis, certitudinaliter comperimus aggressiones, invasiones, occupaciones, et quedam alia de predictis fuisse per predictum Robertum et nonnullos ejus sequaces, consiliarios, et fautores, de ipsius connivencia et mandato, ipsoque ratum habente, post et contra publicacionem et notificacionem treugarum hujusmodi notorie dampnabiliter perpetratas, in Apostolice Sedis contemptum, ipsiusque Regis Anglie et incolarum Regni Anglie prejudicium et scandalum plurimorum. Et, quia propter invasiones, congressiones, et occupaciones Ville et Castri de Berewico, et aliorum Castrorum et terrarum Regis Anglie factas et perpetratas, post et contra Publicacionem treugarum hujusmodi, per predictum Robertum et ejus sequaces, complices, et fautores, ejus nomine, ipso ratum habente, prout nobis de premissis constat [et] constitit, et quod fuerunt notoria ex dictis et attestacionibus testium predictorum, et aliter non fuit dubium ipsum Robertum et in premissis adherentes eidem Excommunicacionis Sentencias latas per Dominum nostrum, Summum Pontificem, in et contra infringentes easdem treugas incurrisse; nos, visis et diligenter inspectis contenta (*sic*) in Literis Apostolicis insertis superius, nobis noviter destinatis, et diligenter recensitis dictis et attestacionibus testium eorundem, quia nobis plene constitit de premissis, eundem Robertum, et in hac parte adherentes eidem, pronunciavimus in scriptis Sentencias latas per Dominum nostrum, Summum Pontificem, in et contra infringentes treugas, incurrisse. Verum, cum propter inobediencias, excessus, et rebelliones, et manifestas injurias et insolercias supradictas, Pacis tractatus, ad quam prosequendam fuimus, ut suprascribitur, destinati, impediti fuerant ac impediri debere et posse inposterum verisimiliter presumebantur, nos, qui, tanquam Pacis Angeli, ad Pacis semitas exquirendas fuimus destinati, tam enormes injurias dissimulare ulterius nequimus, volentes preteritis providere periculis, et futuris quibus poterimus obviare remediis, presertim cum jam ad nos fama plurimorum pertulisset eundem Robertum et ejus sequaces, complices, et fautores, Castra aliqua ipsorum Regis et Regni Anglie obsedisse, ac suos paravisse excercitus ad invadendum, obsidendum, et occupandum Castra, terras, et jura Domini Regis et incolarum Regni Anglie predictarum, propter que pacis prosecucio nedum retardabatur, immo et pocius impediebatur totaliter, vobis et cuilibet vestrum insolidum nostris dedimus Literis in mandatis ut memoratum Robertum, nominatim et specialiter, ac omnes et singulos fautores, complices, adjutores, valitores, consiliarios, sequaces ejusdem Roberti, ac eidem in premissis nichilominus adherentes, generaliter, tamdiu excommunicatos denunciaretis, ac denunciari et vitari a vestris subditis arcius faceretis, donec de predictis inobedienciis, rebellionibus, excessibus, invasionibus, congressionibus, et occupacionibus satisfaccionem impenderent competentem, et Mandatis Apostolicis ac nostris venerint humiliter parituri, ac a predictis Sentenciis Absolucionis Beneficium fuerint assecuti, prout hec et alia in quibusdam aliis nostris Processibus, quos ad majorem cautelam in quibusdam Ecclesiis Regni Anglie in nostra puplicare presencia fecimus, seriosius conscribuntur. Sane, memoratus Robertus de Brus, ac nonnulli ipsius fautores, complices, adjutores, valitores, consiliarii, et sequaces, ac eidem adherentes in hac parte, in sua obstinate rebellionis pertinacia perdurantes, nec advertentes ariolandi peccatum[1] et zelus (*sic*) ydolatrie paribus cum inobediencia passibus ambulare, cunctisque prestanciorem fore obedienciam victimis, ad cor minime redeuntes, set obturantes surde more aspidis aures suas, Sentencias hujusmodi sustinuerunt et adhuc sustinent, animis induratis. Nos, attendentes quod iidem Robertus, suique complices, adjutores, valitores, consiliarii, et sequaces ejusdem, ac eidem adherentes in hac parte, sectantes detestabilis inobediencie vicium et contumacie spiritum, se quasi pullos onagri liberos estimantes, non adverterunt hactenus nec advertunt in recte consideracionis intuitum, quod peccatum Paganitatis incurrit qui se Christianum asserit et Sedi Apostolice obedire contempnit, dicique de istis possit, et merito, quod hii sunt qui Sacrosancte Romane Ecclesie, quam tenentur ut Matrem et Dominam revereri, terga verterunt non faciem, dum adeo se in premissis inobedientes exhibuerunt notabiliter et rebelles, et exhibent; ac volentes, ne ipsorum inpunitas ausum in aliis, in contemptum Apostolice reverencie, pareat, nostros, sicut convenit, contra eos exaggerare Processus, cum, per nos diu expectati, ad gremium Sancte Matris Ecclesie redire contempserint, vobis et cuilibet vestrum insolidum—ad quod faciendum alter

Excommunicacio.

fol. 135b

[1] "Mandatis Apostolicis nolle ac quiescere *peccatum ariolandi* est (Steph. Tornac.)—*D'Arnis.*

alterum non expectet, nec alius pro alio se excuset, set ad quem et ad quos presentes Litere primo pervenerint, id primitus exequantur—auctoritate prefata, nobis in hac parte commissa, in virtute sancte obediencie, et sub penis infrascriptis districte precipiendo mandamus quatinus memoratum Robertum de Brus nominatim et specialiter, necnon omnes et singulos fautores, complices, adjutores, valitores, consiliarios, et sequaces ejusdem, et sibi adherentes, nichilominus in hac parte clericos et Personas Ecclesiasticas, ac laicos, cujuscumque sint dignitatis, gradus, auctoritatis, condicionis, aut status, eciam si Persone ipse Primacie Ecclesie Archiepiscopali, Legacionis, vel Episcopali aut alia quavis prefulgeant dignitate, generaliter et, cum eorum nomina didiceritis, nominatim, et publice in Ecclesiis vestris, dum Missarum ibidem celebrabuntur solempnia, ac in vestris Curiis vestrorumque Officialium, cum agitabuntur causarum strepitus in eisdem, sermonibus, colloquiis, et congregacionibus publicis, ac locis aliis de quibus vobis videbitur expedire, populo in eisdem astante fideli, palam et publice, diebus singulis feriatis et non feriatis, extinctis candelis, pulsatis campanis, ter et amplius in qualibet Missa solempni; semel, videlicet, post Epistolam, secundo post Evangelium, et tercio post Communionem, tamdiu excommunicatos denuncietis quos nos, eciam, denunciamus tenore presencium Literarum, vitetis et denunciari et vitari a vestris subditis arcius faciatis, donec de predictis inobedienciis, excessibus, invasionibus, congressionibus, et occupacionibus, satisfecerint competenter, et Mandatis Apostolicis ac nostris venerint humiliter parituri.—Porro, quia nullum profectum prestaret humilitas humilibus si contumacia contumacibus non obesset, cum cautum sit quod propagante contumacia pena non debet minui set augeri, nos, Auctoritate predicta nobis in hac parte commissa, terras Roberti et Regni Scocie, quod idem Robertus inpresenciarum noscitur gubernare, necnon terras suorum quorumcumque fautorum, complicum, adjutorum, valitorum, consiliariorum, et sequacium quorumcumque ipsius, ac eidem adherencium in hac parte, et si predicti fautores, complices, adjutores, valitores, consiliarii, et sequaces Persone Ecclesiastice fuerint, cujuscumque gradus, ordinis, dignitatis, auctoritatis, et status, eciam si Legacionis, Primacie, Archiepiscopali, vel Episcopali, prefulgeant dignitate, Ecclesias, Monasteria, ceteraque Loca Ecclesiastica eorundem, necnon familiares ipsius Roberti et quorumcumque laicorum predictorum, per hanc nostram Sentenciam in hiis scriptis Ecclesiastico supponimus Interdicto, ipsumque Robertum, et omnes et singulos fautores, consiliarios, adjutores, valitores, complices, et sequaces, ac eidem adherentes in hac parte, per eandem Sentenciam privamus omnibus et singulis feudis, locacionibus, officiis, et quibuscumque Beneficiis Spiritualibus citra Archiepiscopalem et Episcopalem Dignitatem, ac, eciam Temporalibus que a quibuscumque Ecclesiis optinebant, ut sic libere illa ad ipsas Ecclesias revertantur quod Prelati et Rectores earum, aut alii ad quos id pertinebit, de hiis prorsus de voluntate disponant; necnon et Privilegiis, Indulgenciis, Graciis, et Libertatibus, et Immunitatibus, realibus et personalibus, eisdem hactenus ab Apostolica Sede concessis, et omni comodo eorundem. Vassallos, vero, subditos, et homines eorundem a juramento Fidelitatis, quo eisdem fore noscitur astricti, et quibuscumque obligacionibus quibus tenentur eisdem, per hanc nostram Sentenciam absolvimus, et pronunciamus eosdem vassallos supradictos et homines eorundem a juramento hujusmodi et obligacionibus quibuslibet, quibus tenentur eisdem, tenore Presencium absolutos; ipsosque vassallos et subditos ac homines, Roberti fautores, consiliarios, adjutores, complices, sequaces, ac eidem in hac parte adherentes predictos, a dominio et subjeccione ipsorum per eandem Sentenciam eximimus, omnesque obligaciones, conspiraciones, pacciones, et convenciones, factas inter dictum Robertum aut quoscumque alios, super adjutorio, subsidio, vel favore, dicto Roberto de Brus, circa invasionem vel inpugnacionem Regni Anglie, aut Hibernie vel Wallie Parcium, predictorum, seu quarumvis terrarum vel insularum dicti Regis Anglie, quomodolibet impendendo, per quas dicte Pacis negocium impeditum est hactenus, et impediri aut differri poterit in futurum; eciam si colligaciones, aspiraciones, et confederaciones, pacciones, et convenciones ipse juramento sint vel promissione vallidate seu vallate penarum adjeccionibus, obligacionibus, vel stipulacionibus quibuscumque, dissolvimus et dissolutas fore, tenore Presencium, denunciamus. Ad hec, cum juramentum vinculum iniquitatis esse non debeat, juramenta quecumque, sub quibuscumque modo, forma, vel expressione verborum, super hoc a quibuscumque prestita, Auctoritate eadem relaxamus. Ceterum, si inter fautores, consiliarios, adjutores, valitores, et sequaces ejusdem Roberti, aut eidem nichilominus in hac parte adherentes, alique Persone Ecclesiastice,

Interdictum

Seculares vel Religiose fuerint, eciam si alique earundem Legacionis, Primacie, Archiepiscopali, vel Episcopali, vel alia quavis publica prefulgeat dignitate, nos ipsos, et eorum quemlibet, ad Administracionem Spiritualium et Temporalium Ecclesiarum suarum, per hanc nostram Sentenciam in hiis scriptis, suspendimus, et suspensos ab Administracione hujusmodi nunciamus. Rursus, si memoratus
fo 136. Robertus ejusque fautores, consiliarii, adjutores, valitores ac sequaces, ac eidem adherentes in hac parte, Sentencias hujusmodi per xx dies animis sustinuerint obstinatis, nos ex tunc, ut ex nunc, ipsos Robertum, fautores, consiliarios, adjutores, valitores, conspiratores, et sequaces, ac eidem adherentes, intestabiles, ita quod nec condere Testamentum, nec ad cujusquam ex Testamento, vel ab intestato, possint successionem admitti, ac inhabiles et indignos ad honores et quelibet Officia publica optinenda vel excercenda inposterum, reddimus, Auctoritate predicta, per hanc nostram Sentenciam, tenore presencium Literarum.—Ad hec filios et nepotes, descendentes ab eisdem Roberto, turbatoribus et impeditoribus Pacis hujusmodi, fautoribus, consiliariis, adjutoribus, valitoribus, complicibus, et sequacibus ejusdem Roberti, in hac parte eidem adherentibus laicis, usque ad secundum gradum, inhabilitamus per hanc nostram Sentenciam, in hiis scriptis, et inhabiles reddimus, et fore inhabiles decernimus, ad quecumque Ecclesiastica Beneficia optinenda; scituri quod ad penas alias, Spirituales et Temporales, contra dictum Robertum et in hac parte adherentes eidem, si in sua diucius pertinacia perdurarint, sicut nobis expedire videbitur ipsorumque requirit contumacia et suadebit justicia, procedemus.—Ut, igitur, hujusmodi Processus nostri ad communem omnium noticiam deducantur, volumus, vobisque sub penis predictis et infrascriptis districte precipiendo mandamus, quatinus vos, Domini Archiepiscopi et Episcopi, Cartas sive membranas Processus continentes eosdem, sub sigillis vestris, in majorum et aliarum solempnium Ecclesiarum, vestrarum Civitatis et Diocesis, appendi vel affigi hostiis seu super liminare faciatis, que Processus nostros hujusmodi, suo quasi sonoro preconio et patulo manifestent; ita quod inobedientes ipsi, si qui—quod absit—fuerint, quos Processus inde contingunt, nullatenus possint illorum ignoranciam allegare,—cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum quod tam patenter omnibus publicatur.—Quod si premissa non feceritis, aut in premissis negligentes fueritis vel remissi, vel nostris in hac parte non parueritis Mandatis cum effectu, nos vobis Dominis Archiepiscopis et Episcopis, quibus ob vestrarum reverenciam Dignitatum differre volumus in hac parte, ex nunc ut ex tunc, Auctoritate prefata, Monicione premissa Canonica, ingressum Ecclesie interdicimus in hiis scriptis. Quod si Interdictum hujusmodi sustinueritis per sex dies, in hiis scriptis suspendimus a Divinis, ac in vos, et in omnes et singulos alios Prelatos, Seculares et Regulares, exemptos et non exemptos, quorumcumque Ordinum et Religionum existant, si in premissis non parueritis et non parueritis, ut prefertur, Excommunicacionis Sentencias ferimus in hiis scriptis.—In quorum omnium testimonium presentes Literas sive Processus scribi et regestrari fecimus, nostrorumque sigillorum appensione muniri.—Datum apud Dovere, Cantuariensis Diocesis, die xiiij^a Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo CCC^mo. xviij, et Pontificatus predicti Sanctissimi Patris, Domini Johannis, Divina Providencia Pape XXII^di., Anno Tercio.

Processus dictorum Cardinalium, habitus apud Notyngham, continens duas Bullas dumtaxat; Primam, videlicet, intitulatam supra De Pace, *et Quintum intitulatam* De Interdicto, *super Excommunicacione Roberti de Brus et complicum et fautorum suorum, et Denunciacione eorundem:—*

Miseracione Divina Gaucelinus etc., *ut supra, in alio Processu*—salutem et sinceram in Domino caritatem.—Literas Apostolicas, vera bulla plumbea more Romane Curie bullatas, patentes, integras, omni suspicione carentes, directas nobis per Sanctissimum in Christo Patrem et Dominum, Dominum Johannem, digna Dei Providencia Papam XXII, recepimus; quarum tenor sequitur in hec verba,—Johannes Episcopus, Servus servorum Dei, dilectis filiis Gaucelino, etc. (*ut supra*), salutem, etc.—Rex excelsus, summi Regis Filius, Princeps Pacis, Qui facit concordiam in Sublimibus Suis, et Arcem possidet Unitatis, etc., *ut supra in Prima Bulla Processus precedentis.*—Item, Johannes Episcopus, Servus, etc., Gaucelino, etc.—Crescit facile in inmensum inpunita temeritas, etc., *ut supra in ultima Bulla precedentis Processus.*—Sane, ad execucionem nobis injunctorum per Sedem Apostolicam, que ex predictarum colligi possit continencia Literarum, etc., *ut supra in alio Processu usque ibi*—inposterum verisimiliter presumantur. *Et tunc sequitur,*—Nos, qui, tanquam Pacis Angeli,

ad Pacis semitas exequendas fuimus destinati, tam enormes injurias dissimulare ulterius nequeamus, cum jam probosa predictorum vota discriminum, longe lateque diffusa per Populos, ad tam contagiose perseveritatis exemplum iniquorum animos concitaverint, et ne nimium misericordes fuisse, aut pocius involvi negligencie laqueis judicemur, cum supra debitum ipsius Roberti suorumque complicum et fautorum emendam expectaverimus, neque redierint ad cor, prepediente humani generis inimico, sintque tales, ut videtur, qui perire magis appetunt quam parere, volentes pocius a funccionibus separari Dominicis quam
fol. 136b in suis obstinatis facinoribus superari; confidentes in Domino quod menciatur tandem ipsis iniquitas, et, quibus hactenus abstulit execrabilis inpericia rebellionum consilium, tribuat vexacionis austeritas intellectum, cum justum sit ut iidem et qui in circuitu eorum sunt experimento senciant quam periculose desipiunt qui Mandatis Apostolicis reluctantur, et considerantes attencius quod inmensum extollitur impunita temeritas, et licencia que juris racione non cogitur justis semper racionibus obluctatur; volentesque preteritis providere periculis, et futuris quibus poterimus remediis obviare, presertim cum ad nos fama plurimorum pertulit eundem Robertum et ejus sequaces, complices, et fautores Castra aliqua ipsorum Regis et Regni Anglie obsedisse, ac suos paravisse excercitus ad invadendum, obsidendum, et occupandum Castra, terras, et jura Domini Regis et incolarum Regni Anglie predictorum, propter que Pacis prosecucio nedum retardatur, immo et pocius totaliter impeditur,—premissaque sunt adeo notoria et publica quod nulla possunt tergiversacione celari.—predictas injurias, Sedi Apostolice et nobis allatas, inultas transire permittere minime debeamus; vobis et cuilibet vestrum in solidum, ad quod faciendum et efficaciter exequendum alter vestrum alterum non expectet, nec alter pro altero se excuset, set ad quem primo presentes Litere pervenerint, id primitus studiosius exequatur, in virtute sancte Obediencie et sub penis infrascriptis districte precipiendo mandamus quatinus memoratum Robertum, nominatim et specialiter, et omnes et singulos fautores, complices, adjutores, valitores, consiliarios, et sequaces et adherentes eidem in hac parte generaliter, in Ecclesiis, dum Missarum celebrabuntur solempnia, et Curiis vestris dum ibidem Causarum strepitus agitabuntur, sermonibus et congregacionibus publicis quibus vobis videbitur faciendis, populo in eisdem astante fideli, palam et publice, singulis Diebus Dominicis et Festivis, extinctis candelis, campanis pulsatis, quos nos nichilominus denunciamus, tenore Presencium Literarum, tamdiu excommunicatos denuncietis, vitetis, et denunciari et vitari a vestris subditis arcius faciatis, donec de predictis inobedienciis, rebellionibus, excessibus, invasionibus, congressionibus, et occupacionibus, satisfaccionem impenderint competentem et Mandatis Apostolicis paruerint humiliter, ut tenentur, ac a predictis Sentenciis Absolucionis beneficium meruerint optinere; sciturí quod ad penas alias spirituales et temporales contra dictum Robertum et in hac parte adherentes eidem, si in sua diucius pertinacia perduraverint, sicut nobis expedire videbitur ipsorumque requiret contumacia et suadebit justicia, procedemus.—Ut, igitur, hujusmodi nostri Processus ad communem omnium noticiam deducantur [*and so forth, verbatim, to the end of the Document, as on page* 361 *line* 22].—Datum Notynghamie, Eboracensis Diocesis, die decima nona mensis Augusti, Anno Domini M°. CCC^mo^. xviij°, Pontificatus predicti Sanctissimi Patris, Domini Johannis, Divina Providencia Pape XXII^di^ Anno Secundo.

Miseracione Divina Gaucelinus, etc., *ut supra in Primo Processu.*—Literas Apostolicas, vera bulla, plumbea et filo canapis, more Romane Curie, bullatas, patentes, integras [*etc., ut supra*], recepimus; quarum tenor sequitur in hec verba:—Johannes, Episcopus, etc. [*ut supra*],—Personam carissimi in Christo Filii nostri, Edwardi, Regis Anglie Illustris, ejusque Regnum inclitum, ea dileccionis sinceritate prosequimur, ut, suum dictique Regni statum a guerrarum
fol. 137. fluctibus liberum et a discriminibus turbacionis inmunem paternis desideriis affectantes, ad procurandum tranquillitatem et quietem illius oportunum Apostolice Sedis favorem, quantum cum Deo possumus, liberaliter impendamus, quatinus Rex ipse, securitate sibi ab insidiis emulorum indulta, utilitatibus propriis liberius possit intendere, seque ad assumendum negocium Terre Sancte, nostris precordiis non mediocriter insidens, ad quod—ut asserit—ferventer anelat (*sic*), habilius valeat preparare, cunctaque, sicut displicenter audivimus, ipsorum Regis et Regni pax et optanda tranquillitas nedum sit forinsecis guerrarum turbinibus perturbata, set et intestinis periculose lacerata scissuris, dum nonnulli Magnates et Nobiles dicti Regni, spreto Fidelitatis debito, ab ipsius Regis obediencia se subducunt, et tam illi quam alii in ipsum Regem, et

Regnum predictum, et Terram suam Hibernie, impugnacionis et invasionis reprobande conatus excercent; nos, eidem Regi et Regno, premisse consideracionis intuitu, circa id quantum in nobis est prospici cupientes, in omnes et singulos, cujuscumque sint preeminencie, dignitatis, aut status, qui Regem ipsum, Regnum, et Terram predictam aut eorum partem invadere, vel Regnum ipsum et Terram, contra Regem eundem, cum armis vel sine armis, intrare presumpserint, aut alias eorum pacem et tranquillitatem injuste turbaverint, seu hujusmodi turbatoribus aut invasoribus in pecunia, equis, vel armis, vel aliis, circa hec prestiterint auxilium, consilium, vel favorem, publicum vel occultum, Excommunicacionis in personas, et Interdicti Sentencias in Terras eorum, auctoritate Presencium promulgandi, a qua, quidem, Excommunicacionis Sentencia, sine speciali Mandato Sedis Apostolice, nisi forsan in mortis articulo, absolvi nequeant; in quo, eciam, si fuerint absoluti, et ipsos contigerit sanitati restitui, nisi satisfecerint infra mensem, eadem Sentencia eo ipso ligentur; necnon ad quascumque alias penas, spirituales et temporales, contra illos debite procedendi; et insuper hujusmodi Sentencias atque penas, ubicumque et quocienscumque expedire videritis, et precipue in locis maritimis seu mari vicinis, per vos, vel alium seu alios solempniter publicandi, ac omnes pacciones, obligaciones, confederaciones, et colligaciones, circa premissa vel eorum aliquod factas, juramento vel quacumque firmitate alia roboratas, nullas, irritas, et viribus vacuas nunciandi, vacuandi, seu dissolvendi, irritandi, et revocandi, quatenus de facto processerint; necnon et juramenta circa id prestita, prout secundum Deum expedire videritis, relaxandi, et alia que circa premissa et ea tangencia fuerint oportuna, mediante justicia, faciendi, non obstantibus quibuscumque Commissionibus, super predictis vel eorum aliquo, vobis, aut quibuslibet aliis alias per nos factis; quibus, tamen, per hoc non intendimus derogare, set eas volumus in suo vigore manere; aut si aliquibus a Sede Apostolica sit indultum sub quacumque forma vel concepcione verborum, quod excommunicari vel eorum terre Ecclesiastico Interdicto supponi non possint, per Literas Sedis ejusdem non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mencionem; et qualibet alia dicte Sedis Indulgencia, generali vel speciali, cujuscumque tenoris vel expressionis existat, per quam effectus Presencium impediri possit vel quomodolibet retardari; vobis aut vestrum alteri plenam et liberam concedimus, tenore Presencium, facultatem.—Datum Avinionie, iiij^to Kalendas Januarii, Pontificatus nostri Anno Secundo [29 Dec., 1318].

Item, Johannes Episcopus, Servus, etc., Gaucelino, etc. [*ut supra*].—Crescit facile in inmensum inpunita temeritas, etc., *ut supra, in ultima Bulla Primi Processus.*—Sane sic prudenter prescindenda sunt scandala ut succedant bona salubrius, quodque, votivo offendiculo segregato, facilior occurrat aditus ad optata. Attendentes, itaque, quod Dominus noster, Summus Pontifex, salutis, pacis, et concordie Illustris Regis Anglie, Regnorum et Parcium predictorum, ac incolarum ipsarum, zelator precipuus, ad ea nos miserit que sunt honoris Dei et Romane Ecclesie, ac status pacifici et tranquilli Regis et Regnorum ac Parcium incolarum predictorum, nos, precavere volentes ne guerrarum turbacio que solet interdum in talibus afferre periculum Processui nostro, super injunctis nobis a Sede Apostolica, et circa ea—quod absit—aliquid difficultatis opponat, necnon Mandatis Apostolicis humiliter obedire et injuncta nobis in hac parte efficaciter exequi, ut tenemur; cum, consideratis circumstanciis plurimis, infrascripta fieri debere nobis expediencia videantur, tum quia nonnulla Castra et Ville Regni et Terre predictorum ac gentis Regis ejusdem Anglie per quosdam invasa fuerint nequiter et aggressa, ac nichilominus occupata; tum, eciam, quia invadi ac aggredi et occupari periculosius formidantur, prout hec ad nos fama pertulit plurimorum, et propterea pacis et concordie prosecucionis injuncte nobis non est dubium impediant effectus, monemus Auctoritate predicta primo, secundo, tercio, et peremptorie, ac tenore Presencium salubribus in Domino monitis exhortamur Nobilem Virum, Robertum de Brus, Regnum Scocie gubernantem, necnon omnes et singulos Archiepiscopos, Episcopos, et Prelatos, et Personas Ecclesiasticas quascumque, omnesque et singulos Magnates, Nobiles, et quoslibet alios, Regnorum Anglie et Scocie et Parcium predictorum incolas, et quoscumque alios Regnorum et Terrarum ac Parcium quorumcumque, cujuscum-
fol. 137b que sint preeminencie, dignitatis, auctoritatis, condicionis, aut status, ipsaque (*sic*) injungimus et, tenore Presencium, inhibemus quod Serenissimum Principem, Dominum Edwardum, Dei gracia Regem Anglie, aut Regnum Anglie, et Terram suam predictam, aut eorum partem hostiliter invadere, vel Regnum Anglie et

Terram predictam Ibernie, contra Regem ipsum, aut in ipsius Regni Anglie et Parcium predictorum prejudicium, cum armis vel sine armis, intrare, aggredi, aut occupare, absque consensu et voluntate ipsius, aliquatenus non presumant; quodque ab invasionibus et aggressionibus ac occupacionibus hujusmodi, si quas fecerint, omnino desistant, nec alias pacis et concordie prosecucionem nobis injunctam, aut pacem et tranquillitatem Regis et Regni et Parcium predictorum aliquatenus impediant vel conturbent, aut turbatores quoslibet et invasores Regis et Regni Anglie et Parcium Ibernie predictorum, in pecunie, equorum, vel armorum, aut aliorum quorumcumque subsidio coadjuvent quoquo modo, sive prestent ipsis invasoribus, aggressoribus, et occupatoribus, consilium, auxilium, vel favorem, per se vel alium seu alios, publicum vel occultum. Quod si dictum Dominum Regem aut Regnum Anglie, et Terram predictam Ibernie, contra Regem ipsum aut in ejus prejudicium, cum armis vel sine armis, intrare presumpserint, aut ab invasionibus et aggressionibus ac occupacionibus hujusmodi non destiterint, aut alias pacis et concordie prosecucionem nobis injunctam, ac pacem et tranquillitatem Regis et Regni Anglie et Parcium predictorum impediverint aut conturbaverint, aut turbatores quoslibet et invasores, aggressores, ac occupatores Regis et Regni Anglie et Parcium Ibernie predictorum, in pecunie, equorum, armorum, aut aliorum quorumcumque subsidio coadjuvaverint, seu prestiterint ipsis invasoribus, aggressoribus, et occupatoribus consilium, auxilium, vel favorem, per se vel alium seu alios, publicum vel occultum, nisi infra x dies a tempore Publicacionis et Notificacionis Presencium continue computandos, quorum tres pro primo, et tres pro secundo, et reliquos quatuor ipsis Roberto, et invasoribus, turbatoribus, et aggressoribus et occupatoribus, et eorum singulis, pro tercio et peremptorio termino et Monicione Canonica assignamus, destiterint a predictis et singulis predictorum, aut contra moniciones et exhortaciones nostras hujusmodi fecerint, aut presentibus mandatis nostris vel monitis non paruerint, cum effectu; nos, predicta Apostolica Auctoritate nobis in hac parte commissa, in eundem Robertum de Brus, Regnum Scocie gubernantem, et in omnes et singulos Magnates et Nobiles, aut quoscumque alios Anglie et Scocie Regnorum et Terrarum aut Parcium predictorum, seu aliorum Regnorum et Parcium quorumcumque incolas, et in omnes et singulos complices, adjutores, valitores, consiliarios, fautores, et sequaces ejusdem Roberti et aliorum Magnatum et Nobilium predictorum, cujuscumque preeminencie, dignitatis, auctoritatis, et condicionis aut status existant, qui Regem ipsum, aut Regnum Anglie et Terram Ibernie memorata, aut partem eorum quamcumque, hostiliter invadere, aggredi, occupare, vel Regnum et Terram predicta, contra Regem ipsum et in ejus prejudicium, cum armis vel sine armis, intrare aliquatenus presumpserint, seu qui ab invasionibus, aggressionibus, et occupacionibus, jam factis et inposterum faciendis, omnino non destiterint, aut alias pacis et concordie predictarum prosecucionem nobis injunctam, ac pacem et tranquillitatem Regis et Regni et Parcium predictorum aliqualiter impediverint aut conturbaverint, ac turbatoribus quibuslibet et aggressoribus ac invasoribus Regis et Regni Anglie ac Parcium Ibernie predictorum, in pecunie, equorum, armorum, aut aliorum quorumcumque subsidio juvaverint, sive prestiterint dicto Roberto et ipsis invasoribus, aggressoribus, et occupatoribus consilium, auxilium, vel favorem, per se vel alium seu alios, quomodolibet, publicum vel occultum, nisi intra predictum terminum a premissis destiterint, et ea que ipsis injungimus et singula eorundem non compleverint cum effectu, ex nunc ut ex tunc, Monicione premissa Canonica, Auctoritate prefata, Excommunicacionis Sentencias ferimus in hiis scriptis. Terras, vero, ipsius Roberti, ac Magnatum et Nobilium predictorum, necnon complicum, adjutorum, valitorum, consiliariorum, fautorum, et sequacium dictorum Roberti, et aliorum quorumcumque Magnatum et Nobilium predictorum, si qui fuerint, qui contra moniciones et mandata nostra aliquid acceptaverint, et nostris monicionibus et mandatis non paruerint, ut premittitur, cum effectu, in hiis scriptis, per hanc nostram Sentenciam Ecclesiastico supponimus Interdicto. Archiepiscopis, vero, et Episcopis, quibus ob reverenciam Pontificalis Dignitatis deferre volumus in hac parte, si qui fuerint dictorum Roberti aliorumque quorumcumque Magnatum et Nobilium, in et super premissis, adjutores, valitores, consiliarii, fautores, quomodolibet, aut sequaces, contra moniciones et mandata nostra hujusmodi faciendo, aut qui pacis et concordie predictarum prosecucionem nobis injunctam, aut pacem et tranquillitatem Regis et Regni Anglie ac Parcium predictorum aliqualiter impediverint aut turbaverint, ac dictum Robertum, aut alios

turbatores quoslibet et aggressores, et invasores et occupatores Regis et Regni Anglie ac Parcium Ibernie predictorum, in pecunie, equorum, armorum, aut aliorum quorumcumque subsidio juvaverint, sive prestiterint dicto Roberto et ipsis invasoribus, aggressoribus, et occupatoribus, consilium, auxilium, vel favorem, per se vel alium seu alios, quomodolibet, publicum vel occultum, ex nunc ut ex tunc, Auctoritate prefata, premissa Monicione Canonica, in hiis scriptis, ingressum Ecclesie interdicimus; et si Interdictum hujusmodi per iiij^or
fol. 138. dies dictos decem immediate sequentes sustinuerint, ipsos et eorum quemlibet suspendimus a Divinis. Quod si Interdictum et Suspensionem hujusmodi per alios vj dies, predictos xiiij immediate sequentes, sustinuerint, animis induratis, nos in ipsos et eorum singulos, necnon in quoscumque Electos Abbates, Priores, Decanos, Prepositos, et quascumque alias Personas Ecclesiasticas, Seculares et Regulares, quorumcumque non mendicancium sive mendicancium Ordinum, cujuscumque status, gradus, ordinis, vel condicionis fuerint, dictorum Roberti, aliorumque quorumcumque Magnatum et Nobilium in et super premissis adjutores, valitores, consiliarios, fautores, quomodolibet, aut sequaces, contra moniciones et mandata nostra hujusmodi faciendo, aut qui pacis et concordie predictarum prosecucionem nobis injunctam, aut pacem et tranquillitatem Regis et Regni Anglie et Parcium predictorum aliqualiter impediverint aut turbaverint, ac dicto Roberto aut aliis turbatoribus quibuslibet, et aggressoribus ac invasoribus Regis et Regni Anglie ac Parcium Ibernie predictorum, in pecunie, armorum, equorum, aut aliorum quorumcumque prestacione subsidium prestiterint, sive dederint dicto Roberto et aliis invasoribus, etc., consilium, auxilium, vel favorem, per se vel alium seu alios, quomodolibet, super premissis, publicum vel occultum, ex nunc ut ex tunc, Auctoritate predicta, premissa Monicione Canonica, in hiis scriptis Excommunicacionis Sentencias promulgamus; Ecclesiasque Archiepiscoporum et Episcoporum, et illas, ac Monasteriorum quorumcumque Prelatorum predictorum, per hanc nostram Sentenciam Ecclesiastico supponimus Interdicto; ad penas alias Spirituales et Temporales, sicut nobis expedire videbitur, contra dictum Robertum et quoscumque alios facientes contra Moniciones et Mandata nostra hujusmodi, ac non parentes eisdem effectualiter, juxta potestatem nobis super hoc per dictas Literas Apostolicas attributam, prout requiret eorundem excessuum protervitas et juris permittet equitas, processuri. Porro, ut nichil de contingentibus obmittamus, et ne aliqui quarumcumque paccionum, obligacionum, confederacionum, aut colligacionum, circa premissa vel eorum aliqua factarum, hactenus se valeant super premissis aliquatenus excusare, nos, Auctoritate predicta, nobis in hac parte commissa, omnes et quascumque pacciones, obligaciones, confederaciones, et colligaciones, generales et speciales, circa predicta vel aliquod predictorum, inter quascumque Personas factas, eciam penarum apposicione, juramento, vel quacumque firmitate alia roboratas, per hanc nostram Sentenciam in hiis scriptis, dissolvimus, annullamus, irritamus, ut omnino viribus vacuas, et eas, quatenus de facto processerint, eciam revocamus, ipsasque nullas, irritas, et viribus quibuslibet vacuas nunciamus, Auctoritate qua supra, tenore Presencium Literarum; juramenta, vero, circa premissa prefata, a quibuscumque quibusvis Personis, cum Persone que juramenta talia prestiterint ad nos accesserint vel sufficientes Procuratores propter hoc ad nos miserint, relaxare studebimus, prout secundum Deum animabus transgrediencium salubrius videbimus expedire. Verum, quia hujusmodi nostrorum Processuum, Monicionum, Exhortacionum, et Sentenciarum Edictum ad singulorum quorum interest, intererit, vel interesse poterit, proferri noticiam affectamus, ut contra Processus ipsos cujuslibet ignorancie et calumpnie tollatur occasio, dictos nostros presentes Processus per vos et vestrum singulos decrevimus et, tenore Presencium, decernimus publicandos. Quare vobis, Dominis Archiepiscopis et Episcopis, ceterisque Prelatis et Personis Ecclesiasticis supradictis, exemptis et non exemptis, in dictis Regnis Anglie et Scocie ac Terris Ibernie et Wallie, aut Regnis et Terris aliis, constitutis, et aliis ad quos Processus nostri presentes pervenerint, Auctoritate Apostolica nobis in hac parte commissa, districte precipiendo mandamus vobis et vestrum singulis, in virtute Sancte Obediencie et sub pena Excommunicacionis districcius injungentes, quatinus predictos nostros Processus, Moniciones, Sentencias, et Mandata, ac alia omnia et singula in nostris presentibus Literis annotata, infra octo dies postquam Litere ipse ad vos pervenerint, in Ecclesiis vestris, astante ibidem Populo Fideli, dum celebrabitur Major Missa, solempniter publicetis, semel et pluries, diebus et locis aliis, sicut vobis et vestrum singulis videbitur expedire, ac eundem Robertum de Brus, Regnum Scocie gubernantem, special-

iter, nominatim, et publice, et omnes alios et singulos qui Monicionibus et Mandatis nostris—immo, vero, Apostolicis—in hac parte non paruerint cum effectu, generaliter, palam, et publice, singulis Diebus Dominicis et Festivis, pulsatis campanis, et candelis accensis, denuncietis excommunicatos, Terrasque eorum Interdicto Ecclesiastico subjacere tamdiu donec a predictis invasionibus, aggressionibus, occupacionibus, consiliis, auxiliis aut favoribus et impedimentis ac turbacionibus omnino destiterint, et Mandatis nostris—immo, verius Apostolicis—paruerint cum effectu, et Absolucionis beneficium a Sentenciis hujusmodi, quarum Absolucio est, ut premittitur, Sedi Apostolice reservata, specialiter meruerint optinere; certificantes nos quam cito comode poteritis, per vestras Literas Patentes, quibus super premissis fidem plenam adhibebimus,
fol. 138b qualiter executi fueritis supradicta, et de nominibus et personis illorum singulariter singulis qui contra premissa facere et nostris presentibus Monicionibus et Mandatis, cum vobis primum constiterit, presumpserint contraire. Ut, igitur, hujusmodi nostri Processus ad communem omnium noticiam deducantur, volumus, ac vobis et singulis vestrum, sub penis infrascriptis, districte precipiendo, mandamus quatinus Cartas sive membranas Processus continentes eosdem, sub sigillis vestris, in majorum Cathedralium et aliarum Solempnium, mari potissime vicinarum, vestrarum Civitatum et Diocesium, appendi vel affigi hostiis seu super liminaribus faciatis, que Processus nostros hujusmodi suo quasi sonoro preconio et patulo indicio manifestent; ita quod inobedientes ipsi, si qui—quod absit—fuerint, quos Processus inde contingunt, nullatenus possint ignoranciam allegare; cum non sit verisimile remanere quoad ipsos incognitum vel occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Quod si premissa non feceritis, aut in premissis negligentes fueritis vel remissi, vel nostris in hac parte Mandatis non parueritis cum effectu, nos vobis Dominis Archiepiscopis et Episcopis, quibus ob vestre reverenciam dignitatis defferre volumus in hac parte, ex nunc vel ex tunc, Auctoritate prefata, Monicione premissa Canonica, ingressum Ecclesie interdicimus in hiis scriptis. Quod si Interdictum hujusmodi sustinueritis per sex dies, vos in hiis scriptis suspendimus a Divinis, ac in vos et in omnes et singulas Personas Ecclesiasticas, Regulares et Seculares, exemptas et non exemptas, quorumcumque Ordinum et Religionum existant, si premissis non parueritis vel paruerint, ut prefertur, Excommunicacionis Sentenciam, Monicione Canonica premissa, ferimus in hiis scriptis. In quorum omnium testimonium presentes Literas scribi et regestrari fecimus, nostrorumque sigillorum appensione muniri.—Datum Notynghamie, Eboracensis Diocesis, die xix mensis Augusti, Anno Domini M° CCC° xviij°, Pontificatus prefati Sanctissimi Patris, Domini Johannis, Divina Providencia Pape XX II^di, Anno Secundo. —folios 131b—138b.

Scottiscumbe, Richard de, collated to the V. of Farringdon; 82b: resigns; 83b: inst. to the Chantry of St. Thomas-on-the-Bridge, Barnstaple; 145.

Scut, Robert le, *see* Bosham; 15b.

Seal, discovery of a forged Duplicate of the Bishop's,—*Commission directed to his Official Principal:*—

Cum transmissum nobis per vos quoddam Sigillum plumbeum, adinstar Sigilli nostri majoris falso et subdole fabricatum, jam receperimus, ex hoc in animo non immerito conturbati; nosque, facta subsequenter collacione hujusmodi Sigilli falsi cum nostro proprio Sigillo vero, in nonnullis ipsorum partibus discordancias invenerimus manifestas; cupientes, modis et viis licitis quibus poterimus, de hiis qui, hujusmodi Sigillum plumbeum fabricando, crimen ex hoc falsi temere commiserunt, consiliariis eciam et fautoribus eorundem, effici cerciores, vobis, tenore Presencium, committimus et mandamus quatinus, cum per nos, longe extra nostram Diocesim ex certis variis et arduis negociis agentes ad presens, premissa comode nequeant expediri, de hujusmodi falsariis, consiliariis, eciam, et fautoribus eorundem, ut premittitur, et de ceteris circumstanciis universis, nichil de ipsis penitus omittentes, diligenter et cum omni cautele studio debite inquirere studeatis plenariam veritatem. Ad que omnia et singula, una cum potestate pronunciandi et hujusmodi malefactores in hac parte debite puniendi, ac, eciam, omnia alia et singula faciendi que in hac parte necessaria fuerint vel, eciam, oportuna, vobis vices nostras, cum Canonice cohercionis potestate,

committimus per Presentes.—Datum apud Horsleghe, xxix die mensis Marcii, Anno Domini Millesimo CCCmo septimo decimo; 118b.

Seaton [Setone, MS.], *see* Offwell; 169b.

—Roger, Vicar of,—"Licencia visitandi Ecclesiam de Vendome, in Partibus transmarinis, causa Perigrinacionis." He was to return to his Parish within a month (17 April, 1309); 40b.

The Tithe of Royal Fish,—

Memorandum quod xxiiij die Octobris, apud Nywenham, Dominus optinuit xv pecias graspesii, nomine decime, de Domino Willelmo [*Gladwyne*], Vicario Ecclesie de Setone; quas idem Willelmus, nomine Episcopi, de parochianis suis recepit, hujusmodi nomine decime.—Item, xxv die Octobris, apud Parvam Wyndesore, recepit per manus Domini Willelmi, Vicarii Ecclesie de Setone, xij pecias de graspesio, nomine decime prenominate, de Willelmo de Gravestone et Johanne Craf, parochianis dicte Ecclesie de Setone; 44b.—*See* Vol. I., page 287.

Secchevyle, ... de, Canon of St. Crantock, deceased; 67.

Sefford, Rd. de, collated to Cheriton-Bishop; 114b.

Segrave, Gilbert de, Bishop of London; 81b.

Seler, Richard le, *see* "Wills"—Wyger, Henry; L 201b.

Senebaud, Philip (of Exeter), clerk; L 190b.

Seneschal, Bartholomew le, R. of St. Erme, deceased; 142.

Seneschal, John le; (*see* page 4).

Seneschal, Oliver le, Canon-Regular of Bodmin; 39, 71.

Seneschal, Richard le, inst. to Whitstone (*Cornwall*); 55b.

Seneschal, Rob. le, collated to Lelant; 49b: inst. to St. Mawgan-in-Kirrier; 182. *See* St. Constantine (*Inst.*); 57b, 60.

Sernon, Geoffrey de, *see* St. Michael's-Mount (*Inst.*); 114.

Servat, William, a merchant; L 207b.

Servyngtone, David de and Alianora, *see* "Oratories."

Servyngtone, John de, inst. to Creacombe; 63: Eggesford; 84b.

Secheforde, Wm. de, inst. to Northmolton; 42b, 75: resigns; 148.

Setone, Walter de, inst. to Denbury; 100b: collated to Morchard-Bishop; 142b.

He was commissioned to prove Wills, 17 April, 1322, 167b (*see* Giffard, Walter).—The Bishop grants him an Annual Pension of ten Pounds (24 Sept., 1324); 181b: collated to a Prebend in Crediton; 184b.—*See* Philleigh (*Inst.*); 144b: Axmouth (*Inst.*); 156: Coadjutors; 168.

Seynt Moys, Peter de, Prior of St. James's Priory, Exeter, deceased; 85b.

Seys, Richard le, Canon-Regular of Bodmin; 71.

Schakespere, Symon de, collated to Arlington; 35b; Dispensation for non-residence—"vj Kalendas Januarii" (27 Dec.), 1308; 37b.

Sherborne, The Abbat and Convent of, present to Abbotskerswell; 157b: Seaton; 161b.

Schireburne, William de, R. of Bratton[-Fleming ?]; 37b, 47.

Sherwill [Schirewille, MS.],—

Stephen de Columbers, clerk, R.,—Dispensation: non-residence for two years, to study, etc. (19 Feb., 1310-11); 59b: again (subdeacon), for three years from Michaelmas (30 Aug., 1312); 73.

Shobrooke [Schockebrocke, etc., MS.],—

—Walterus, etc. Magistris Radulpho Germeyn, Precentori, Rogero de Otery, Cancellario, in Ecclesia Exoniensi, salutem, etc.—Ad dissolvendum Appropriacionem seu Annexionem Ecclesie de Schokebrock Penitenciarie in dicta Ecclesia Exoniensi, quam jam optinet Magister Johannes de Uphavene, in eadem dudum factas, si ad id ipsius Magistri Johannis voluntas accesserit et consensus; necnon Ecclesiam de Eglosheil, jam vacantem, que ante Appropriacionem et Annexionem predictas eidem Penitenciarie appropriata fuerat, ut dicitur, seu annexa, et ex causis minus legitimis extra hujusmodi Appropriacionem seu Annexionem subsequenter reducta, ad pristinum Appropriacionis seu Annexionis effectum, de consensu Capituli nostri Exoniensis—si sit ita et Canonica inventa fuerit—reducendum; vel alias ipsam Ecclesiam de Eglosheil eidem Penitenciarie, de consensu dicti Capituli, prehabitis omnibus et singulis que in hac parte requiruntur, appropriandum seu annectendum de novo, si et prout videbitur expedire; ac, eciam, omnia alia et singula faciendum super hiis et expediendum que necessaria visa fuerint vel eciam oportuna, vobis tenore Presencium committimus vices nostras, etc.—Datum apud Stockwille juxta Londonias, xxvj die mensis Julii, A.D. M° CCCmo terciodecimo, Consecracionis nostre quinto; 79.

Master Walter de Esse, deacon, (Canon of Crediton), R.,—Dispensation: non-residence for a year, to study, etc. (16 Aug., 1314); 87b.

[Sidbury [Sydebiry, MS.],—

Visitations (*by the same as at* Branscombe, No. I., *see* p. 193),—

I.—Die Jovis proxima sequente [post Festum Translacionis Sancti Benedicti—13 July], 1301.—Quo die fuerunt in Ecclesia loci predicti unus bonus Calix et alia debilior. Quatuor paria Corporalium cum repositoriis. Tria paria Vestimentorum, quorum j debile. Due Casule veteres. Viginti tualle benedicte, et ij non benedicte. Pannus lineus ad cooperiendum Altare. Tria superpellicia, cum ij rochetis. Tria superpellicia pro pueris. Pannus mortuorum. Velum Nupciale de serico. Pannus ad Patenam, stragulatum (*sic*). Alius pannus de serico. Velum Quadragesimale lineum. Pixis ad Eukaristiam eburnea, sine sera, de argento ligata. Duo Textus[1] decentes. Duo Paxilla, bene depicta. Due Cruces Processionales, de metallo, et iiij Vexilla. Quatuor Processionalia de stanno. Crismatorium stanneum cum sera. Sacrarium[2] honestum. Tres campane ad mortuos. Quatuor fiole. Et turribulum sufficiens. Ciphus pro infirmis. Baptisterium bene seratum. Unum bonum Missale; et aliud sufficiens, sine nota. Duo Gradalia, et in altero est Troparium. Duo Troparia per se, quorum aliud male ligatum et Moniale. Temporalis Legenda per se; et Legenda Sanctorum per se, male ligata. Unum bonum Portiphorium vetus, sine Psalterio. Tria Antiphonaria, quorum ij non sunt de Usu. Unum Psalterium sufficiens per se; aliud insufficiens, continens Ymnarium. Capitularium, Collectarium, et Commune Sanctorum. Ordinale bonum. Unum cofferum ad Libros, et ij forceria ad candelas. Synodus Episcopi Petri. Ala Ecclesie male cooperta; cujus coopertura differtur, quia speratur quod Dominus W. de novo reedificabit eam.

Testes Synodales,—Quatuor de Parochianis fidedigni, vocati, dicunt quod Walterus Vicarius optime se habet in omnibus, bene predicans, et Officium suum Sacerdotale laudabiliter excercens. Similiter et Clerici honeste se gerunt. De mortali peccato nichil sciunt.

Jurati,—Johannes de Hitteweye, Walterus Cole, Johannes Hisgere, Johannes de Wollecumbe, Johannes le Tanner, Henricus Herynge, Henricus Uppeclyve, Thomas Knoude, Willelmus Sutor, Willelmus de la Pynne, et Johannes Lascy, jurati, dicunt quod sunt ibi de redditu assiso, cum auxilio, et gabugo[3] molendini,

---

[1] "Liber seu Codex Evangeliorum." *D'Arnis.*

[2] "Pars Altaris ubi reponitur Ciborium."—*ibid.*

[3] *Sic*, MS.—Gablum—gablagium—gabulum—"census, tributum, reditus." —*ibid.*

xxxij*li*. Et decima valet xl marcas; molendinum v marcas. Berbiagium singulis alternis annis, xvj oves matrices sine agnis et viij hogastri, et alternis annis viij oves et xvj hogastri.[1] Valorem dominici et aliorum ad dictum Manerium spectancium extendere nesciunt. Servicia ipsorum et consuetudines in nullo mutantur. Et credunt quod Firmarius habuit, de bonis predecessoris sui, pro defectibus in predicto Manerio inventis, xl marcas, quas in construccione nove camere ex parte Australi Aule, et reparacione alterius camere ex parte Boriali, et aliarum duarum domorum per ipsum constructarum, totaliter expendit, et x marcas ultra. Et nichilominus estimant defectum grangie siliginis iiij marcis, columbarii xl*s*., et boverie de Bougcleve, xl*s*., secundum quod in proxima Visitacione estimabantur.—*Archives of the D. and C., No.* 3673, *page* 36.

II.—*Visitacio de Sidebury*, facta Die Dominica proxima post Festum Sancti Augustini [28 May], A.D. M° CCC^mo septimo,—

Deficit pannus lineus ad cooperiendum Majus Altare. Deficiunt tria superpellicia pro pueris. Deficit serura ad Eukaristiam. Quinque Vexilla. Legenda Sanctorum male ligata. Cancellus male coopertus; et est contencio inter Vicarium et Parochianos quis debeat cooperire Cancellum: et inquiritur de valore Vicarie. Navis Ecclesie male est cooperta.

Parochiani, videlicet Johannes de Hytteweye, Ricardus Byssop, Johannes de Manstone, Henricus Trone, Johannes de Filcumbe, Ricardus de Radeweye, Johannes de la Clyve, Nicholaus de Northlyncumbe, Willelmus de eodem, Ricardus de la Beare, Laurencius le Sopere, Johannes de Virga, Henricus Ysger, Willelmus Faber, et Johannes Godynche, jurati, dicunt quod Dominus Walterus, Vicarius, eos instruit in Fide secundum quod scit et ad eum pertinet, et bene se gerit et honeste; nec aliquid sciunt quod indiget correccione in Parochia. Et valet dicta Vicaria xij marcas, et Rectoria xxx*li*. Dominus W., nunc Firmarius, homines Manerii bene tenet et defendit; nullusque redditus est augmentatus vel diminutus, nisi ad voluntatem Domini. De operibus et consuetudinibus, ac consuetudinibus antiquis, liquet per custumarium; et dictus Firmarius eas tenet secundum quod invenit. Nulle sunt consuetudines de novo imposite, lege vel jure; nec aliqua est terra alienata, nec aliquis est libertati donatus. Dominicus est melioratus per presentem Firmarium in marliacione xiij acrarum et clausarum, in quatuor *li*., nec aliquid de dicto dominico alicui est concessum, prece vel precio. Gardina, pomeria, piscaria, prata, et clausa, sunt in statu quo dictus Firmarius eas recepit. Columbarium est ad terram consumptum, quod potest reparari cum ij marcis. Molendina sunt meliorata, et majus valent quam valuerunt tempore quo recepit—in quantum ignorant,—nec nunc indigent aliquali reparacione. Et idem W., Firmarius, expendit tam in ereccione domorum, videlicet in construccione camere in parte Australi Aule et emendacione camere ex parte Boriali, et construccione cujusdam stabuli juxta magnam portam, et nova vaccaria in Curia, et berbaria apud la Waterlete, et boveria apud Bohe Clyve, et porticu grangie decimalis. Summa molendino et aliis necessariis dicti Manerii, lx marce, a tempore quo stetit Firmarius. Quantum recepit a predecessore suo ignorant. Et dimittere debet successori suo iij mensas, unam pelvim cum lavatorio, et vj trestella. Et, tamen, quedam grangia que vocatur grangia siliginis, que est ruinosa, si esset prostrata non esset ad dampnum Manerii. Et potest reparari in statu quo fuit tempore quo Dominus W. firmam recepit pro x*s*. Et dicunt quod Vicarius consuevit solvere quandam annuam pensionem xl*s*., et cessavit circiter xv annos. Quedam pars muri longe grangie, longitudinis iij virgatarum et dimidie, est ruinosa; que potest reparari pro iiij*s*.—*ibid*., page 51.

Taxation of the Vicarge,—

Universis, etc., Walterus, etc., salutem, etc.—Noverit Universitas vestra quod, cum inter dilectos in Christo filios, Decanum et Capitulum Ecclesie nostre Exoniensis, ex parte una, et Stephanum, Vicarium Ecclesie de Sydebery, ex altera, occasione cujusdam annue pensionis quadraginta solidorum, eisdem Decano et Capitulo, nomine Vicarie sue predicte, per Canonicam Ordinacionem debite ab eadem, quam idem Vicarius jam per sex annos subtraxisse indebite dicebatur, mota fuisset materia questionis, tandem dicti Decanus et Capitulum, per Nicholaum Durneforde, Procuratorem eorundem, Magister Rogerus de Churletone, Archidiaconus Tottonie, et Firmarius dicte Ecclesie de Sydebury

[1] *See* page 24, *note* 2.

perpetuus, ac Dominus Stephanus, Vicarius, personaliter coram nobis, Waltero, Episcopo predicto, in Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis predicte, die Mercurii proxima post Festum Sancti Hillarii, Anno Domini Millesimo tricentesimo quintodecimo [14 Jan., 1315-16], comparentes, ut licium amfractus volentes super subdetraccione dicte pensionis, et ceteris porcionibus ad dictam Vicariam spectantibus; necnon, omni jure et possessione dictum negocium quoquo modo tangentibus in hac parte, nostre per omnia Ordinacioni alte et basse submiserunt; et expresse concesserunt quod dictam Ordinacionem nostram, in scriptis vel sine scriptis, pro nostre voluntatis arbitrio proferre possemus, omnibus litibus et Processibus Judicialibus super hoc prius habitis et Appellacionibus interpositis et interponendis renunciantes omnino, et promittentes bona fide se nullo unquam tempore contra dictam Ordinacionem venturos, set se velle in omnibus obtemperare et parere eidem. Unde nos, . . . admissa submissione antedicta, Parciumque supradictarum racionibus et juribus, coram nobis propositis, auditis et plenius discussis, virtute submissionis predicte, invocato Dei Nomine, ordinamus quod, omnibus aliis Ordinacionibus, presenti Ordinacioni nostre contrariis, evacuatis, Ordinacio olim tempore Johannis dicti Lupi, quondam Vicarii dicte Ecclesie de Sydebery, facta, cum Ordinacionis effectu inferius cum moderamine infrascripta, perpetuis temporibus robur obtineat firmitatis; videlicet, quod Vicarius dicte Ecclesie de Sydebery qui pro tempore fuerit habeat domos et ortos quos et quas Alanus, predecessor dicti Johannis Lupi, habuit, cum tota terra et prato sub via que se extendit ad grangiam de Bo eclive, versus Cotteforde, per metas dicte terre usque ad aquam que vocatur Syde, et descendendo per eandem aquam usque ad quendam rivulum descendentem a predicta grangia in aquam predictam; una cum omnibus minoribus decimis, oblacionibus, et Altaris obvencionibus, de Sydebery, sine diminucione, exceptis fabis et pisis que crescunt in novis croftis et novis ortis, et in terra forinseca. Et, ne super hoc, processu temporis, causari poterit ambiguitas, per presentem Ordinacionem declaramus quod de illis croftis et ortis intelligi debebit qui post predictam Ordinacionem, tempore dicti Johannis Lupi factam, ad culturam fabarum et pisarum sunt redacti, et quos ad id redigi contigerit in futurum. Preter hec, omnem decimam feni tocius Parochie; omnimodis decimis Manerii de Sydebery provenientibus Decano et Capitulo, aut Firmario Loci, ut Rectoribus, integre remanentibus. Et idem Vicarius reparabit omnes defectus tam Cancelli quam Ornamentorum quorumcumque ad Rectorem spectantes, et habebit meremium sufficiens de bosco Decani et Capituli, ibidem, pro prima reparacione dicti Cancelli, facienda infra biennium; et extunc ipse et successores sui, suis sumptubus, imperpetuum, agnoscent in solidum omnia onera ordinaria Rectori aut Vicario incumbencia, et, eciam, extraordinaria ipsum Vicarium secundum ejus Taxacionem contingencia. Et in recompensacionem hujusmodi oneris habebit remissionem omnium arreragiorum antiquorum pensionis debite, que se extendit ad duodecim libras, preter duas marcas, quas statim solvet Decano et Capitulo predictis, in Scaccario Exonie. Item, habet remissionem unius marce annue de antiqua pensione quadraginta solidorum, ita quod amodo portabit et solvet Decano et Capitulo predictis, in Scaccario ipsorum Exonie, duas marcas, annuatim, ad iiij^{or} anni terminos principales. Et, ne presens Ordinacio debito frustretur effectu, predictas Partes ad observacionem ejusdem, auctoritate ordinario, sentencialiter condempnamus.—In cujus rei, etc.—Datum, etc. (*ut supra*).—*Archives of the D. and C., No.* 3625, *fol.* 102.

Sydebyry, Roger de, *see* Winkleigh (*Inst.*); 41: inst. to Heavitree; 47^{b}, 52^{b}, 184^{b}.

Sydemuwe, John de, Priest-Vicar of Crediton; 67^{b}; inst. to Clannaborough; 181.—*See* Consistory Court; 172.

Silverton [Sylfeltone—(*margin*) Sylfertone],—

Roger de Sancto Constantino, R.,—Licence of non-residence, for a year from Michaelmas, "et intendendi obsequiis Regiis" (18 Sept., 1309); 43^{b}: again, "ad instanciam Magistri Ricardi de Abyndone, Baronis de Scaccario Domini Regis," for a year from Michaelmas (2 Aug., 1318); 128^{b}.

Simone, William, *fishmonger*; L 201^{b}.

Skelton, Peter de, R. of St. Stephens-by-Saltash; 45^{b}, 110^{b}.

Skewyheke, Mathias de, V. of St. Hilary; 88.

Skirpenbeck (*Yorkshire*), *see* King's Teignton, Prebend of; 88[b].

Skydemor, John de, inst. to the Preb. of Hayes; 70.

Skynard, Martin, V. of Tintagel, deceased; 162[b].

Sladacott (Sladecote, MS.), in Wyke-St. Mary; L 191.

Slade, John de la, clerk,—*Dispensacio super defectu natalium* (24 Feb., 1311-12); 69.

Slade, William de la, collated to Coleridge; 87[b]: inst. to Dean-Prior; 126.—*See* L 204, 209[b].

Slapton, *see* "Dedications"; 127.

—Sir Gilbert [de Mosselewyke]; Dispensation: non-residence till Michaelmas, 1310, "intendere obsequiis Domini [Davidis Martin], Menevensis Episcopi (7 May, 1309); 40[b]: again, till Michaelmas, 1311, to study, etc. (14 July, 1310); 53.

Smalahille, Richard de, inst. to Washford-Pyne; 101[b]: resigns; 140; inst. to St. Veep; 139.

Snel, Benedict (of Ashburton),—

Commission directed (18 Jan., 1311-12) to the Chancellor, the Archdn. of Barnstaple, and the Subdean,—"in negocio Provisionis Benedicti Snel, de Ashpertone, clerici, nostre Dyocesis, de Beneficio Ecclesiastico spectante communiter vel divisim ad Collacionem vel Presentacionem Religiosorum Virorum, Prioris et Conventus Monasterii Beati Petri de Plymptone, per Priorem soliti gubernari, Ordinis Sancti Augustini, . . . nobis a Sede Apostolica commisso, vobis conjunctim et divisim vices nostras, tenore Presencium, committimus"; 68.

Snellyng, Gonnota; *see* Alba Marlia; 50.

Snitterfield (*Co. Warwick*), 2 (pp. 5, 6).

Snou, Thomas, *see* Consistory Court; 172[b].

Sodbiry, Sir John de, Knt., presents to Lanreath; 162[b].

Soler, Henry du, inst. to the Preb. of Carswell; 42[b]: to Stoke-Damarel; 70: presented to Kenn; 169[b]: inst.; 176[b].

Somery, John de, *see* Comptone, William; 60[b].

Sor (*or* Seor), John le, presents to St. Just-in-Roseland; 45.

Sor, Philip and Mary le, *see* St. Michael-Penkevil, 148, 163.

Sor (*or* Seor), Reginald le, R. of Helland (*Ord.*) 218, 221: inst. to St. Just-in-Roseland; 45.

Soterlee, Thomas de, *see* Duntone; 154[b].

Southboclaunde, Rog. de, inst. to Lamerton, 42[b]: deceased; 171[b].

Southill [Southulle, MS.],—

John de Ferariis, R.,—Licence of non-residence till the Feast of the Purification [2 Feb.], 1309-10, to study, etc. (26 Feb., 1308-9); 38[b].

Southmolton, *see* Antony; 176[b], 177.

South Pool, *see* "Dedications"; 128[b].

South Tawton; Sir Nicholas Walwayn, clerk, R.,—

Licence of non-residence for two years, to study, etc. (26 April, 1314); 84b: again, for a year (9 Oct., 1319),—"proviso quod eidem Ecclesie deserviatur interim debite in Divinis, et animarum Cura exerceatur, etc., quodque congrua porcio de fructibus et obvencionibus dicte Ecclesie pauperibus parochianis suis assignetur"; 144: again (26 Oct., 1320), for three years, if he desired to go abroad; for one year, if he remained in England; 152b: again, till Michaelmas, 1326 (13 Feb., 1324-5); 183b.

Sparkeforde, Nicholas de, *see* "Wills"—Lovetot; L 185, etc.

Speccote, Edmund de, *see* Little Torrington (*Inst.*); 71.b

Speke, John le, inst. to Woolfardisworthy, R.; 180.

Spicer, Peter le; L 189b.—William; L 201b.

Sprengor, William, inst. to Upottery; 164.

Sprigga, Richard, collated to Landcross; 41b: inst. to Charles; 184.—*See* L 201b, 205b.

Stafforde, Sir Reginald de, priest (of the Dioc. of London),—

Inhibited from officiating in the Diocese of Exeter, from Michaelmas next following, "quousque Dimissorias Originales a suo Dyocesano habuerit, de quibus prius dictum extitit eidem,—Witnesses: Masters N. de Hele and J. de Godrevy (8 April, 1312); 71.

Stanes, Peter de, inst. to St. Creed; 139b, 143.

Stanlake, Wm. de, Abbat of Dunkeswell; Benediction of; 160.

Stanweye, John de, clerk; *Dispensacio super defectu natalium*—"de *presbitero* genitus et soluta" (28 Aug., 1310); 54b.

Stapeldone, Adam de, R. of Tedburn-St. Mary; L 213b.

Stapeldone, Sir Richard de, Knt., *see* Oratories"; 114,—

He presents to Ashwater, 56b: *See* Arundelle, John de; 115b: North Tawton (*Inst.*); 118, 167b, 177b: St. Columb-major (*Inst.*); 59: Thorney; 76: Uffculme (*Inst*); 181b: St. Michael-Penkevil; 163: Whitchurch; 165b.

Stapeldone, Robert de; R. of Tawstock; 31, 43b,—

Collated to a Preb. in Crediton; 33b: Proctor for the Bishop in Parliament; 36b: collated to a Preb. in the Cathedral; 40b: deceased; 62b, 63b. *See* Germeyn, Ralph; 55.

Stapeldone, Thomas de,—

Inst. to Lesnewth; 39: collated to a Preb. in Crediton; 40b (*see* 51b): presents to Instow; 44b: exchanges Great Torrington for Bishopsteignton; 45b: collated to a Preb. in Bosham; 60: resigns his Preb. in Crediton, and is collated to another Preb. in Bosham; 61b: collated to a Preb. in the Cathedral; 71b, 72b: R. of Exminster, which he exchanged for St. Breoke; 128b: inst. to Kilkhampton; 182: resigns St. Breoke; 183b. *See* St. Piran-Uthno; 38: Bosham (*Inst.*); 59: Harberton (*Inst.*); 75b: Thorney; 76. Vicars-General; 77, 113: Otterton Priory; 114: Benefices; 139b.

Stapeldone, Bishop Walter de,—

[*Charters granted by the Crown to the Bishop of Exeter*:—

(Devon). I.—*Pro Waltero Exoniensi Episcopo*:—Rex Archiepiscopis, etc., salutem. Sciatis nos concessisse et hac carta nostra confirmasse Venerabili Patri Waltero, Exoniensi Episcopo, quod ipse et Successores sui, Episcopi ejusdem Loci, imperpetuum habeant unum mercatum singulis septimanis per diem Sabbati, apud Manerium suum de Aspertone [*Ashburton*] in Comitatu Devonie, et unam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in

die et in crastino Sancti Laurencii. Et quod habeant unum mercatum, singulis septimanis, per diem Lune, apud Manerium suum de Chuddeleghe in eodem Comitatu, et unam feriam ibidem singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Barnabe, Apostoli. Et quod habeant unum mercatum, singulis septimanis, per diem Martis, apud Manerium suum de Clist in eodem Comitatu; et unam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Michaelis, Archangeli. Et quod habeant unum mercatum, singulis septimanis, per diem Martis, apud Manerium suum de Criditone in eodem Comitatu, et duas ferias ibidem, singulis annis, per decem et octo dies duraturas; unam, videlicet in crastino Sancti Marci, Ewangeliste et per octo dies sequentes, et aliam in vigilia et in die Nativitatis Beate Marie et per septem dies sequentes. Nisi mercata illa et ferie ille sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Quare volumus et firmiter precipimus, pro nobis et heredibus nostris, quod predictus Episcopus et Successores sui predicti imperpetuum habeant predicta mercata et ferias apud Maneria sua predicta, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad hujusmodi mercata et ferias pertinentibus; nisi mercata illa et ferie ille sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum, sicut predictum est. Hiis testibus—Venerabilibus Patribus R[oberto], Cantuariensi Archiepiscopo, Tocius Anglie Primate; R[adulpho] Londoniensi, et J[ohanne] Bathoniensi et Wellensi, Episcopis; Gilberto de Clare, Comite Gloucestrie et Hertfordie; Henrico de Lacy, Comite Lincolnie; Johanne de Warenna, Comite Surrie; Rogero de Mortuo Mari; Roberto filio Walteri; Roberto filio Pagani, Senescallo hospicii nostri; et aliis.—Datum apud Westmonasterium, xij die Decembris [1309]. Per ipsum Regem, etc.—*Rot. Cart.* 3 *Edw. II.*, *No.* 21.

II.—*Pro Waltero, Exoniensi Episcopo:*—Rex Archiepiscopis, etc., salutem.—Sciatis nos concessisse, etc. (*ut supra*) Waltero, etc., quod ipse et Successores sui imperpetuum habeant unam feriam singulis annis, apud Manerium de Asshpertone, in Comitatu Devonie, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Martini in Yeme; nisi feria illa sit ad nocumentum vicinarum feriarum. Quare volumus, etc. Nisi feria etc. Hiis testibus—Venerabilibus Patribus J[ohanne], Norwycensi, J[ohanne], Cicestrensi; et Johanne Landavensi, Episcopis; Gilberto de Clare, Comite Gloucestrie et Hertfordie; Hunfrido de Bohum, Comite Herefordie et Essexie; Henrico de Percy; Roberto de Clifford; Roberto filio Walteri; et aliis.—Datum per manum nostram, apud Westmonasterium, xvj die Novembris [1313]. Per ipsum Regem.—*Rot. Cart.* 7 *Edw.*, *II.*, *No.* 33.

[Cornwall].—*Pro Waltero Episcopo Exoniensi et ejus Successoribus:*—Rex Archiepiscopis, etc., salutem. Sciatis nos concessisse, etc. (*ut supra*), Waltero etc., quod ipse et Successores sui imperpetuum habeant unum mercatum, singulis septimanis, per diem Veneris, apud Manerium suum de Poutone in Comitatu Cornubie, et unam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in crastino Sancti Vitalis, Martiris, et per duos dies sequentes; et unam aliam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Michaelis. Et unum mercatum, singulis septimanis, per diem Mercurii, apud Manerium suum de la Wyttone [*Lawhitton*] in eodem Comitatu; et unam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Michaelis. Et unum mercatum, singulis septimanis, per diem Jovis, apud Manerium suum de Caergaul in eodem Comitatu; et unam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Mathei, Apostoli. Et unum mercatum, singulis septimanis, per diem Veneris, apud Manerium suum de Sancto Germano in eodem Comitatu; et unam feriam ibidem, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in vigilia et in die et in crastino Sancti Petri ad Vincula. Et unam feriam apud Manerium suum de Penryn in eodem Comitatu, singulis annis, per tres dies duraturam; videlicet, in crastino Sancti Vitalis, Martiris, et per duos dies sequentes. Nisi mercata illa et ferie ille sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Quare volumus, etc. Nisi, etc., sicut predictum est.—Hiis testibus—Venerabilibus Patribus R[oberto], Archiepiscopo Cantuariensi, Tocius Anglie Primate; S[imone] Saresberiensi, et J[ohanne] Cicestrensi, Episcopis; Gilberto de Clare, Comite Gloucestrie et Hertfordie; Johanne de Warenna, Comite Surrie; Edmundo, Comite Arundelle; Hugone le Despenser; Hugone de

Courtenay; Roberto filio Pagani; et aliis.—Datum, apud Londonias, xxiij die Augusti [1311].—Per ipsum Regem.—*Rot. Cart.* 5 *Edw. II.*, *No.* 44.

These were the only Charters granted to Bishop Stapeldon, by the Crown, during his Episcopate.—F.J.B.].

OBITUS *Domini Walteri Episcopi* [Bishop Grandisson has written on the margin,—Aliter reformatur per J[ohannem] Episcopum—De Ecclesia de Essewater. Ista Ordinacio minus est Canonica"],—

Edwardus, Dei gracia Rex, etc., omnibus ad quos, etc., salutem.—Inspeximus Literas Patentes Walteri, Exoniensis Episcopi, in hec verba:—Universis, etc., Walterus, etc., salutem, etc.—Terribilem Diem illum quo tremendi Judicis, recepturi prout in corpore gessimus, astabimus Tribunali, talium plantacionum operibus expedit prevenire, quarum fructubus Eidem cotidie presentatis, exasperati mulceatur animus placabiliorque reddatur. Ad hec, igitur, nostre consideracionis aciem dirigentes, et nullatenus ignorantes quod, inter humana presidia que post solutum universe carnis debitum mortuis ministrantur, precipuum locum optinent Oblacio Dominici Corporis in Altari et Oracio Sacerdotum,—habito cum dilectis filiis, Decano et Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis, communi tractatu diligenti qui requiritur et solempni, de ipsorum unanimi consilio pariter et assensu, ordinamus et statuimus unam Perpetuam Cantariam unius Sacerdotis, qui in Capella que in atrio, sive cimiterio Majoris Ecclesie nostre Exonie situata, Charnere vulgariter nuncupatur, pro salubri statu nostro dum vixerimus, Missam de Sancto Spiritu vel de die, et post decessum nostrum pro nostra, nostrorumque Predecessorum et Successorum, Episcoporum Exonie, omniumque Benefactorum nostrorum et Ecclesie nostre Exoniensis supradicte, necnon defunctorum omnium Fidelium animabus, Missam pro defunctorum requie ab Ecclesia salubriter institutam et communiter usitatam; statim post finitas duas Missas que apud Altare quod vulgariter vocatur Brattones Weved, in Majori Ecclesia Exoniensi solent communiter celebrari, vel, saltem, illa hora qua finiri consueverunt temporibus retroactis,—per se, vel, si Canonice fuerit impeditus, per alium, celebrare, et nichilominus plenum mortuorum obsequium, videlicet *Placebo, Dirige,* et *Commendacionem,* horis competentibus dicere, diebus singulis, teneatur. Ad que omnia et singula bene et fideliter exequenda, Sacerdotem primitus deputandum, et quemlibet inposterum subrogandum eidem, deputacionis et subrogacionis tempore juramentum prestare statuimus et precipimus corporale. Idoneum, vero, hujusmodi Sacerdotem per nos, dum vixerimus, deputari volumus. Statim, autem, postquam ab hac luce subtracti fuerimus, ad Cantariam hujusmodi, si tunc vacaverit, deputandi, et extunc quociens ipsam Cantariam vacare contigerit, alium subrogandi, Decano in Ecclesia nostra Exoniensi predicta, et ejus successoribus qui pro tempore fuerint, et, vacante Decanatu, Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis, perpetuis temporibus, per hanc nostram Ordinacionem, cum consilio et assensu dictorum Decani et Capituli factam, concedimus potestatem; quos sub interminacione Divini Judicii obtestamur ut ydoneum et honestum Sacerdotem ad prefatam Cantariam deputare ac eciam subrogare studeant, cum effectu, qui commissum sibi officium velit et valeat sagaciter adimplere. Ordinamus, insuper, et statuimus, ad id similiter accedentibus ipsorum Decani et Capituli unanimi consilio et assensu, quod, cum nostri corporis dissolucionem attulerit sors humana, dies Obitus nostri anniversarius in Ecclesia nostra Exoniensi, singulis annis, perpetuo solempniter celebretur. Ad hujusmodi, vero, Sacerdotis sustentacionem annuam quinque marcas et dimidiam sterlingorum, et ad memoratum diem Obitus nostri anniversarium celebrandum, preter alia que dudum ad anniversarium hujusmodi assignavimus, sexaginta solidos ejusdem monete de bonis Spiritualibus ad mensam Episcopalem Exoniensem pertinentibus, Sinodatico, videlicet, et Cathedratico ab Archidiaconatu Tottonie provenientibus, cum consilio et assensu dictorum Decani et Capituli, et specialiter Magistri Rogeri de Charletone, nunc Archidaconi Tottonie, titulo permutacionis cum quibusdam terris et redditubus de quibus inferius fit mencio, per hujusmodi Ordinacionem nostram irrefragabilem assignamus; quam, quidem, peccunie summam a bonis Episcopii nostri Exoniensis, cum dictorum Decani et Capituli assensu, totaliter separamus, et ad usum predictum titulo memorato inperpetuum concedimus et eciam assignamus. Ita, videlicet, quod Archidiaconus Tottonie, et sui successores qui pro tempore fuerint, prefatas decem marcas, quas Archidiaconi Tottonie, temporibus retroactis, Episcopo Exoniensi de hujusmodi Sinodatico et Cathedratico solvere consueverint, Decano et Capitulo Exonie in Terminis antea consuetis, annis singulis, solvere, et ipsis de cetero teneantur

satisfacere integraliter de eisdem, et ab obligacione qua, quantum ad hujusmodi peccunie solucionem Episcopo Exoniensi consueverant astringi—dum, tamen, hujusmodi decem marcas prefatis Decano et Capitulo solverint, seu, de eisdem satisfecerint, ut est dictum, penitus liberati existant. Volumus, eciam, et inviolabiliter observari precipimus quod predicti Decanus et Capitulum hujusmodi Sacerdoti quinque marcas et dimidiam, de quibus supra fit mencio, in Festis Beati Michaelis, Nativitatis Domini, Pasche, et Nativitatis Beati Johannis Baptiste, pro equalibus porcionibus solvant. Et de sexaginta solidis, una cum aliis assignatis et assignandis ad premissa, prout supra tangitur, que ad sex marcas vel circiter in presenti se extendunt, die Obitus nostri, quem eo die, per anni circulum revoluto, celebrari volumus quo subtracti fuerimus ab hac luce, inter Canonicos, Vicarios, et alios ipsius Ecclesie Ministros, qui exequiis tunc faciendis personaliter interfuerint, in forma que subsequitur distribuendis; ita, videlicet, quod singuli Canonici qui in Officio Vespertino personaliter interfuerint, sex denarios, et qui Misse in crastino similiter personaliter interfuerint, sex denarios; singuli Vicarii qui in Officio Vespertino, ut premittitur, personaliter interfuerint, tres denarios, et qui in Missa tres denarios; singuli, vero, Ministri dicte Ecclesie de secunda forma, qui in Officio Vespertino personaliter fuerint, duos denarios, et qui in Missa duos denarios; et singuli pueri Chori, qui in Officio Vespertino presentes fuerint, singulos denarios, et qui in Missa, similiter, singulos denarios habeant et recipiant, satisfacere teneantur. Custodes, autem, Ecclesie memorate, pro classico pulsando post mortem nostram octo denarios habeant. Presbiter, vero, qui anniversarium de quo premittitur, celebraverit tantum percipiat in Officio Vespertino, et die Obitus nostri hujusmodi, de distribucione tunc tantummodo facienda, quantum Canonicus aliquis Ecclesie supradicte; dum, tamen, exequiis personaliter interfuerit, secundum formam Canonicis ante datam. Alioquin, nichil se noverit de distribucione hujusmodi recepturum. Volentes, insuper, quod in Ecclesia nostra Exoniensi, in qua, permittente Domino, presidemus, dum vitam gerimus humanam, in Celebracione Divinorum nostri memoria specialiter habeatur, et attendentes quod citra Festum Purificacionis Beate Virginis in Ecclesia nostra Exoniensi minor Obituum est concursus, de consilio et assensu dictorum Decani et Capituli, volumus et ordinamus quod, singulis annis, proximo die precedente Festum Purificacionis, quo die, prout ex Parentum nostrorum relatu didicimus, a maternis visceribus segregati primordia recepimus hujusmodi lucis, una Missa de Sancto Spiritu, pro salubri statu nostro dum vixerimus sollempniter celebretur. Quo, quidem, die Canonici, Vicarii, et ceteri Ministri ipsius Ecclesie, qui in Celebracione hujusmodi Misse personaliter presentes fuerint, tantum percipient quantum superius ordinata percipere debebunt in hujusmodi Officio Vespertino et die Obitus memorati; quod eis exsolvi volumus eodem die intra ipsius Misse solempnia, juxta modum ipsius Ecclesie in consimilibus distribucionibus consuetum. Clericos, vero, de Scaccario dicte Ecclesie, communem pistorem Canonicorum, et custodem bosci eorundem Canonicorum de Stokewode, tam in dicta distribucione facienda die Obitus nostri, quam in Celebracione Misse de Sancto Spiritu memorate, tantum percipere volumus et jubemus quantum percipiunt et percipere consueverunt in Obitibus simplicibus in dicta Ecclesia Exoniensi ab aliis ordinatis. Si quis, vero, duo Officia fortassis gesserit in Ecclesia supradicta, in distribucionibus hujusmodi secundum modum superius distinctum, recipiet unius Officii, quod maluerit, racione. Id, autem, quod de peccunia ad premissa specialiter, ut premittitur, assignata, postquam ea que superius et prout in hac parte ordinavimus plenarie sunt completa, residuum fuerit, inter Canonicos dicte Ecclesie Exoniensis in premissis Divinis et animarum obsequiis personaliter existentes, pro rata temporis quo eisdem exequiis fuerint sic presentes, distribuatur; ceteris non presentibus Canonicis in totum exclusis a percepcione cujusque quote residui memorati. Pro hujusmodi, vero, quantitate peccunie quam a mensa nostra Episcopali separavimus, ut est dictum, quando terram intra Manerium nostrum de Chudeham, cum Advocacione tercie partis Advocacionis Ecclesie de Thorneye, in Comitatu Sussexie, et terras de Pokehaie in Manerio de Yertecombe, Torre et Waddene in Manerio de Chuddeleghe, in Comitatu Devonie, et nonnullos, eciam, terras et redditus, tam in dicto Comitatu Devonie quam Cornubie,—quarum terrarum et aliorum redditiuum exitus et proventus ad quadraginta librarum sterlingorum, et amplius, valorem annuum se extendunt, nostris industria et laboribus mediantibus, de bonis nostris peculiaribus nobis et Successoribus nostris adquisivimus, et terris ac possessionibus nostris Episcopalibus incorporavimus et univimus, ea dumtaxat intencione ut predict-

arum decem marcarum summam, quam excedunt in quantitate notabili, compensarent, et sic qui meliora prospeximus dici non possumus Ecclesie nostre Exoniensi per hanc nostram Ordinacionem lesionem aliquam intulisse; ex quibus terris et redditibus, ut premittitur adquisitis, certam porcionem ad congruam pretacti Sacerdotis sustentacionem et premissum diem Obitus celebrandum, aliquando proposuimus assignasse. Set, ne vel communio discordiam vel divisio dispendium generaret, utile fore decrevimus nostro cuilibet Successori, tum propter vicinitatem aliarum terrarum ad mensam Episcopalem pertinencium, tum propter alias causas, ipsas terras sibi relinquere tenendas insolidum et habendas, ut prefatum onus agnosceret aliunde.—In quorum omnium et singulorum testimonium atque fidem, sigillum nostrum, una cum sigillo communi dictorum Decani et Capituli, Presentibus est appensum.—Et nos, Decanus et Capitulum memorati, super premissis omnibus et singulis Articulis cum Venerabili Patre nostro, Episcopo supradicto, tractatu habito per nos diligenti qui requiritur et sollempni, labores et merita dicti Patris, quibus nos, Ecclesiam nostram, et mensam Episcopalem Exonie, tam in adquisicione dictarum terrarum et redditiuum quam in aliis honoravit multipliciter, perpetui muneris laude dignos, ut astringimur, reputantes, omnibus et singulis que in eisdem Articulis, et circa eos, per Venerabilem Patrem predictum acta sunt et gesta, concorditer assentimus, ipsaque omnia singula, quantum ad nos attinet, approbamus; et in signum consensus et approbacionis hujusmodi has Literas nostri communis sigilli munimine fecimus roborari.—Datum et actum in Capitulo nostro, Exonie, secundo die mensis Marcii, Anno Millesimo CCC^{mo}. xxj^{o}.—Nos, autem, Ordinaciones, Statuta, Concessiones, Assignaciones, Assensum, Approbacionem, et omnia alia in predictis Literis contenta, rata habentes et grata, ea pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, concedimus et confirmamus, sicut Litere predicte racionabiliter testantur.—In cujus rei, etc.—Teste meipso, apud Tutteburi, xij die Novembris, Anno Regni nostri sextodecimo [1322]; 169^{b}.

Litere Regie concernentes Obitum Walteri, Exoniensis Episcopi,—

[1].—Edwardus, etc., omnibus ad quos, etc.—Sciatis quod, per finem quem dilecti nobis in Christo, Decanus et Capitulum Ecclesie Sancti Petri Exonie, fecerunt nobiscum, pardonavimus eis transgressionem quam fecerunt adquirendo sibi, et successoribus suis, in feodo, de Magistro et Fratribus Domus Sancti Thome de Acone, Londoniis, sex solidatas et octo denaratas redditus, cum pertinenciis, in Exonia, exeuntes de duabus shopis in eadem Civitate, que quondam fuerunt Galfridi Thithte, in escambium pro sex solidatis et octo denaratis redditus, cum pertinenciis, in Parochia Sancti Botulphi extra Aldresgate, in suburbio Londoniarum, quos Venerabilis Pater, Walterus, Exoniensis Episcopus, sumptubus suis, de Willelmo de Hedersete emit, et eisdem Magistro et Fratribus dari procuravit, habendos sibi et successoribus suis inperpetuum, post publicacionem Statuti de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis editi, Licencia nostra super hoc non optenta. Et concessimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, predictis Decano et Capitulo quod ipsi predictas sex solidatas et octo denaratas redditus, cum pertinenciis, habeant et teneant, in Exonia, sibi et successoribus suis, et eciam predictis Magistro et Fratribus, quod ipsi predictas sex solidatas et octo denaratas redditus, cum pertinenciis, in suburbio predicto habeant et teneant sibi et successoribus suis, in escambium predictum de Capitalibus Dominis feodorum illorum, per servicia inde debita et consueta, imperpetuum, sine occasione vel impedimento nostri vel heredum nostrorum, Justiciariorum, Escaetorum, Vicecomitum, aut aliorum Ballivorum seu Ministrorum nostrorum quorumcumque, Statuto predicto non obstante.—In cujus rei, etc.—Teste meipso, apud Tuteburi, xij die Novembris, Anno Regni nostri sextodecimo [1322].

[2].—Edwardus, etc.—Sciatis quod per finem quem . . . Walterus, Exoniensis Episcopus, fecit nobiscum, pardonavimus Decano et Capitulo, etc., transgressionem quam fecerunt adquirendo . . . in feodo de Roberto de Knyghtetone quadraginta solidatas redditus, cum pertinenciis, exeuntes de omnibus terris et tenementis ipsius Johannis in Knyghtetone, Fenne, et Bisshopes Morcharde, ad Obitum prefati Episcopi in Ecclesia predicta annuatim, juxta Ordinacionem ipsius Episcopi, celebrandum, post publicacionem Statuti, etc. (*ut supra*). Et concessimus, etc. (*ut supra*).—Teste meipso, apud Tutteburi, xij die Novembris, Anno Regni nostri xvj^{o}.

Et memorandum quod predicte due Litere Regie remanent in custodia Decani et Capituli Exonie, extra dicionem Walteri Episcopi; 171^{b}.

Crediton: *Ordinance for the Anniversary of the Birth and Obit of Bishop Stapeldon,*—

Universis, etc., Walterus, etc., salutem, etc.—Inevitabilem diem illum quo migrabimus ab hac luce talibus operibus expedit prevenire, quibus ad intercedendum pro nobis tam in vita quam post transitum constituamus obnoxios debitores. Cupientes, igitur, ut dilecti filii Precentor, Canonici, Vicarii, et ceteri Ministri Ecclesie Collegiate de Criditone, nostre Diocesis, pro collato sibi per nos munere, suarum oracionum nos juvare suffragiis teneantur specialiter et obnixe, habito cum dilectis filiis Decano et Capitulo Ecclesie nostre Cathedralis Exoniensis super hoc tractatu diligenti qui requiritur et solempni, de ipsorum unanimi consilio pariter et assensu, decimam theolonei provenientis de tribus nundinis annuis apud Criditone usitatis, quarum duas, nostris laboribus et industria mediantibus, impetravimus a Regia Majestate[1], prefatis Precentori, Canonicis, Vicariis, et Ministris dicte Ecclesie de Criditone, accedente similiter ad id Precentoris et Capituli ejusdem Ecclesie de Criditone consilio et assensu, quam decimam nunquam ante hec tempora recipere consueverant, concedimus et eciam assignamus, ipsamque decimam a mensa nostra Episcopali Exoniensi de dictorum Decani et Capituli Ecclesie nostre Exoniensis consilio pariter et assensu separamus; et, cum meliora sicut prediximus providerimus in hac parte, dici non possumus aliquid alienasse. Pro hac concessione et assignacione, de dictorum Decani et Capituli Exoniensis, necnon Precentoris et sui Capituli Criditonensis consilio pariter et assensu, precipimus ordinando quod, singulis annis, proximo die precedente Festum Purificacionis Beate Virginis, quo die, prout ex parentum relacione didicimus, a maternis visceribus segregati primordia recepimus hujus lucis, una Missa de Sancto Spiritu pro salubri statu nostro dum vixerimus, in dicta Ecclesia Criditonensi a Precentore, Canonicis, Vicariis, et ceteris Ministris ipsius Ecclesie solempniter celebretur. In qua, quidem, Missa tam pro nobis cum illa Collecta *Rege, quesumus, Domine, Famulum tuum N. Pontificem nostrum, etc.*, expresso nomine nostro proprio, quam pro omnibus Predecessoribus nostris, Episcopis Exoniensibus, cum illa Collecta *Deus qui inter Apostolicos Sacerdotes, etc.*, cum aliis oracionibus ordinatis ab Ecclesia in commemoracionibus hujusmodi suis locis dicendis fieri memorias precipimus speciales. Cum, autem, dissolucionem nostri corporis attulerit sors humana, Obitus nostri dies Anniversarius in eadem Ecclesia Criditonensi, cum oracione *Deus indulgenciarum etc.*, cum aliis oracionibus que secuntur ad obsequium Anniversarii hujusmodi ordinatis ab Ecclesia, singulis annis, perpetuo solempniter celebretur, sicut pro quocumque Episcopo, Predecessore nostro, in Ecclesia Criditonensi predicta fieri solempnius consuevit; et tunc, eciam, pro nostris Predecessoribus et Successoribus, Episcopis Exoniensibus, qui tunc fuerint resoluti, cum predicta oracione *Deus qui inter Apostolicos etc.*, memoria celebris habeatur. Statim, autem, finitis singulis nundinis et ipsarum placitis expeditis, decimam provenientem de theoloneo in eisdem nundinis recepto Senescallus noster seu Successoris nostri, qui pro tempore fuerit, Precentori et duobus ad hoc eligendis Vicariis Ecclesie supradicte de Criditone solvere liberare et tradere teneatur; qui Precentor et Vicarii ipsam pecuniam recipiant, colligant, et, donec veniat tempus distribucionis ut infra sequitur faciende, salvo studeant custodire; peccuniam, vero, sic collectam, adveniente die quo Missa de Sancto Spiritu vel Anniversarius Obitus nostri sicut premittitur celebrari debeat, taliter distribui volumus et eciam ordinamus, ut, Canonicis ipsius Ecclesie de Criditone et Sacrista qui hujusmodi Misse de Sancto Spiritu vel Obsequiis nostri Anniversarii Vespertinis et Misse in crastino presentes fuerint, singulis singulos sex denarios percipientibus; aque, vero, bajulis singulis singulos denarios recipientibus; totum residuum inter Vicarios qui in dictis Missa vel Obsequiis et Missa prout diversitas temporis exegerit presentes fuerint, propter ipsorum in aliis porciones exiguas, quas eatenus augmentare cupimus, equis porcionibus dividatur. Ut, autem, hujusmodi nostra Concessio, Assignacio, Preceptum, Ordinacio, et Voluntas permaneant totis temporibus inconcussa, sigillum nostrum, una cum sigillis tam Decani et Capituli Ecclesie nostre Exoniensis quam Precentoris et Capituli Criditonie Presentibus est appensum.—Datum Exonie, in Capitulo Ecclesie Cathedralis Loci ejusdem, vicesimo quinto die mensis Februarii, Anno

---

[1] The fairs were on the Feasts of St. Laurence, St. George, and the Nativity of our Lady: the market was held on the Saturday. (*Oliver.*) *See* page 373.

Domini Millesimo trecentesimo vicesimo secundo [1322-3]. Et nos, Decanus et Capitulum Ecclesie Exoniensis memorate, super premissis omnibus et singulis Articulis cum Venerabili Patre nostro, Episcopo supradicto, tractatu per nos habito diligenti qui requiritur et solempni, labores et merita dicti Patris, quibus nos, Ecclesiam nostram, et mensam Episcopalem Exoniensem, tam in adquisicione dictarum nundinarum quam in aliis honoravit multipliciter et ditavit, perpetui muneris laude dignos, ut astringimur, reputantes, omnibus et singulis que in eisdem Articulis, et circa eos, per Venerabilem Patrem predictum, ut premittitur, acta sunt et gesta, concorditer assentimus; ipsaque omnia et singula, quantum ad nos attinet, approbamus. Et, in signum consensus et approbacionis hujusmodi has Literas nostri communis sigilli munimine fecimus roborari. Datum et actum loco, die, mense, et Anno Domini supradictis.—Et nos, Precentor et Capitulum Ecclesie Criditonensis, habito cum Venerabili Patre predicto super premissis omnibus et singulis diligenti qui requiritur tractatu pariter et solempni, prefatis Concessioni, Assignacioni, Precepto, Ordinacioni, et Voluntati nostrum prebemus consilium unanimiter et consensum. In cujus rei, etc.—Datum in Capitulo nostro Criditonie, nono die mensis Marcii, Anno Domini supradicto. [The original Deed; stitched in between folios 169 and 170. There were three seals, which have been removed. *Endorsed*,—" Obitus Domini, apud Criditoniam "].

Stapeldone halle, Oxford, Philip de Chalvedone, M.A. of: 156b. *See* " Litt. Dim."

Stapelford, John de, inst. to Meavy; 161: deceased; 163b.

Stauntone, Geoffrey de; L 196b.

Stauntone, Hervey de; *see* Gildeforde—" Wills "; L 201b.

Stauntone, Sir Hervey de, " Justiciarius Domini Regis,"—

The Bishop grants him a Pension:—" Consilia et auxilia vestra aliaque vestre benevolencie merita, nobis pluries gratis exhibita et adhuc, ut speramus, exhibenda, memoriter recolentes, et ob hoc vobis remuneracionem aliqualem, licet modicam, facere cupientes, annuam Pensionem quadraginta solidorum, singulis annis, nostro perpetuo, de Camera nostra Exoniensi, in Festo Sancti Michaelis percipiendam, vobis damus etc., per Presentes. Et, quia volumus quod plenariam possessionem, absque more dispendio, super hiis habeatis, vobis una cum hiis Literis premanibus transmittimus plenariam Pensionem anni primi" (6 April, 1309); 39b.—*See* St. Crantock, Canons of (*Inst.*); 45.

Stauntone, Ralph de, adm. to Clayhidon; 167: deceased; 171.

Staverton; *Visitations of the Parish-Church, etc.*,—

[I.—Die Lune proxima post Festum Apostolorum Petri et Pauli, Anno supradicto [3 July, 1301]. *Libri ad Matutinas*,—Ad Matutinas, unum Antiphonarium, cum Capitulario, Collectario, Ymnario, et Venitario, in uno volumine, valde bonum. Aliud Antiphonarium bonum, per se. Spalterium (*sic*) bonum, grosse litere. Et aliud Psalterium cum Manuali. Item, Ordinale sufficiens, cum Capitulario, Collectario, et Ymnario, et aliud Ordinale debile. Legenda optima pro toto anno. Et alia Legenda, in duobus voluminibus, vetustate consumpta et sine asseribus, cum Responsoriis interpositis. *Libri ad Missam, cum Ornamentis Ecclesie*,—Item, ad Missam, bonum Missale, novum, et bene notatum. Aliud vetus, Moniale et male ligatum. Gradale bonum, cum Tropario. Aliud Troparium, cum Processionali in eodem. Manuale bonum, et grosse litere, et Psalterium in eodem volumine. Calix interius deauratus, satis decens. Quatuor paria Corporalium, cum repositorio de linia tela. Pixis ad Eukaristiam argentea, sine sera. Tria paria Vestimentorum plenaria, cum vj tuellis, quarum una cum parura. Capa Chori de serico, vetus et parvi valoris. Manutergium ad Sacramentum sufficiens. Crux Processionalis decora. Duo Candelebra Processionalia de stanno. Frontale vetus et debile ad Majus Altare. Duo Superpellicia, cum uno debili rocheto. Tres fiole tollerande. Crismatorium ligneum, cum sera. Fons honestus et seratus.—Navis Ecclesie bene corrigitur, post ultimam Visitacionem. Cancellum nimis artum, et est celatum. Unum vas plumbeum ad Aquam Benedictam.

Parochiani dicunt, requisiti, quod Dominus Walterus, Vicarius, bene et honeste se habet, et optime informat eos in Spiritualibus; nec est defectus in eo, ut asserunt. De peccato mortali occultato nichil sciunt. Et valet Vicaria sua, ut asserunt, x marcas.

Inquisicio,—
Henricus Bi Derte. Benedictus de Fonte. Edwynus de Todewylle. Willelmus Talloc. } Thomas Galewey. Thomas de Cumbe. Henricus de Obbeham. Walterus Barone, } Henricus Persone. Rogerus Cosyn. Willelmus Galewey. Et Ricardus bi Derte,—
Qui, jurati, dicunt quod in Manerio predicto sunt de redditu assiso, solvendo ad tres Terminos, xxj*li.* Et de redditu tempore Magistri Henrici Bollecg, augmentato de terris captis quondam de dominico et tenuris suis adjunctis, xiij*s.* viij*d.* Et de redditu assiso, solvendo in Festo Sancti Johannis Baptiste, l*s.* Auxilium nullum. Item, de toto Manerio, pro serviciis relaxandis viij*li.* ij*s.*, quos duos solidos dicunt indebite levatos. Chevagium x*s.* ad minus. Duo molendina, cum piscaria, valent x marcas annuatim. Decima garbarum tocius Parochie valet, communibus annis, xxx*li.* Due caruce in dominico valent de certo lx*s.* Pratum cum gardino, xx*s.* Perquisitum Curie confinibus terrarum lx*s.* per annum : set dicunt quod ballivi presentis Firmarii duros se exhibent in finibus pro ingressu terrarum faciendo, in tantum quod ingredientes hujusmodi terras ita subpeditantur quod nunquam resurgere poterunt, ubi fines tales per consideracionem Hundredi solebant taxari. Dicunt, eciam, quod talis consuevit esse consuetudo inter eos, quod, si aliquis extraneus finiret plus offerendo pro aliqua terra habenda, ad exclusionem veri heredis, et peccuniam suam Domino solveret, idem Dominus peccuniam illam, sic in fraudem heredis oblatam, posset libere retinere, et nichilominus verus heres terram suam recuperare. Dicunt, eciam, quod, cum Henricus filius Schazeloc, minor annis, finivisset per amicos suos pro terra patris sui defuncti habenda et tenenda, cum ad etatem legitimam pervenisset tempore Magistri Henrici de Bollec, frater Johannes, nunc Senescallus, non obstante hujusmodi fine, non permittit quod dictus Henricus, nunc major et habilis ad tenendum terram illam, teneat eam ; set cepit eam in manus Domini, et tenet ita quod non potest intrare, nisi novum finem fecerit. Perquisitum Capituli valet per annum x*s.* Item, dicunt quod nullus, nomine Domini, defendit eos versus extraneos, nisi quatenus quidam juvenis clericus, qui minus novit, sicut potest eos defendit. Item, ostendunt quod ballivi Firmarii occuparunt bona trium felonum, estimata ad ix*s.* viij*d. ob.*, que deberent esse in manibus decennarii pro Hundredo acquietando in Itinere Justiciariorum. Item, diversi tenentes habuerunt bona in custodia Ade Gardeboys, tercii felonis dictorum trium, qui fugit propter latrocinium commissum ; et cum probassent proprietatem dictorum bonorum suorum coram ballivis dicti Firmarii, frater, tamen, Johannes, nunc ballivus non vult eis eadem bona restituere. Item, dictus frater injuste detinet catalla trium puerorum Martini de Forsdone, inventa cum Johanne Trenda interfecto, licet Firmarius ei sepius injunxerit quod ea restitueret ; videlicet, sex animalia, ij vitulos, xv oves, ij examina apum, et totum bladum crescens in dimidio ferlyngo terre. Dicunt, eciam, quod Magister Thomas, nunc Firmarius, habuit de bonis Magistri Henrici, predecessoris sui, pro defectibus tempore mortis sue in Manerio, in domibus, boscis, molendinis, clausis, et aliis inventis, emendandis, xix*li.* et iiij*s.*, quas expendit totaliter in domibus constructis et aliis in Manerio emendatis, et tantundem de suo, vel ultra. Item, dicunt quod vetus camera ex parte Orientali Aule est penitus ruinosa, nec per minus poterit reparari quam xx marcas. Item, defectus grangie Occidentalis estimatur ad v marcas, que per dictos sumptus stabit per x annos. Et estimant reparacionem muri intra portam et boveriam x*s.* Dicunt, eciam, quod homines Manerii, preter quoterios, debent bis metere in autumpno, ad corredium Domini, et sexdecim nativi et coterii debent colligere fenum cujusdam prati quod vocatur Poulismede ; et quilibet eorum habebit unum quadrantem. Coterii, vero, debent semel tantum metere in autumpno. Et dicunt quod Vicarius non debet habere virbote et haybote[1] in bosco Domini, nisi ex gracia Domini.—*Arch. of the D. and C., No.* 3673, *p.* 24].

II.—Visitacio Ecclesie de Stavertone, facta ibidem per Dominum Walterum, Dei gracia Exoniensem Episcopum, primo die mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo CCC^mo^. quartodecimo ; in qua reperiebantur defectus subsequentes ; videlicet—Vestimenta Festivalia insufficiencia. Pixis Eukaristie sine serura. Omnes tualle sine pauris. Velum Quadragesimale insufficiens. Missale falsum, licet pulcrum. Crismatorium ligneum insufficiens et sine serura. Nullum vas ad Incensum. Deest Ymago Beati Pauli, qui est Patronus Ecclesie. Cancellus nimis strictus et

[1] *Virbote* (*i.e.* "firebote"), wood for fuel : *haybote,* wood for hedging and fencing (*haga,* a hedge).

obscurus; Navis Ecclesie similiter. Unde Dominus injunxit Rectoribus, Vicario, et Parochianis, quod singuli faciant reparare dictos defectus, prout ad singulos pertinent, citra sequens Festum Sancti Michaelis, sub pena viginti librarum, ad Fabricam Exoniensis Ecclesie; excepta construccione novi Cancelli, et augmentacione Ecclesie; et quod illa fiant citra Festum Sancti Michaelis ad unum annum. Presentibus in Visitacione predicta Adamo, Vicario dicte Ecclesie, Johanne, Vicario de Hemistone [*Broadhempston*], Magistro Thoma Hereward, Domino Petro de Honitone, Roberto de Tredowal, presbitero, et aliis.—*Et memorandum quod ego, J. de Lancevetone, non interfui;* 84b.

Steymor, Henry, inst. to Collumpton; 174b.

Stiria, Symon, collat. to Westleigh; 87b, 89: V. of Brixham; 165.

Stockhay, Rob. de; 164: Patr. of Woolfardisworthy; 52b, 57, 180.

Stockleigh-Pomeroy,—

Master Peter de Olney, R.,—Licence of non-residence till Michaelmas, to study, etc. (4 Feb., 1308-9); 38: again, from Michaelmas till 24 June, 1311; "ita, tamen, quod citra Festum Epiphanie Domini proximum fidem faciat legitime quod, juxta Licenciam et Dispensacionem prius habitam, stetit in Scolis" (14 Sept., 1310); 56.—John de Kokyntone, R.,—for two years, to study, etc. (8 April, 1314); 83b: Licence to put his Benefice out to farm for two years (17 Aug., 1314); 87: again, non-residence for two years from Michaelmas, to study, etc. (9 Sept., 1315); 109b: again, (with permission to put his Benefice out to farm), for three years (21 Sept., 1316)—"j marca"; 115: for a year, to study, etc. (19 Sept., 1319); 142b.

[Stoke-Canon [Stocke, MS.],—

Visitation,—Die Veneris proxima sequente [i.e. two days after the Visitation of Dawlish (q.v.), viz., 7 July, 1301],—

Quo tempore fuerunt in Ecclesia Loci predicti una Legenda, cum Antiphonario, Psalterio, Ympnario, Capitulario, et Collectario, in uno volumine, non notatis. Aliud Antiphonarium notatum, non de ordine. Nullum Psalterium per se. Et memorandum de uno bono Portiforio translato ad Ecclesiam Magistri Roberti apud Mortone per Galfridum, nepotem suum. Item Manuale vetus et defectivum. Ordinale nullum. Calix undique albus sufficiens. Vas de plumbo, ad rinsuram recipiendam. Missale sine nota, alias tamen sufficiens. Aliud Missale vetus, sine asseribus. Tria paria Vestimentorum integra. Duo superpellicia debilia, cum veteri rocheto. Decem tualle, quarum una cum parura debili. Gradale bonum, et aliud vetus, cum Tropario. Item, Troparium defectivum, per se. Una fiola tantum. Crismatorium sine sera. Ymago Magdalene ad Majus Altare, vetus, et nimis deformis. Crux Processionalis decens. Item, asser cum metallo in superficie in quo figuratur Ymago Crucifixi. Paxillum cum lapide de viridi marmore. Pixis ad Eukaristiam eburnea, argento ligata. Velum Quadragesimale. Et Vexillum sufficiens. Nullum Frontale.

Parochiani dicunt quod Willelmus, Capellanus Loci predicti, honeste se gerit; et omnia bene se habent circa Spiritualitatem, ut intelligunt.

Nomina Juratorum,—Walterus de la Burghe, Jordanus de Molendinis, Walterus de la Hole, Rogerus Dogget, Hugo de Ponte, Robertus Caretare, Thomas de la Burghe, Ricardus de eadem, Radulphus Flumynge, et alii de Manerio, jurati, dicunt quod Magister Robertus, nunc Firmarius ipsorum, optime defendit eos, per se et suos, versus quoscumque extraneos, nec ipse in aliquo eis injuriatur; qui recepit, ut asserunt, de bonis Roberti Peygnhe, pro defectibus tunc inventis, lxs., unde reparavit molendinum de novo, et alios defectus supplevit; et gardinum optime clausit ac pomeriis instauravit. Dicunt, eciam, quod sunt in Manerio predicto, de redditu assiso iiijli. xvjs. xd., de capitagio iiijs. Et molendinum, cum columbario, valet xxs.; gardinum, cum prato, xls. Decima garbarum, Cs. Perquisitum Curie et Capituli non acquietat expensas. Item, universa servicia nativorum per annum estimant xxs. Redditus assisus non est augmentatus nec diminutus terra alienata; nec consuetudines mutate. Dominicum continet unam carucatam terre, et valet xxs., deducto custu domorum et serviencium. Et estimant defectus domorum Curie nunc apparentes iiijs. tantummodo. Item, requisiti de destruccione facta in communi bosco Decani et Capituli, dicunt quod nullus ipsorum ingreditur, nec aliquod

dampnum per ipsos esse ibi factum ; et quod presens forestarius dictum boscum, quatenus potest, laudabiliter custodit.—*Archives of the D. & C., No.* 3673, *p.* 30].

Stoke, in the Manor of Bosham, *see* Brothertone ; 112.

Stokes, John de, R. of St. Mellion ; 40, 67[b], 80, 102,[b] 164, 174[b].—R. of Challacombe ; (*Ord.*) 218.

Stokes, Ralph de (Notary-Publick ; 49, 62, 62[b], 73) : *see* Bosham (*Inst.*); 59 : inst. to Ashcombe, 59[b], 62[b], 74, 87[b].—*See* Kingsnympton ; 41 : Rome, Court of ; 49.

Stoke, Roger de, *see* "Wills"—Egleby ; L 212[b].

Stoke, Thomas de, presented to Redruth ; 175.

Stoke-Climsland ; *see* "Dedications" ; 161,—

John de Doune, R.,—Dispensation: Licence to put his Benefice out to farm for two years (4 May, 1322) ; 167[b].

Stoke-Damarel [Stoke Daumarle, MS.],—

John de Fordyngtone, R.,—Dispensation: non-residence, for a year from Michaelmas, to study, etc. (20 Sept., 1318): he was to take subdeacon's Orders within the year ; 129[b].

Stokenham, Nicholas Lovetot ; R[1].,—

He had cure of souls, but deserted his Parish, never residing. And, without Licence or any lawful cause, he had taken up his abode the Bishop knew not where, fraudulently avoiding the Bishop's Citation. He had not even once visited his Church for three years or more. So the Bishop (22 Jan., 1309-10) directed his Official Principal, the Archdn. of Totnes, to cite him peremptorily thrice, at suitable intervals (the Citation to be solemnly published in the said Church), that he return into residence without delay; and to make it clear to the Proctor of the said Nicholas (if he should appoint one), to his parochial priest in charge, and to his neighbours, friends, and connections, and the parishioners generally, that, if he did not return forthwith, the Bishop would proceed to deprive him. That he might not excuse himself on the pretence of ignorance, the Bishop ordered his Mandate to be openly and distinctly published at the three next Chapter Meetings of the Deanery; the result to be reported to him before the Feast of the Annunciation ; 47.

Sir Geoffrey was Vicar at this time,—Dispensation in his favour :—"Nobilis Viri Domini Radulphi de Monhermer, pro te nobis supplicantis, precibus inclinati, super eo quod—Senescallus dicti Domini Radulphi in Manerio de Stoke in Hamme existens—te secularibus negociis immiscuisti, tecum, quatenus de jure potuerimus, dispensamus, et tibi simpliciter remittimus quicquid ad nos pertinet in premissis ; volentes quod ab illicitis secularibus negociis, in quantum comode poteritis, abstineas in futurum, quodque de prius commissis in foro anime penitenciam recipias salutarem" (7 Dec., 1312) ; 75.

—*Commission* (directed to Precentor Germeyn and John de Stokes, R. of St. Mellion (17 Feb., 1314-15).—"Ad audiendum raciocinia quorumcumque ministrorum nostrorum, qui de bonis Ecclesiasticis Magistri Nicholai de Lovetot,

---

[1] He was R. at least as early as 1306, —"May, 1306: *Devon*,—Hervicus de Stauntone et Johannes Randolfe constituti sunt ad assisam capiendam quam Magister Nicholaus de Lovetot, Persona Ecclesie de Stoke in Hamme, arrainavit versus Matheum, filium Johannis, et alios, de cursu cujusdam aque diverso in Stoke in Hamme.—*Rot. Pat. 34 Edw. I., m. 26d.* He was a great pluralist, and held, among other Benefices, Nether Wallop, near Andover, to which he was instituted by John de Pontissara, Bp. of Winchester, 28 June, 1292, "ad presentacionem Domini Dunelmensis Episcopi [Anthonii de Beke], Commissarii Domini [Bogonis de Clare], Thesaurarii Eboracensis, ipsius Ecclesie Patroni" (*Reg., fol. 12*).—F.J.B.

apud Stockinhamme . . . de Mandato nostro vel auctoritate ejusdem, quicquam hactenus levaverint vel receperint, cujuscumque condicionis fuerint sive status; et ad reddendum hujusmodi raciocinia coram vobis debite compellendum eosdem; de quorum ministrorum nominibus et personis pro Procuratore prefati Magistri Nicholai vobis sufficienter constare poterit: necnon, ad faciendum omnia et singula que super hiis necessaria fuerint vel oportuna."—They were to return these accounts, forthwith, to the Bishop, and the said Nicholas (or, at any rate, his Proctor), was to have due notice of the time and place of meeting for the above-named purpose, to enable him to attend if he wished. They were to satisfy him as to the correctness of the account, and, having settled all claims, were to deposit any residue—"penes Dominum Walterum, Custodem Curie nostre Episcopalis Exonie."—Another *Commission* was directed to the same persons and issued on the same day, empowering them to deal with the said Rector's claims on any debtors, etc.; 102b.

Privilegium Rectoris Ecclesie de Stoke in Hamme,—

Clemens [V] Episcopus, Servus servorum Dei, dilecto filio Thome de Neusum, Rectori Parochialis Ecclesie de Magna Grantisdene [*Great Gransdon, Hunts*], Lyncolniensis Diocesis, salutem et Apostolicam Benediccionem.—Quanto majori meritorum claritate prefulges, tanto pocioribus mereris attolli favoribus et majoribus graciis honorari. Attendentes, igitur, laudabile testimonium quod tibi de honestate morum et aliis virtuosis probitatis meritis perhibetur, ac volentes personam tuam propter hoc speciali prosequi gracia et favore, tecum ut preter Parochialem Ecclesiam de Magna Grantisdene, Lincolniensis Diocesis, cujus Rector existis, cujusque fructus, redditus, et proventus septuaginta marcarum sterlingorum summam, annis singulis, juxta Taxacionem decime, non excedunt, unam aliam Ecclesiam, curam animarum habentem, si tibi alias Canonice offeratur, libere recipere, et una cum prefata Ecclesia de Magna Grantisdene retinere licite valeas, Constitucione Generalis Concilii, et qualibet alia in contrarium edita, non obstante, Auctoritate Apostolica dispensamus. Proviso quod Parochialia et alia (postquam eam fueris assecutus) Ecclesie supradicte debitis non defraudentur obsequiis, et animarum cura in eis nullatenus negligatur. Nulli, ergo, omnino hominum liceat, etc. Si quis, autem, etc.—Datum Pictavie, vto Idus Maii, Pontificatus nostri Anno secundo [11 May, 1307], 110.—The "una alia Ecclesia" turned out to be Stokenham; and "Thomas Nyusom" was inst, thereto, 10 July, 1315.—He soon obtained Licence of non-residence for two years, "et hoc causa Peregrinacionis honesta" (8 May, 1317); the Bishop accompanying the concession with a hint that he would do well to remember the great work in progress in the Cathedral—"*Respiciat Tabulam pro voluntate*"; 119. A second Licence of non-residence, till the First Sunday in Lent (28 Feb., 1321-2), was granted—"ad requisicionem Domini Radulphi de Monte Hermeri et Domine Isabelle, consortis sue, . . . occasione obsequiorum predictorum Domini Radulphi et Isabelle; ita, videlicet, quod tunc, vel interim, ad dictam Ecclesiam personaliter veniat, et eandem Ecclesiam et Parochianos ejusdem visitet et videat; alioquin hujusmodi Licencia nullius penitus momenti existit (24 Nov., 1321); 162b. This was quickly followed by a Special Licence for a year—"a Quindena Pasche, proximo secutura [25 April, 1322], "racione obsequii Domini Radulphi de Monte Hermeri, Militis; 167b. And again, "ad instanciam Domini Radulphi de Monte Hermery, et aliorum Nobilium, optinuit Licenciam intendendi obsequiis ejusdem Domini Radulphi per triennium a dicto die [18 Nov., 1324],—ita quod pauperibus parochianis, etc."; 182.

Stoke-Fleming,—

Sir Robert Pentelowe, R.,—He appeared before the Bishop (at Launcells), "die Sabbati proxima ante Festum Ascensionis Domini" (27 May), 1318, accompanied by Sir William, called le Knyghte, a priest, and obtained Licence of non-residence for three years, with permission to put out to farm the Sanctuary of his said Benefice, with all the revenues thereof, to the said William (who was to receive all the fruits of the Sanctuary, on the completion of the three years, for a further period extending to Michaelmas.—"Et dabit uterque singulis annis predictis, ex fine, ij marcas et dimidiam"; 127.

"Eisdem die et loco, Officialis dicti Domini, in Capella Curie de Launseles, condempnavit dictum Dominum Robertum, de ipsius expresso consensu, quod pro tempore saltem hujusmodi absencie sue, de qua premittitur, ad dimittendum pro se Procuratorem sufficientem, qui omnibus querelare seu conqueri volentibus

contra eum prout justum esset responderet. Qua condempnacione sic facta, idem Dominus Robertus nominavit Magistros Johannem de Hurbertone et Willelmum de Beare eidem Officiali, ut essent Procuratores sui, conjunctim et divisim; et voluit et rogavit quod dictus Officialis eisdem Procuratoribus super hoc Procuratorium sigillaret,—presentibus Magistro Nicholao de Hele, Domino Willelmo Knyght predicto, et me, Ricardo de Twyvertone; die et loco, et anno predictis, Indiccione prima."—RdT. Sir John de Pultone was licensed to farm this Benefice for two years (19 May, 1320); 149b.

Stoke-Gabriel [Gabrielstoke, MS.],—

Commission, directed (13 June, 1310), to the V. of this Parish against debtors, there, of Chancellor Roger de Otery; 52b. *See* St. Newlyn, page 343.

Stoke-in-Teignhead [Stoke in Tynhide, MS.],—

Master William de Newetone, clerk, R.,—Dispensation: non-residence for two years, to study, etc.; he was to take subdeacon's Orders within the first year (20 Sept., 1319); 143: again (subdeacon), for a year (30 Sept., 1321); 161: renewed (17 Oct., 1322),—"et dabit xx solidos; 169: renewed, for two years (7 Aug., 1323); 176.

Stoke-Rivers, Sir Henry [de Raleghe], R. of,—

MEMORANDUM quod, cum Dominus dudum precepisset Domino Henrico, Rector Ecclesie de Stoke Ryvers, ex certis causis et legittimis, quod idem Rector nullatenus celebraret Divina, idem Rector nuper, die Martis proxima post Festum Commemoracionis Animarum [6 Nov., 1319], apud Estboclonde, comparuit personaliter coram Domino, et ipsum humiliter requisivit ut ipse Dominus, recepta caucione ydonea ab eodem Rectore quod se gereret de cetero secundum decenciam Ordinis sui, ipsum ex tunc permitteret licite celebrare; unde Dominus, audita requisicione sua, quod petivit sibi annuit, in hunc modum; videlicet, quod idem Rector, assumptis secum xij vel xiiij viris ydoneis de Parochia sua, venirent die Mercurii tunc in crastino, in Ecclesia Parochiali de Southmoltone, coram Magistro Waltero de Setone, et Nicholao de Hele, Commissariis suis in hac parte, et faterentur conjunctim et divisim se teneri ad Fabricam Ecclesie Exoniensis in x marcis argenti, solvendis si extunc super inhonesto gestu idem Rector quomodolibet sit convictus. Die, autem, Mercurii predicto adveniente, venit idem Rector, et Walterus de Stokes, Robertus le Peyntour, Willelmus de Hakeford, Willelmus Molendinarius, Robertus atte Birche, Johannes atte Clive, Alexander de Horigge, Willelmus de Kymelonde, Ricardus de Orliswalle, Alfredus de Kymelonde, Rogerus de Beardingecote, Willelmus Benet, et Willelmus atte Westyete, loco predicto, coram prefatis Commissariis; et promiserunt, et quilibet eorum promisit, per solempnem stipulacionem, interrogacione precedente, se teneri prefate Fabrice in predictis x marcis, si idem Rector super premissis, modo quo premittitur, quomodolibet sit convictus. Quibus sic actis, data fuit ibidem sibi Licencia, sicut petierat, ex tunc celebrandi Divina,—*quibus actis non interfui ego Ricardus;* 144b.

Stone, Philip de la, inst. to St. Keyne; 128.

Stonhouse, William de, R. of Forrabury (q.v. *Inst.*): R. of Dunchideock; 131.

Store, Ralph, *see* Consistory Court; 172b.

Storridge, *see* Fisshacre (*Oratories*); 123b.

Storrigge, Philip de, *see* Ros, Saer de; 38b.

Stourtone, Nicholas de, inst. to Hennock; 171.

Stowe, John de, R. of Powderham; 62b, 115b: deceased; 154b.

Stowford [Stouforde, MS.],—

Sir Adam de Welle, R. of,—Licence of non-residence for a year, to study, etc. ("quintodecimo Kalendas Octobris"—17 Sept., 1311); 63b.

Stouforde, Henry de, Official-Peculiar,—

Collated to a Preb. in St. Crantock; 160: to Lezant; 168.—*See* Consistory

Court; 172: Penylles, David de; 105, L 206b: Berry-Narbor; 112: Harpford; 113b: Menhenyot; 119b: Benefices (vacant); 125b: Crediton (*Inst.*); 154b: St. Madron (*Inst.*); 183b.—He was commissioned (15 Nov., 1315), in conjunction with Richard de Coletone, Official-Principal, "ad Inquirendum de quibusdam criminibus, etc.; 110b.

Stoweforde, Wm. de, inst. to Redruth; 112b: Lifton; 149b, 157b.

Strange, John, Canon of Exeter; 4 (page 11).

Stranghe, Nich., Canon of St. Crantock, deceased; 160.

Strange, Roger *called, see* Winkleigh (*Inst.*); 41.

Strete, William de, Prebendary of Carswell and of Hayes (in the Castle of Exeter); 42: deceased; 71.

Suffragan Bishop,—

Robert, Bp. of Clonfert, appointed Suffragan Bishop in this Diocese,—Cum, sicut vestra Paternitas nobis exposuit, ad nostram sitis Diocesim noviter profecturus, ut, per mensem a tempore quo . . . Diocesim ingressi fueritis, "Confessiones quorumcumque subditorum nostrorum, vobis peccata sua confiteri volencium, audire, et, injuncta eisdem sic confitentibus pro suis commissis Penitencia salutari, ipsos super commissis eisdem absolvere valeatis, eciam si inter cetera talis casus occurrat cujus Absolucio ad nos specialiter fuerit, de jure vel de consuetudine, reservata; necnon Ecclesias et Cimiteria, si que jam in nostra Diocesi predicta, vel infra memoratum mensem, per effusionem injuriosam humani sanguinis, vel alio modo forsitan execrata, reconcilianda fuerint, debite reconciliare; et minores Procuraciones, que propter hoc abinde debentur, recipere, Procuracionibus super hoc majoribus nobis specialiter reservatis; pueros, eciam, confirmare; Calices, Vestimenta, et alia Ornamenta Ecclesie benedicere; ac quociens, ubi, et quando vobis expedire videbitur, predicare seu proponere Verbum Dei,—vobis, de cujus puritate conscienciе plenam in Domino fiduciam optinemus, vices nostras, tenore Presencium, committimus, et Licenciam, prout ad nos pertinet, de nostra concedimus gracia speciali.—In cujus rei, etc.—Datum Londoniis, xx die mensis Maii, Anno Domini Mo CCCmo vicesimo quarto; 180.

Suicide of a Chaplain (not named),—

Inventa in quodam Magno Rotulo in Scaccario Domini Regis, de quodam qui voluntarie se suspendit:—

Anno decimo nono Regis Henrici Tercii [1234-5], Episcopus Herfordensis de catallis Capellani qui se suspendit—xls.; set non debet summoniri, quia nulla catalla in laico feodo set in feodo Ecclesie; unde inde quietus est per Breve Regis, in quo premissa continentur.—Annus sextus Regis Ricardi [1194-5] inter alia, comprehendit compotum de catallis inimicorum Regis captis et venditis.—Recordum.—fol. 176; where this Document is entered, sub anno 1323, without comment or reference to anything contained in the context.—*See*, also, Stoke-Fleming (*Inst.*).

Sully, Joan de, presents to Iddesleigh; 55, 151b.

Sully, Reymund de, R. of Iddesleigh; 218: inst. to Sampford-Courtenay; 54b, 64b, 69b, 142b.

Suttone, John de, Canon of Crediton; 47b: deprived; 142b.

Suttone, Martin de, Canon of St. Probus; 74b.

Swafelde, John de, R. of Meavy (q.v.): deceased; 161.

Swannacot (Lower), in Wyke-St. Mary; L 191.

Sweyneseie, Thos. de,—Licence to farm the Preb. of R. de Hengham, in the Ch. of Crediton for 3 years (8 May, 1310); 50b: adm. to Lanteglos-by-Camelford; 120.—*See* L 193, etc.

Swyndone, Margery de, elected Prioress of Polsloe ; 33.
Sydewyne, Richard de, inst. to Clannaborough ; 57b, 60b.
Sydenham, Richard de, *see* Clayhanger ; 107b.

T.

Taillour, Roger and Meliora le (of Bodmin) ; L 211b.
Tayllour, Serlo, son of Martin ; (*Ord.-Pris.*) 226.
Talaton ; Hugh le Engleis, R.—*See* Bisimano, William de ; 43b.
Tamerton-Foliot ; *see* "Dedications" ; 128b.
Tankarde, Thos. *called*, V. of Abbotskerswell, decd. ; 157b.
Tappeleghe, *see* Westleigh ; 89.
Tauntefer, Roger, presents to Clyst-St. Mary ; 83b.
Taunton, the Prior and Convent of, present to Willand ; 110b : to Clannaborough ; 57b, 86, 181.
Tautone, Rob. de, inst. to Bradstone ; 106 : to St. Ervan ; 110b : resigns ; 152b : *collated* to St. Mawgan-in-Pyder ; 163b.
—He was Steward of the Bishop's House "extra Templebarre," and (with Bartholomew de Bokerel), being in default to the amount of £24 due to Wm. Russel, priest, Receiver, was ordered to pay the same before Easter, on pain of Excommunication—"presentibus Dominis Petro de Honitone, Rogero de Boddeleghe, presbiteris ; Ricardo de Yowe, Nicholao de Hele, Thoma de Stone, clericis" (17 Feb , 1320-1) ; 156b.
Taverner, Wm. le, chaplain ; L 189b : Nicholas le ; L 215.
Tavistock ; the Parish-Church (*see* "Dedications") ; 127.
Tavistock Abbey,—*see* "Dedications" ; 128b.
—*Commission*, directed to Sir Robert, the Abbat (9 April, 1314), "Absolvendi et dispensandi cum quibuscumque Commonachis vestris, in quibuscumque casibus in Statuto nostro edito super hoc in ultima Visitacione nostra Monasterii supradicti, in casibus in quibus nobis reservavimus potestatem ; necnon, delinquentibus injungendi penitenciam pro commissis ; et omnia alia et singula faciendi que in hac parte necessaria fuerint, etc." ; 83b.
Warnefforde, Isabella de; *see* Thorney; 76.

Warwick [Guy], Earl of, *see* West-Buckland; 57, 75.

Washfield [Waysfelde, MS.]; John Coye, R.,—

Dispensation: non-residence for a year from Michaelmas, to study, etc.; he was to take subdeacon's Orders (17 Sept., 1309); 43b: renewed (deacon—4 Sept., 1310); 55: again, for two years, and to put out his Benefice to farm, to Walter de Cloptone, priest (7 Oct., 1313); 80: again (priest), for two years (24 Sept., 1323); 177.

Waisfeld, Nicholas de, inst. to West Anstey; 144b.

Washford [Waysfel, and (in the margin) Waysfeld, MS.—a clerical error],—

Symon [de Sancto Genesio], deacon, R.; Dispensation: non-residence, for a year from Michaelmas (19 Sept., 1309); 43b: renewed, 10 Sept., 1310; 56.

Watergate, Wm. de, junior, *see* Bosham; 14, etc.: Thorney; 76.

Wavyntone, Nicholas de, R. of Diptford; 43b: L 193, 211b.

Way [la Weye, MS.], *see* Pollard (*Oratories*); 39b.

Wedergrave, Nich. de, inst. to Southmolton; 120: to Holsworthy; 155, 168. *See* Southmolton (*Inst.*); 157: L 213b, etc.

Wela (*or* Wele), John, R. of Combe-in-Teignhead,—

Commission directed to him, and to Roger de Otery, Official-Principal; "iiij Kalendas Marcii" (26 Feb.), 1308-9,—"in omnibus causis et negociis Visitacionem nostram seu alias speciales vocaciones nostras qualitercumque contingentibus . . . vobis vices nostras committimus; 38b.—He resigns Combe-in-Teignhead; 40b: is collated to the Archdeaconry of Barum; 39b, 51b: resigns, and is collated to that of Exeter, with a Preb. in the Cathedral; 69b: resigns the Archdeaconry for the Precentorship; 117. *See* Exbourne; 42b.

Wellia, Adam de, collat. to Ashwater; 55: R. of Stowford; 63b.

Wellia (*or* Welle), Hugh de, inst. to St. Winnow; 70: V. of South Petherwin, deprived; 160b.

Welle, Richard de la,—

Appointed Steward and High-Bailiff, in the room of Henry de Bokerel, for the City and Suburbs of Exeter and the Manors of Paignton, Bishopsteignton, Chudleigh, Ashburton, Clyst, and Flokeston (20 Aug., 1308)—Witnesses: J. de Poltone, R. de Honetone, and Thomas de Moletone); 35.

Welletone, Master Roger de, Archdeacon of Teviotdale [Tevydale, MS.], Diocese of Glasgow,—

The Bishop commissions him to collate to a Preb. in Bosham about to be vacated, "septimo Idus Novembris" (7 Nov.), 1308; 36b.—*See* Bosham; 43.

Wengrave, Wm. de, adm. to Witheridge (q.v.); 119: L 214.

Were, John de, clerk, *see* Scilly; 117b, 122.

Were, Rd. de, *see* Glasney (*Inst.*); 76b; admitted to Lezant; 77b: R. of Wear-Giffard; 79b, 81.

Were, William de la, *see* Scilly; 117b, 122.

Were, William, *see* Consistory-Court; 172b.

Weremister, Walter de, inst. to the Prebend of Hayes; 71.
West, Thomas and Alianora; 2 (pp. 5, 6).
West Anstey, *see* "Dedications"; 145.

[*Ordinacio Vicarie de Westansty*,—
Universis, etc. Walterus, etc.—Noverit Universitas vestra quod, cum . . . Decanus et Capitulum Exoniensis Ecclesie, ad Vicariam Ecclesie de Westansty . . . eisdem . . . Canonice appropriate, per nos taxandam et ordinandam in eadem, Dominum Nich. de Waschefylde, presbiterum, nobis nuper libere presentaverint, a nobis instituendum Canonice in eadem; nos, ut sciatur in quibus porcionibus hujusmodi Vicaria consistere debeat in futurum, pensatis ipsius Ecclesie . . . facultatibus, etc., ordinamus, videlicet, quod dictus Nich. de Wasshfelde (*sic*) . . et sui successores habeant et percipiant . . . omnes et singulas domos que ad Rectoriam . . . consueverant pertinere, cum toto Sanctuario . . . excepta una grangia, cum area adjacente eidem, circiter dimidiam acram terre continente; quam, quidem, grangiam dictus Vicarius, etc. suis sumptibus propriis sustinebunt, ad usum dictorum Decani et Capituli, cum blada sua ipsius Ecclesie eis placuerit unire et recolligere in eadem; alioquin omnia aisiamenta, tam de ipsa domo quam de area predictis, cum iidem Decanus et Capitulum non indiguerint ut premittitur, remaneant penes Vicarios antedictos. Habeant, eciam . . . omnes minores decimas, oblaciones, et alias quascumque obvenciones tocius predicte Parochie ad altilagium . . . pertinentes; in quibus decimam feni et mortuariorum, lini, canabi, vitulorum, agnorum, pullanorum, cujuscumque eciam bladi in ortis nunc existentibus, cum vangis excultis, volumus inter cetera comprehendi. Volumus, eciam, et ordinamus quod . . . percipiant, singulis annis, a predictis Decano et Capitulo, ij marcas argenti, in Scaccarium ipsorum Exonie, ad quatuor anni terminos principales. Dictusque Vicarius, etc., ministris seu famulis dictorum Decani et Capituli, cum pro videndis seu vendendis bladis dicte Ecclesie, que omnia, auctoritate presentis Ordinacionis, ad eosdem Decanum et Capitulum volumus remanere, ibidem accederint, hospicium competens inveniant; fenum et litteram et boscum, pro mora sua, subministrent eisdem. Ordinamus, insuper, quod dictus Vicarius, etc., omnia onera ordinaria dicte Ecclesie subeant et agnoscant; quodque Cancellum dicte Ecclesie, Libros, et cetera Ornamenta ipsius ad Rectoriam spectancia, necnon vitrum fenestrarum dicti Cancelli, suis sumptibus sustineant; extraordinaria, vero . . . quocumque nomine censeantur, ad Decanum et Capitulum pertineant antedictos. Salva nobis et Successoribus nostris potestate hanc nostram Ordinacionem et Taxacionem augmentandi, etc.—In cujus rei, etc.—Datum apud Clyst, die Veneris proxima post Festum Epiphanie Domini" [11 Jan., 1319-20].—*Archives of the Dean and Chapter, No.* 3625, *fol.* 158].

West Buckland, Sir Symon de Arnyngworthy, priest, R.,—
Dispensation: non-residence, "ut obsequiis . . . Nicholai de Warwyke, per biennium . . . insistere valeas": he was to provide for the cure of souls and the relief of his poor parishioners (17 May, 1308); 34: again, till Michaelmas, 1312, "in servicio Domini Comitis de Warwyke," (4 Nov., 1310); 57: again [Anigworthe, MS.], "ad preces . . . Guydonis de Biauchamp, Comitis Warwykie . . . intendendi obsequiis Comitis" (30 Nov., 1312); 75.—Wm. de Nywenham, accolite, R., non-residence until the F. of St. Peter ad Vincula (1 Aug.), 1315, to study, etc. (29 March, 1314); 83: again (subdeacon), "ut in Partibus transmarinis per triennium stare valeat in Scolis, vel in Anglia per biennium"; 107b, [Date omitted; the Entry occurs between 29 July and 14 Aug., 1315]: again, non-residence (and to put out his Benefice to farm), for one year from Michaelmas, to study, etc. (5 Sept., 1317),—"et dabit, ex fine, dimidiam marcam"; 121b.

Westleigh,—*Taxacio Vicarie de Westleghe*:—
Ut sciatur in quibus Porcionibus dicta Vicaria consistere debeat in futurum, ordinamus quod tu, [Symon Stiria], et singuli Vicarii successores tui . . . habeas et habeant, nomine dicte Vicarie, totum Sanctuarium dicte Ecclesie, cum manso et domibus in Sanctuario situatis, et aliis pertinenciis suis universis, excepta meliori grangia et dimidia acra terre contigua eidem, . . . totum altilagium, et decimam feni tocius Parochie, una cum decima culture in

curtilagiis cum vanga excultis, et tota decima garbarum ville de Tappeleghe. Et solvas, singulique, etc., solvant, Procuracionem Archidiaconi Loci, Cathedraticum, et Synodaticum; sustineas, et sustineant, Libros ad Rectoriam . . . pertinentes, et vitrum fenestrarum Cancelli et cooperturam ipsius Cancelli duntaxat, tuis et eorum sumptibus, postquam semel, per Decanum et Capitulum Exonienses, quibus dicta Ecclesia Canonice appropriata existit, sufficienter reparata fuerint et correcta. Qui, quidem, Decanus et Capitulum omnia et singula onera alia dicti Cancelli, et cetera onera ipsius Ecclesie, imposita et et imponenda de cetero, sustineant et agnoscant; salva nobis et Successoribus nostris potestatem . . . declarandi, augendi, etc.; 89. [There is no date; but the Taxation was made on Stiria's Collation, 19 Aug., 1314].

West Ogwell [Westwoggewille, MS.],—

Simon de Boyvile, subdeacon, R.,—Dispensation: non-residence for a year, to study, etc. (6 Jan., 1319-20); 145b.

West Worlington [Westwolryngtone, MS.],—

Johel de Bukyngtone, subdeacon, R.,—non-residence for a year, to study, etc. (22 June, 1319); 141b.

Westbury (*or* Westbyry), Wm. de, R. of Ashwater; 40b, 56b.

Westbury Collegiate Church, *see* Exeter (*Canons*); 159b.

Westone, Sir John de, Knt., presents to All-Hallow's, Goldsmith Street, Exeter; 41, 76b: *see* Brothertone; 112.

Westone, John de, Proctor for Roger de Audele; 116b.

Westone, Thomas de, presented to St. Creed; 158b.

Weye, Thomas de la, *see* Upton-Pyne (*Inst.*); 55b, 69b.

Weye (*or* atte Weye), Wm. de la, inst. to Redruth; 184.

Weymue, Henry de, *see* Ermington; 34b.

Whalesbreus, Wm. de, patr. of St. Mawgan-in-Kerrier; 124, 182.

Whitchurch,—

Appropriacio Ecclesie de Whitchurche quatuor Presbiteris, Anno Consecracionis Walteri, Exoniensis Episcopi, quartodecimo,—

Universis, etc., Walterus etc.—Postulancium desideria promerentur audiri dum id petitur per quod Cultus Divini Numinis incrementum recipit; vivis tam temporaliter quam spiritualiter consulitur pariter et defunctis.—Sane Religiosi Viri, Frater Robertus de Campellis, Abbas Monasterii de Tavistoke . . . et ejusdem Loci Conventus, transmissa nobis peticione, cum instancia supplicarunt ut in Ecclesia Parochiali et curata de Whitchurche, . . . que de ipsorum Religiosorum Patronatu existit et sacerdotem unicum consuevit habere, Cantariam Perpetuam quatuor sacerdotum, qui secundum modum inferius annotatum ibidem Divina perpetuo celebrarent, ordinare ac statuere; necnon, circa ipsorum sacerdotum statum qualem in dicta Ecclesia et Cantaria et quem gradum inter se habere debeant similiter ordinare, predictamque Ecclesiam ad sustentacionem sacerdotum hujusmodi assignare, et eidem Cantarie ipsis pro sacerdotibus appropriare, intervenientibus omnibus juris solempniis, auctoritate Pontificali et ordinaria dignaremur. Nos, itaque, attendentes Divine pariter et humane caritatis ardorem quo prefati Religiosi in hac parte flatu Sancti Spiritus succenduntur, quantumque cum Divine laudis augmento messi Dominice que multis operariis indiget providebitur intime ponderantes, . . . supplicacioni prefate dignum duximus, quantum nobis permittitur, prout sequitur, favorabiliter inclinare. Habito, igitur, cum dilectis filiis Decano et Capitulo Ecclesie nostre Exoniensis super hiis communi tractatu et solempni et prout requiritur pleniori, vocatis ad tractatum hujusmodi specialiter Magistro Rogero de Churletone, Archidiacono Tottonie in Ecclesia nostra Exoniensi predicta, infra cujus Archidiaconatus ambitum prefata Ecclesia de Whitchurche notorie situatur, necnon Domino Jacobo Franceis, Rectore qui nunc est Ecclesie de Whitchurche sepefate, in predicti Archidiaconi personali et predicti Rectoris Procuratoris presencia, de

consilio et assensu unanimi dictorum Decani et Capituli, statuimus et ordinamus in predicta Ecclesia de Whitchurche, quatenus in presenti de jure valemus, Cantariam Perpetuam quatuor sacerdotum, qui, cedente vel decedente prefato Rectore . . . Divinum Obsequium nocturnum et diurnum modo qui sequitur exsolvere perpetuo teneantur; ut, videlicet, post Horas Canonicas et Missam de die, quas ab omnibus sacerdotibus in ipsa Ecclesia horis competentibus dici precipimus, plenum Servicium tam pro vivis quam defunctis, *Placebo*, scilicet, *Dirige*, et Commendacione, et tres Missas pro mortuis, vel ad minus duas, et terciam de Sancta Maria, cessante impedimento legitimo, dicere cotidie teneantur; in quibus Missis et aliis oracionum suffragiis obsequiisque Divinis pro felici statu Fratris Roberti, Abbatis supradicti, ejusdemque Loci Conventus, necnon prosperitate et pace Excellentissimi Principis, Domini nostri, Domini Edwardi, Dei gracia Regis Anglie illustris, Domine Isabelle, Regine, salubrique statu nostro, Decani et Capituli nostri Exoniensium, Dominorum eciam Hugonis de Curtenay et Ricardi de Stapeldone, Militum, si nobis aut predictorum aliquo superstitibus sacerdotes hujusmodi in predictam Ecclesiam effectualiter ordinari contigerit, quorum realis et effectualis ordinacio, sicut premisimus, usque ad predicte Ecclesie vacacionem Canonicam dependebit; necnon pro animabus Willelmi et Ysote, parentum dicti Fratris Roberti; Domini Ordulphi, Comitis; Abine, Comitisse; bone memorie Edwyni et Luvyngi, quondam Episcoporum Exonie, prefati Monasterii de Tavistoke fundatorum, suorumque progenitorum; predecessorum et successorum dictorum Abbatis et Conventus; Roberti de Veteri Terra, Ade de Middeltone, Johannis de Aisleghe, specialiter; et generaliter pro omnibus vivis fidelibus ac defunctis, memoratos sacerdotes ac alios ejusdem Ecclesie ministros adorare Dominum nostrum cum competentibus oracionibus, seu collectis ac aliis ordinatis officiis, per hanc nostram Ordinacionem imperpetuum valituram teneri volumus et astringi mandamus. Cum quis, autem, predictorum nunc superstitum pro quibus duximus exorandum subtractus fuerit ab hac luce, in ordine recitandorum nominum eum nunc defunctis volumus anteponi; pluribus, autem, vel omnibus qui mori poterunt resolutis, eodem ordine recitentur defuncti quo vivi superius describuntur. Nec miretur aliquis hujus nostre pagine recitator quod Fratrem Robertum, Abbatem predictum, tam vivum quam defunctum ceteris omnibus, Majestati Regie, Pontificali reverencie, Comitisque spectabilitati prerogativam honoris nullatenus exhibentes, in memoratorum sacerdotum aliorumque ministrorum oracionibus primum recitacionis locum disposuimus optinere, cum predicti Fratris Roberti labores et merita, quibus prefati Monasterii de Tavistoke facultates non mediocriter ampliavit, quique prefate Ecclesie de Whitchurche Advocacionem seu jus Patronatus, suis mediantibus laboribus et industria, ut Ordinacio hujus Cantarie fieret in eadem, noviter adquisivit, sibi, quoad hoc prelacionem digne postulent indulgeri, ut honoris premium laboris tedium recompenset. Statuimus, eciam, et de predictorum Decani et Capituli ordinamus assensu quod, cedente vel decedente predicto Rectore . . . Officium Archipresbiteratus sit imperpetuum in eadem; ita, videlicet, quod cum ipsam Ecclesiam, et extunc quociens ipsum Officium, vacare contigerit, Persona ydonea ad hujus Archipresbiteratus Officium curamque et regimen ipsius Ecclesie sueque Parochie, nobis et Successoribus nostris, Episcopis Exonie, per Abbatem et Conventum Monasterii de Tavistoke predicti, infra unius mensis spacium—cujus propter diutine vacacionis evitandum discrimina, et ne Divinum Obsequium oracionumque suffragia que tam vivis quam mortuis superius disposuimus exhiberi, dilacionem capiant, taliter duximus moderandum—Canonice presentetur; alioquin potestas plenarie conferendi Officium Archipresbiteratus hujusmodi ea vice nobis, seu Successoribus nostris qui pro tempore fuerint, devolvatur; quam Personam, per dictos Religiosos—ut premittitur—presentatam, ad ipsum Officium, necnon curam et regimen ipsius Ecclesie tociusque Parochie, seu illam cui per nos seu Successores nostros, propter negligenciam dictorum Religiosorum vel persone presentate defectum seu inhabilitatem, hujusmodi Officium collatum fuerit, admissam et institutam Canonice in eodem Archipresbiteri vocabulo eo quod aliis presbiteris servituris ibidem preerit, volumus et precipimus nominari. Hujusmodi, vero, Archipresbitero instituto, sicut premittitur, et admisso, tres presbiteros, viros utique ydoneos, quos absque causa racionabili nolumus amoveri, de ipsius Archipresbiteri consilio et assensu; et extunc, quociens locus ipsorum vel alicujus ipsorum vacaverit, Personam aliam ydoneam, nobis seu Successoribus nostris . . . memorati Religiosi Viri, Abbas Monasterii de Tavistoke etc., infra unius mensis spacium postquam idem Archipresbiter primum institutus fuerit et admissus; et

extunc, quociens trium presbiterorum hujusmodi locus aliquis vacaverit, quod ex causa premissa taliter limitavimus, Personam aliam subrogandam ydoneam presentabunt; potestate tres presbiteros hujusmodi a principio deputandi, et extunc, loco cedentis decedentis vel amoti, personam aliam subrogandi, ad nos et Successores nostros . . . sicut in alio casu diximus, devolvenda, si prefati Religiosi circa presentacionem hujusmodi infra pretaxati temporis spacium negligentes fuerint, aut Personam inhabilem forsitan contra Canonum Instituta duxerint presentare. Pro sustentacione, autem, Archipresbiteri triumque presbiterorum seu sacerdotum de quibus supra fit mencio, ac unius clerici, quem preter Aque Benedicte bajulum per Archipresbiterum memoratum, ad ministrandum in predicta Ecclesia juxta inferioris Ordinis quem habebit gradum, precipimus et statuimus deputari, prefatam Ecclesiam, cum vacaverit, ipsiusque universos redditus et proventus, cum predictorum Decani et Capituli assensu et consilio, assignandos fore decrevimus, eisdemque Archipresbitero et Ministris in usus proprios titulo perpetuo possidendos concedimus, et, quatenus in presenti possumus, assignamus eisdem. Volumus, insuper, et ordinando statuimus, de assensu et consilio antedictis, quod, quandocumque Archipresbiter qui pro tempore fuerit inter F. Beati Michaelis in Septembri et F. Apostolorum Petri et Pauli in mense Junii tunc proximo secuturum cesserit, decesserit, vel alias legitime amotus fuerit, qui fructus decimales anni precedentis integraliter percepit, si cesserit vel amotus fuerit ut premittitur, vel, si decesserit, Testamenti sui Executores seu bonorum ejusdem Administratores pro hujusmodi fructibus sic perceptis solvant tribus presbiteris memoratis id quod auctoritate presentis Ordinacionis et Statuti debetur eisdem, et in victualibus sustineant, prout Archipresbiter ipse eisdem solvere et sustinere consuevit eosdem; necnon omnia alia onera ordinaria et extraordinaria dicte Ecclesie de Whitchurche, quocunque nomine censeantur, usque ad dictum F. Apostolorum Petri et Pauli agnoscant integraliter et supportent; et, preterea, solvant Archipresbitero, quem ibidem secundum modum superius annotatum prefici contigerit successorem, singulis septimanis, postquam fuerit sic prefectus usque ad dictum F. Apostolorum Petri et Pauli, singulos duos solidos sterlingorum, nisi idem Archipresbiter altilagium ipsius Ecclesie percipiendum vel partem ejusdem in solucione hujusmodi duorum solidorum, prout inter se super hoc poterunt convenire, duxerit eligendum: in cujus eleccionis eventum, si fiat per Archipresbiterum memoratum, si idem altilagium pro tota solucione hujusmodi duorum solidorum eligatur, tunc cesset in totum; si, vero, pars ejusdem altilagii in parte solucionis eorundem eligi contigerit, tunc cesset solucio in ea parte quoad duos solidos antedictos. Si, vero, archipresbiter ipse, inter F. Apostolorum Petri et Pauli predictum et F. Beati Michaelis in Septembri, cesserit, forsitan, decesserit, vel alias legitime amotus fuerit, fructibus decimalibus ejusdem anni fortassis a solo separatis et per eundem prius pro parte perceptis et consumptis, Archipresbiter novus succedens eidem totum residuum hujusmodi fructuum decimalium nullatenus consumptorum Parochie dicte Ecclesie, tam exterius in quocunque loco existencium quam in horreis ibidem reconditorum, dum tamen Archipresbiter ipse successor satisfecerit de inpensis appositis circa colleccionem fructuum eorundem, habeat et percipiat; et in eventum illum Archipresbiter ipse succedens pro rata partis hujusmodi fructuum quam sic percepit; precessor, vero, ipsius si cesserit vel alias amotus fuerit, aut si decesserit Testamenti sui Executores seu bonorum ejusdem Administratores, pro rata partis eorundem fructuum sic primitus consumptorum, omnia et singula onera supradicta juxta modum superius annotatum subire et agnoscere teneantur. De fructibus, autem, quos in Sanctuario ipsius Ecclesie excoli et crescere contigerit, statuimus et ordinamus, de assensu et consilio predictis, quod Archipresbiter succedens, ut premittitur, quocunque tempore anni cesserit, decesserit, vel alias amotus fuerit precessor vel predecessor ipsius, habeat et percipiat omnes fructus excultos in Sanctuario memorato; satisfacto sibi per memoratum Archipresbiterum succedentem, si cesserit vel amotus fuerit precessor ipsius, vel, si decesserit, Executoribus Testamenti sui vel bonorum ejusdem Administratoribus, de inpensis dumtaxat appositis circa agriculturam Sanctuarii memorati; et si quid de eisdem fructibus in Sanctuario excultis ante cessionem, amocionem, vel decessum precessoris reconditum fuerit, vel alias forte consumptum, in eventum illum fiat super hiis prout in alio casu de fructibus decimalibus superius est expressum, jure vel consuetudine quod vel que de media Quadragesima in nostra Diocesi usitatum in aliis Rectoribus locum optinet, non obstante; juribus et consuetudinibus in admissione seu repulsione Rectorum et aliorum preficiendorum in

nostra Diocesi hactenus usitatis, tam circa admissionem et repulsionem Archipresbiteri memorati de quibus supra fit mencio, moderacione temporis presentandi dumtaxat excepta, quibus per premissa derogare non intendimus, in suo robore plenarie duraturis. Tenore, eciam, Presencium prohibemus ne quis capellanorum hujusmodi, quocumque colore quesito, in aliis Ecclesiis vicinis vel circa aliud quodcumque Obsequium, Divinum videlicet vel humanum, quorumcumque clericorum aut laicorum precepto seu prece, ministrare seu vacare quovismodo valeat, dum ipsorum Archipresbiteri seu capellanorum numero voluerit aggregari; quod si secus egerit, nec, tercio per Episcopum Exoniensem vel ejus Officialem, Archidiaconum Tottonie vel ejus Officialem, vel Abbatem de Tavistoke qui pro tempore fuerit, seu per memoratum Archipresbiterum si forte suus inferior deliquerit in premissis, commonitus, noluerit a talibus abstinere, a suis ibidem habitis beneficio et officio sit ipso jure privatus et ab eisdem removeatur omnino, et alius vice sui juxta formam precedentem ydoneus subrogetur. Quantum, autem, ad statum sive gradum inter Archipresbiterum et alios presbiteros habendum, statuimus et, de dictorum Decani et Capituli consensu unanimi, ordinamus quod cui regimen tocius predicte Ecclesie et sue Parochie cicius est commissum, quem, ut prediximus, Archipresbiterum nominari volumus, et qui de juribus Episcopalibus et Archidiaconalibus tenebitur respondere, de bonis dicte Ecclesie libere disponendi habeat facultatem; ita, tamen, quod tam ipse quam alii presbiteri seu sacerdotes, quos suos socios appellabit et volumus appellari, in eadem domo simul cotidie se semel et similiter reficiant et habitent in communi, quodque idem Archipresbiter de bonis redditibus et proventibus dicte Ecclesie singulis sacerdotibus per singulos annos, inter Festa Beati Michaelis et Omnium Sanctorum, pro una roba duorum garnimentorum de una secta, et de qua ipsemet Archipresbiter, si illo anno habere nova indumenta voluerit, indui faciet semet ipsum; alioquin de alia precii viginti solidorum sterlingorum inter predicta duo Festa tenebitur liberare; et nichilominus duas marcas sterlingorum pro aliis necessariis annis singulis, ad Terminos Quatuor Principales, videlicet Natalis Domini, Pasche, Nativitatis S. Johannis Baptiste, et Beati Michaelis in Septembri, pro equalibus porcionibus ipsorum presbiterorum seu sacerdotum cuilibet ministrare. Qui, quidem, Archipresbiter tam in administracione bonorum, ut premittitur, quam honoris prerogativa ceteris preferatur, aliis presbiteris seu sacerdotibus inter se illum gradum in sedibus et aliis quem ordo temporis quo in societate hujusmodi fuerint illis attribuerit habituris, juxta legem que dicit quod is gradus ceteros antecedat quem in eodem genere militandi labor prolixior fecerat anteire. Sint, quoque, tres illi sacerdotes memorato Archipresbitero in exercicio cure animarum in predicta Parochia fideles et soliciti cooperatores, Sacramenta [et] Sacramentalia Parochianis ipsis, cum opus fuerit, ministrando; ad quod faciendum hujusmodi presbiteros seu sacerdotes et quemlibet eorundem per hanc nostram Ordinacionem firmiter obligamus. Archipresbiter, vero, memoratus et quilibet ejus successor, in sua Institutione seu Admissione, vel quam cito postea, per nos Successoresve nostros, vel Abbatem Monasterii antedicti, de faciendo in Ecclesia predicta continuam residenciam personalem, et tam ipsi quam presbiteri tres alii, ac eisdem seu eorum alicui subrogandi seu subrogandus, de observandis hiis nostris Ordinacionibus, Voluntate, Precepto, et Statutis memoratis, cessante impedimento legitimo, ac aliis si oporteat racionabiliter faciendis, corporale prestabunt et prestabit ipsorum quilibet juramentum; alioquin ille qui hujusmodi juramentum coram nobis aut Successoribus nostris, vel saltem Abbate memorato, postquam de eo prestando per nos aut aliquem Successorum nostrorum, aut Abbatem ipsum qui pro tempore fuerit, fuerit requisitus, per tres dies continuos prestare distulerit, omni jure quod in quocumque Beneficio in dicta Ecclesia optinuerit, absque monicione aliqua, perpetuo sit privatus; salvis nobis et Successoribus nostris sequestro in bonis pertinentibus ad ipsum Archipresbiteratum, quociens et quando et pro toto tempore quo vacaverit, prout in aliis beneficiatis nostre Diocesis hactenus est de consuetudine usitatum; necnon jure et jurisdiccione alias tam nostro quam Successorum nostrorum, ac eciam Ecclesie nostre Exoniensis, ac eciam Archidiaconorum Tottonie et suorum Officialium qui pro tempore fuerint, in omnibus et singulis, ac eciam auctoritate; quibus per premissa in nullo volumus nec intendimus derogare; et salva, eciam, nobis et Successoribus nostris . . . potestate premissis addendi seu detrahendi eisdem, ac eciam ea declarandi, si, prout, et quando nobis et ipsis videbimus seu viderint expedire.—In cujus rei testimonium sigillum nostrum, una cum sigillo Decani et Capituli Ecclesie nostre Cathedralis Exoniensis, Presentibus est appensum.—Datum Exonie" [14 Jan., 1321-2].—fol. 165.

Whiteby, John de, inst. to Holne (q.v.); 57.

Whiteleghe, Henry de, R. of Hemyock, deceased; 162b.

Whiteleghe, Thomas de, inst. to Hemyock; *ibid.*

Whitstone (*Cornwall*), Roger de Carmynov, R. of,—

Walterus, etc., Rogero de Carmynov, Rectori Ecclesie de Wytestone . . . salutem. —Audita suggestione tua, intelleximus tibi, tantummodo Primam Tonsuram habenti, a bone memorie Domino Thoma, Dei gracia Exoniensi Episcopo, proximo Predecessore nostro, literatorie fuisse concessum ut a quocumque Episcopo Catholico, liberam sui Officii execucionem et graciam Sedis Apostolice optinente, ad omnes Ordines valeres promoveri; eo non obstante quod de Exoniensi Dyocesi oriundus et in eadem beneficiatus existeres, et aliud Canonicum non obstaret; quodque post obitum dicti Predecessoris nostri per . . . Johannem, Dei gracia Lyncolniensem Episcopum, ad Ordines Accolitatus et alios Minores, ad quos antea promotus non fueras, et Symonem, eadem gracia Sarumensem Episcopum, ad Ordinem Subdiaconatus, pocius ex simplicitate quam malicia, per dictas Literas Dimissorias te fecisti minus provide promoveri; cumque consciencia tua te remordeat ex hac causa, per nos tibi postulas remedium adhiberi. Cupientes, igitur, quantum possumus, super hiis graciam tibi facere, et anime tue saluti salubrius providere, hujusmodi Ordinum suscepcionem, dum tamen aliud Canonicum tibi non obviet, ratificamus, et super inhabilitate sive macula, si quam occasione premissa contraxisti, quantum de jure possumus tecum misericorditer dispensamus; volentes, quantum in nobis est, quod exnunc exequaris sic susceptos Ordines et ministres Canonice in eisdem (12 April, 1309); 40.

—Ralph de la Hide, accolite, R.,—non-residence, for a year from Michaelmas, to study, etc.; he was to take subdeacon's Orders (21 Sept., 1309); 44: renewed, till Michaelmas, 1313 (17 May, 1310); 51.—Master Rd. le Seneschal, clerk, R.,—non-residence for two years, to study, etc. (13 April, 1311); 61: again, for one year (13 Aug., 1318); 128b.

Whitstone (*Devon*); Hugh de Pouderham, R.,—

Non-residence (as in the case of the R. of St. Ladock, q.v.—29 Nov., 1308); 37: again, for a year (14 Oct., 1309); 44b: again (6 Sept., 1310); 55.

Wibberi, Laurence de, inst. to Chagford; 144.

Wibberi, Oliver de, presents to Chagford; *ibid.*

Wybberi, Symon de, R. of Chagford; 106b.

Widecombe-in-the-Moor,—

Sir Michael de la Forde, chaplain: Licence to farm the revenues of Spichewike Chapel in this Parish for Sir Thomas, V. of Widecombe, for five years,—"et dabit ad elemosinam Domini j marcam" (24 July, 1312); 72b.—See "*Ord.-Pris.*", 236b.

Wydecombe, Richard de, inst. to Townstal; 114b.

Wydeslade, Richard de [A. M. & M. D.],—

Inst. to Exbourne; 44, 45b: collated Precentor of Crediton; 75b: resigns and is inst. to Honiton; 101b: collated to the Archdeaconry of Barum; 130.

Widworthy; Sir Clement, R. of,—

Non-residence till Michaelmas, to study, etc. (8 Dec., 1308); 37: again, for a year, and to put his Benefice out to farm to John de Lustleghe (3 Sept., 1320); 151.

Wyle, Henry de la, *see* Exeter Cathedral (Chancellors); 39b.—He was, afterwards, Chancellor of Sarum; 167.

Wigetone, Gilbert de (*see* "Wills"—Queen Margaret); L 214b.

Willand; Sir Elias [de Thyngdene], priest, R. of,—

"Licencia standi in obsequiis Dominorum Prioris et Conventus Tantonie"—for a year (8 Oct., 1318),—"et dabit ad Fabricam dimidiam marcam"; 131.

Wills,—

[There are no copies of Wills in this Register; only occasional references to Probate, etc., Names of Executors, and the like].

Commission, directed to Walter de Setone, Official-Principal, "ad audiendum Probaciones vel Insinuaciones Testamentorum quarumcumque Personarum, in Dignitate vel Personatu in Eccl. Exon. constitutarum" (18 March, 1322-3); 175.

BELLO PRATO [BEAUPRE], Sir STEPHEN DE, Knt.,—*Commission*, directed to Sir Rd. de Hacche, priest, for Probate and to grant Letters of Administration to his Executors,—"Testamento ipsius defuncti primitus rite probato et insinuato, et Inventario bonorum . . . dicto Ricardo liberato; . . . proviso quod copia Testamenti . . . et Inventarii dicto Episcopo quam cito fieri poterit transmitteretur.—Die Dominica in Ramis Palmarum" (23 March, 1308-9); 39b. [*Grandisson* (*margin*)—"TESTAMENTUM MILITIS, CORAM EPISCOPO"].

BLIBURGHE, WM. DE,—Executor, Walter [Reynolds], Abp. of Canterbury; L 207. [He held the R. of Warblington, Hants, from 14 June, 1283, till his death in Feb., 1313-4. On the promotion of John de Drokenesford to the Bishoprick of Bath and Wells, he was appointed Keeper of the King's Wardrobe. —F.J.B.].

BODRIGAN, Dame YSOLDA DE,—Proved before the Bishop, at Paignton, by Wm. Malherbe, Peter de Bodrigan, and Thos. [Daumarle], R. of St. Martin's-by-Looe, Executors (7 March, 1310-11); 60.

BRUYN (*or* BRUN); the Mother of John le Bruyn, who was R. of St. Mawgan-in-Kerrier, and an Executor (5 Nov., 1308); 36.

BUTHUN, LAURENCE DE,—Executors, Robert, his son; Cecilia, his daughter; and Rd. de Tyveryntone; L 190.

BYTTON, THOS. DE, Bp. of Exeter,—"Apud Clyst, in Camera, comparuit coram Domino Episcopo et Magistro Rogero de Otery, Officiali suo, sedentibus ibidem pro tribunali, Thom. de Esse, qui fatebatur se teneri Domino Thom. de Hentone, Executori quondam Domini Thome, Exoniensis Episcopi, in sex marcis et dimidia, solvendis in Festo S. Michaelis proximo futuro, vel infra Octabas ejusdem Festi: unde iidem Episcopus et Officialis predictum Thomam renunciantem omnibus defensionibus et dilacionibus in hac parte, ad peticionem suam, ad satisfaciendum de dicta peccunie summa termino supradicto, sub pena Excommunicacionis, ex nunc prout ex tunc, Magistro Nich. de Hele, Procuratori, ut asserebatur, dicti Thome de Hentone, condempnarunt,—presentibus Domino Petro de Honetone, et me, Lancevetone"; 88b. [1314; apparently, 2 Aug.; but no date is given].

CARRU, NICHOLAS DE,—Executors, Wm. de Carru, R. of Holsworthy, and Robert Bendyn; L 200.

CAUNVYLE, Sir GEOFFREY DE, Knt.,—Proved at Brixton (between Modbury and Plympton), 10 Feb., 1308-9. Letters of Administration to Sir Wm. de Caunpvyle, Knt., and Sir Maurice de Caunpvyle, R. of Holsworthy, Executors; Sir Robert, R. of Nymet-Tracy, their co-executor, having, before John Wele, refused to administer; 38. ["PROBACIO TESTAMENTI MILITIS, CORAM EPISCOPO"—*Grandisson* (*margin*)].

CAXTONE, WILLIAM DE,—Executor, William le Spicer; L 201b.

CERSEAUS, Sir RD. DE, Knt.,—*Commission*, directed to Walter de Esse, Treasurer of Crediton, "ad audiendum raciocinia Executorum seu bonorum Administratorum" (8 April, 1309); 40.

CORNWALL, EDMUND, Earl of,—Executors, the Abbat of Hayles, Walter de Aylesburi, and others; L 187.

EGLEBY, WM. DE,—Executors, Wm. de Forestrete (V. of Axminster); Sibilla, his relict; Roger de Stoke, Thos. Cole, Thos. le Wodere, and Rd. le Juggere; L 212b.

FERARIIS, Sir HERBERT DE, R. of Newton-Ferrers,—"MEMORANDUM quod scriptum fuit Magistro Ric. de Coletone et Vicario de Yalmptone, sub dato apud Chuddeleghe, xxviij die mensis Marcii [1311], quod, non obstante Sequestro in bonis Domini Herberti de Ferariis, nuper Rectoris Ecclesie de Nywetone, defuncti, auctoritate Domini vel sui Officialis interposita, permittant Magistrum Henr. de Nywetone, Executorem in Testamento dicti defuncti nominatum, hujusmodi bona per visum ipsorum, vel unius eorum, vendere et in peccuniam redigere; ita quod eadem peccunia penes unum eorum sub sequestro remaneat, quousque Executores dicti Testamenti Administracionem hujusmodi bonorum receperint in forma juris, vel aliud receperint in Mandatis; et quod super hoc rescribatur citra Festum Pasche"; 60.

FITZ JOHN, MATTHEW,—Executors, Master John de Coleputte and Alianora, relict of the said Matthew; L 191b.

FUIZ PAYN, ROBERT LE,—Executors, Wm. de Wengrave, Matthew de Clivedone, John Cary, and Wm. de Pillonde; L 214.

GIFFARD, WALTER, Chancellor of the Cathedral,—*Commission*, to prove his Will, directed to Walter de Setone, Official-Principal (17 April, 1322); 167b.

GILDEFORDE, HENRY DE,—Executors, the Abbat of Dureford, Henry de Stauntone, Wm. de Eyecote, and John de Brideforde; L 201b.

HAMELTONE, WILLIAM DE,—Executors, John de Merkynfelde, John Fraunceis, and others; L 199b.

HARPETREWE, THOS. DE,—Executors, John de Glasneye and Roger de Sydeburi, V. of Heavitree; L 209b.

HENGHAM, HUGH DE,—Executors, Master Wm. de Oteswyche and Thos. de Cardvyl; L 191b.

HIDE, THOMAS DE LA,—Executor, Thomas, his son and heir; L 209.

HUNDREMAN, ADAM LE,—Executors, Alice his wife, Nicholas de Ken, and John Berd; L 203.

ILEMISTRE, JOHN DE,—Executors, Reginald de Swengechulle, Hugh Ponkeschepens, and John Wysdom; L 188b.

KYLKENNY, ANDREW DE, Dean of Exeter,—*Commission*, directed to Ralph Germeyn, and Roger de Otery—"ad audiendum raciocinia Magistri Willelmi de Kylkenny et coexecutorum suorum Testamenti . . . Magistri Andree de Kylkenny, quondam Decani Exonie, de Administracione sua bonorum ejusdem; ita quod, auditis per ipsos hujusmodi raciociniis, fideliter referant Domino quid fecerint in premissis (19 Oct., 1311); 64.

LANGDENE, WALTER DE, clerk,—Executors, Philip [de Essewater], R. of All Hallows-Goldsmith Street, Exeter, John Gerveys, Joan de Langedene, and Michael Totrand; L 201.

LERCEDEKNE, ODO,—Executors, Alice, his widow, and Ralph Lercedekne; L 215.

LOVETOT, JOHN DE, senior,—Executors, Nich. de Sparkeforde, Thos. de Bynyngtone, and John de Borham; L 185.

MARGARET, Queen of Edward I.,—Executors, Thos. Earl of Norfolk, Gilbert de Wigetone, and John de Curtiniaco; L 214b.

MEDEBURNE, WM. DE,—Executors, Master Henry de Dyteneshale, Rd. de Chessebecche, and Alexander de Medeburne; L 188b.

OTERY, Master ROGER DE,—*Commission*, directed to Chancellor Giffard and Rd. de Morcestre, Archdn. of Barnm, to audit the accounts of Treasurer Thos. de Hentone and Rd. de Coletone, Canons of Exeter, Executors (4 Oct., 1317); 122b.

PARYS, WM. DE, of London, *Draper*,—Executors, John de Wintone and Rob. de Lambourne; L 213.

PUNTYNGDONE, WM. DE, Canon of Exeter,—*Commission* directed to Roger de Otery and Thos. de Hentone, Canons, and Wm. Bonda and John de Glasneya, Vicars, in the Cathedral, to inspect and audit the accounts of the Executors (17 July, 1309); 42b.—A second *Commission* was directed, "xij Kalendas Decembris" (20 Nov.), 1311, to the Official-Principal, the Penitentiary, (John de Uphavene) and John Wele, Archd. of Barum, and his Official—"in casu qui vertitur, seu verti speratur, inter Dominum Adam de Carletone, Archidiaconum Cornubie, . . actorem, . . et Magistros Ric. de Coletone, Joh. de Colepitte, et Dominum Joh. de Wyke, Canonicum Criditonensem, Executores, . . reos, . . occasione quorundam defectuum in quadam domo, cum pertinenciis ejusdem, quam Magister Henr. de Bolleghe, quondam Archidiaconus Cornubie, Decano et Capitulo Exon. Eccles. predicte, ut asseritur, contulit in feodum, reparandorum." They received authority to carry out the necessary repairs, former Commissions being revoked; 66.—"*Absolucio super finali compoto bonorum Domini Willelmi de Pontyngdone*,"—granted to the Executors, 29 April, 1312; 71b.

QUIVIL, PETER, Bp. of Exeter,—Executors, Richard [*clerical error for* Robert] de Veteri Terra, Ralph Germeyn, Peter de Insula, and Wm. de Sancta Elena; L 200, 217, 227, 233.

ROSWALSTRES, HAMELINE DE,—Executors, Wm. Skinard; Ralph, V. of Treneglos; and Symon de Roswalstres; L 192.

RURDE, PHILIP; reference to his Will, touching lands in Aleborne; 44. [I was unable to identify this place when Letter A of this Index was being printed. But I have since stumbled, accidentally, on the following passage in the *Parliamentary Gazeteer*, under "BLAKEDON [*Blagdon*], in the Parish of Paignton, Hundred of Haytor, County of Devon,"—"In the 28° year of Henry III., one Nicholas de Blakedon gave lands in Blakedon, *Aleborn*, &c., to Ralph de Wulveleghe, Prior of Torneford, Chief Minister in England of the Order of

the Holy Trinity for the redemption of captives, upon condition that, before Michaelmas that year, or, at farthest, before Michaelmas the next year, there should be placed and maintained here, at Blakedon, at least seven Brethren of the same Order, who were to serve God, and keep hospitality, according to the Rules of the same Order.—Tanner's Not. Mon."—Mr. Baigent has, since, sent me the following,—"*Devon.*—Eodem modo monstravit Regi Alicia, filia Roberti de Aldebourne, quod, cum ipsa in Curia Regis apud Westmonasterium recuperasset seisinam suam versus Philippum Rurd et Matildem, que fuit uxor Rogeri le Soper, de uno mesuagio cum pertinenciis in Cliftone Dertemuthe, per consideracionem, etc." *Rot. Orig.*, 15 Edw. II., Rot. 27].

VALLIBUS, ROBERT DE; Executors, Walter de Bottekesham and John de Vallibus; L 201b.

WALDESCHOF, WILLIAM,—Executors, John Waldeschof and Symon de Roswalstres; L 192.

WELYNGTONE, ROGER DE, clerk,—Executors, Rd. de Welyngtone, Nich. Marks, and others; L 203.

WYGER, HENRY,—Executors, Thos. Wyger, Wm. Kaygnes, and Rd. le Seler; L 201b.

Wymburne, Reginald de, *See* Lifton (*Inst.*); 143.

Winchester, Diocese of,—

General Commissions directed by Bp. Wodeloke to Bp. Stapeldon; 63.—*See* "Ordinations," fol. 228, 228b.

—Bishop Rigaud (de Asserio), grants his Licence to Bp. Stapeldon, for the Ordination, within his Diocese, of Clerks belonging to the Diocese of Exeter—for one year (16 Feb., 1320-1); 156b.

Winkleigh, Sir William [de Alreforde], V. of,—

Licence to farm the Rectory of Coleridge for five years—"et dabit, singulis annis, ad fabricam Ecclesie Beati Petri Exoniensis dimidiam marcam" (9 May, 1310); 50b.

[*Visitation*,—"Die Mercurii sequente, videlicet in Vigilia Apostolorum Petri et Pauli (28 June, 1301).

Et sunt ibi in Ecclesia Libri Matutinales; scilicet, unum Antiphonarium, bene notatum, cum Splaterio (*sic*), Capitulario, et Collectario, Ympnario, et Venitario. Aliud Antiphonarium, non de Usu. Legenda Sanctorum, defectiva. Legenda Temporalis, bona, cum Antiphonario Sanctorum, in magno volumine, sufficiens. —In Curia stabulum ruinosum. Item, parva camera, juxta gardinum, ruinosa et quasi ad terram. Item, grangia in muro ruinosa et in tecto debilis, et meremio debilis preterquam in parte Boriali, que adhuc est tollerabilis. Coquina incipit in muro deficere. Ostium Aule, versus coquinam, fractum in uno assere. Item, boveria apud Nithercote totaliter ruinosa, et vix stat postibus suffulta. Insuper, Parochiani dicunt quod Firmarii semper hactenus consueverunt cooperire Cancellum, et Libros Matutinales sustentare cum Cancello. Item, grangia apud Nithercote debilis in tecto, et in muro aliquantulum. Item, Aula, cum cameris, cooperienda. Et estimatur reparacio dictorum defectuum, per operarios et alios fidedignos, ad xij*li.*; viz. reparacio stabuli, lx*s.*; grangie in Curia, lx*s.*; veteris camere prope Aulam, xl*s.*; coquine, dimidiam marcam; item, boverie de Nitherecote, lx*s.*, et grangie ibidem, xiij et iiij*d.* Set Decanus, nunc Firmarius, fecit ij fenestras in Cancello vitreas—custus lx*s.* Tamen, deficit vitrum in fronte, ultra Altare Majus. Et sunt de redditu assiso, ibidem, v*s.* ix*d.*, preter xviij*d.* quos portat Vicarius de terra de Froggeforde, una cum cereis debitis luminari Ecclesie. Item, sunt in dominico Sanctuarii lxix acre terre, et valent ad minus j marcam; quam, quidem, terram tradidit Firmarius Roberto de Lullardisdone, ut dicitur, pro servicio et labore suo circa decimas vendendas et debita colligenda."—*Archives of the D. & C., No.* 3673, *page* 22].

Wynkeleghe, Michael de, presents to Clyst-St. Mary; 70.

Wynkeleghe, Roger de, *see* Winkleigh (*Inst.*); 41.

Wintone, John de, *see* St. Anthony's Hospital; 120, L 213.

Witheridge [Wytherigge, MS.],—

Commission, directed to the Chancellor of the Cathedral and the Archdn. of

Barum.,—Thos. de Gorges, R., was, Precentor of Wells; and a question had arisen as to his retention of both Benefices (2 July, 1311); 64b.—Sir Wm. de Wengrave, priest, R.,—Licence of non-residence from the Feast of the Inv. of the Holy Cross (and to put out his Benefice to farm) for three years (13 April, 1320),—"et dabit singulis annis xx solidos"; 148: renewed for three years (10 Oct., 1324); 182.

Wytherigge, William de, R. of Thelbridge; (*Ord.*) 221.

Withiel; Sir Ralph Lampil, priest, R. of,—
Licence of non-residence for two years, "ad instanciam Magistri Roberti Herewarde; dum, tamen, intendens fuerit obsequiis ejusdem (26 Dec., 1324); 183.—*See* Tregeusteke; *also*, L 211b.

Wodecote, la, in the Manor of Faringdon (*Hants*); 63.

Wodeford, Sir Hugh de, priest,—
Licensed to hear Confessions in the Deanery of Plympton; "casibus super perjuriis, manifestis vel occultis, ad exheredacionem alicujus . . . Episcopo specialiter reservatis (23 March, 1308-9); 39b.—*See* Eggbuckland; 38.

Wodelond, Rd. de, inst. to St. Ruan-Major; 184. *See* Comptone.

Wodere, Thomas le, *see* "Wills"—Egleby; L 212b.

Wogan, Sir John, Knt., presents to Mamhead; 114b.

Wolf, Rd. le, presents to Kentisbury; 67b, 85b, 176b, 180b, 183b.

Wolf, Walter le, inst. to Kentisbury; 61, 67b: resigns [*see* Charles (*Inst.*)], and is again inst. to Kentisbury; 183b.

Wolleghe, Wm., V. of Uffculme; 181b, 182b, 183,—
He was R. of Bickleigh (*South Devon*); 42, 52, 115b: resigns, and is inst. to Yarnscombe; 130b: resigns; 183: Proctor for John de Berewyke; 31b: for Thos. Hereward; 49b: for Henry Bloyou; 150.—*See* "Oratories"; *also*, Bosham; 25, 45b: Glasney (*Inst.*); 76b.

Wolvadoune, Roger de, inst. to Dunterton; 157b, 160b.

Woodleigh; Thos. de Mertone, subdeacon, R.,—
Non-residence till Michaelmas, 1313, to study, etc. (30 Aug., 1309); 43.

Woolfardisworthy [Wolfredisworthi, MS], Richard de Sancto Leonardo, subdeacon, R.,—
Non-residence for a year (10 April, 1311); 60b: renewed, "vj Kal. Apr." (27 March), 1312; 69b: again (3 Feb., 1312-13); 76b.

Woolston, *see* Buvyle (*Oratories*); 50b.

Worcester, Walter Reynolds (late) Bp. of; L 207.

Worforde, John de, resigns the Chantry at Ermington; 142b.

Worthe, Richard de, V. of Kenton; 129b; deceased: 151b.

Worthe, Robert de, Canon of Sarum, *see* Canterbury; 111b.

Wrockeshale, William de, Prior of Pilton, deceased; 112b.

Wycsford, John de, *see* Ros, Saer de; 38b.

Wyger, Hy., presents to Broadwood-Widger; 52. *See* L 201b.

Wyger, Thos., inst. to Merton; 44.—*See* "Wills"; L 201b, 214b.

Wyke-St. Mary, Mark de, *see* Jacobstowe (*Devon*); 34.

Wyke, John de, Canon of Crediton, *see* "Wills"—Puntyngdone; 66: deceased; 112^{b}.

Wike, John de, inst. to Kentisbury; 180^{b}: [resigns and] is inst. to St. Pancras, Exeter; 181.

Wike, Walter de, *see* Down-St. Mary (*Inst.*); 123^{b}: *also*, Consistory Court; 172^{b}.

Wyleby, William de, R. of Okeford; 59^{b}, 73, 131.

Wylyngtone, Edmund de, Knt., presents to Uploman; 44 (*bis*).

Wilingtone, Hy. de, Knt., *see* Wylyngtone, Reginald de; 159^{b}.

Wylyngtone, John de, Knt.,—

Patron of High Bickington; 45^{b}, 86^{b}, 101^{b}: Huntshaw, 86^{b}, 101^{b}: Atherington; 128, 138^{b}: the Chantry in the Church of Beaford; 144^{b}.—*See* Little Torrington (*Inst.*); 71^{b}.

Welyngtone, Ralph de, *see* Newton-Ferrers (*Inst.*); 60^{b}.

Wylyngtone, Reginald de, presents to Gittisham; 70.

Wylyngtone, Reginald de, inst. to Uploman; 44: R. of Atherington; 44^{b}, 57^{b},[1] 65, 86^{b}: resigns "per dimissionem";[2] 128: *inducted* to Atherington; 138^{b},—

The Bishop (out of regard for his Brother, Sir Henry, who had done him great service), grants him an Annual Pension of 5 marks "de Camera," till he should provide him with a Benefice (22 Aug., 1321); 159^{b}.

Wellyngtone (*or* Wylyngtone), Richard de, R. of Chipping-Tawton (*North Tawton*), 35^{b}, 44, 56: resigns; 118.

Wylyngtone, Robert de,—

R. of High Bickington; 36, 44^{b}, 45^{b}, 57^{b}: collated to a Preb. in Crediton; 74: inst. to Huntshaw, 86^{b}; resigns, and is again inst. to High Bickington; 101^{b}: inst. to Atherington; 128: resigns; 138^{b}.

Welyngtone, Roger de, and Agnes his Wife; L 203.

Wylyngton, Walter de, R. of Atherington; 36.

Wynter, Vincent de, collated to St. Sithney; 127.

Wyot, Walter, inst. to St. Cleer; 56^{b}, 161^{b}. *See* St. Madron; 176.

Wyperel, Nicholas, R. of Little Torrington, deceased; 71^{b}.

Wyskard, Thos., inst. to Tidcombe Portion in the Church of Tiverton; 57^{b}.

---

[1] [Omitted on page 36]. Dispensation: non-residence till Michaelmas, 1311 (11 Nov., 1310).

[2] "Ex artacione Constitucionis contra Plurales noviter edite" (*Reg. of John de Sandale, Bp. of Winchester, fol.* 30). He, also, vacated, on the same day, the R. of Wodytone (*Wotton, in Surrey*), (*ibid.* fol. 29^{b}), to which he had been inst., 19 Oct., 1305 (*Reg. Wodeloke*, fol. 36). And he held the R. of Shorwell, in the I. of Wight, to which he had been inst., 4 March, 1310-11; Patron, Sir John de Lisle, Knt. (*ibid., fol. 14**). This Benefice he retained; and he was still R., 12 June, 1349, when he presented to the *Vicarage* thereof (*Reg. Edyndone, vol.* i, *fol.* 51^{b}). He seems to have died in 1355, when Master John de Wolveleye succeeded him, 11 Oct. (*ibid.*, fol. 87). [F.J.B.].

Y.

Yarcombe; *see* "Dedications"; 64.

Yarnscombe; Sir Wm. [Hereward], priest, R.,—

Licence of non-residence for a year, "ex causa studiorum, vel ex alia causa honesta" (29 Sept., 1315),—"et dabit ad Tabulam xx solidos, solvendos in Festo Pasche proximo secuturo"; 110;—again, for a year from Michaelmas,—"et dabit ex fine, pro illo anno, et anno preterito quo asseruit se in dicta Ecclesia minime resedisse, xls., solvendos—xx in Festo Inv. S. Crucis (3 May), proximo futuro, et residuos xxs. in Festo S. Michaelis proximo tunc sequenti" (31 Aug., 1317); 121.

Yarti, Simon de, *see* "Dedications"—Membury; 113.

Yealmpton [Sir Ralph], V. of, *see* "Wills"—Ferariis; 60.

Yerigge, Master John de, clerk,—

The Bishop grants him an annual Pension of 40*s*. "de Camera," till he could provide him with a Benefice—"per nos, vel per alium ad procuracionem nostram" (17 Sept., 1318).—"Et memorandum quod duo Litere scripte erant sub consimili tenore; una, tamen, cum adjeccione illius clausule, *vel per alium ad procuracionem nostram* in duobus locis Litere, ut supra, et alia sine adjeccione; ita quod dictus Magister Johannes unam vel aliam Literam reciperet, quam voluerit, et secum pro majori securitate dicte Pensionis retineret"; 129b.

York, Wm. de Meltone, Archbp. of, *see* St. Crantock; (*Inst.*) 101b: Duloe; 158.

Yunge, John le, inst. to Stoke-Damarel; 117b: resigns; 129b.

Ywefforde, Wm. de, inst. to Elerky (*St. Veryan*); 41b.

Z.

Zennor; *Ordinacio Vicarie Ecclesie Sancte Senare*,—

Visitation (by the Bishop) of the Archdeaconry of Cornwall,—Dispute between Glasney College and the V., Sir Wm. de Arlyn, as to the "Portion" of the latter.—The same settlement was made, *mutatis mutandis*, as in the case of St. Budock (q.v.), except the Ordinance as to the great tithes. The Vicars of Zennor were to have "omnes decimas garbarum de Villis de Treveglos [*q.v.*, *note*] et de Bos"; and they were to give up the Pension of 20*s*. a year, formerly paid by the College "in augmentacionem dicte Vicarie." But the said 20*s*. was to be paid once more, at Michaelmas and at Easter next (in equal portions) at the latest, "in subsidium reparacionis Librorum et aliorum defectuum ad Rectoriam ipsius Ecclesie spectancium." The division of the ordinary and extraordinary burdens was settled as at St. Budock (23 Aug., 1315); 108b.

Zuche, Sir Alan la, presents to Northmolton; 42b.

Zouche [Suche MS.], Sir Wm. la, Knt., presents to Loddiswell; 40, 121: to Totnes Priory; 171. *See* Loddiswell; 63b, 76.

ROYAL LETTERS AND WRITS.

REGISTRUM DE TEMPORE MAGISTRI WALTERI DE STAPELDONE, EXONIENSIS EPISCOPI, DE LITERIS REGIIS RECEPTIS A TEMPORE SUE CONFIRMACIONIS USQUE AD CONSECRACIONEM.

293.—*The King to the Bishop,*—"Quia Vicarii Eccl. de Glaseneya, Canonici de Glasneya, Cancellarius . . . et Precentor Exon. Eccl., clerici sunt et non habent laicum feodum unde aliqui denarii levari possunt, prout Vicecomes noster Comitatus Cornubie retornavit, coram Baronibus de Scaccario nostro, in crastino S. Michaelis proximo preterito; vobis mandamus quod de bonis Ecclesiasticis predictorum Vicariorum . . . fieri faciatis xiij*s.* iiij*d.*, quos debent karissime Consorti nostre, Isabelle, Regine Anglie, de auro suo, de fine x *marc.* pro confirmacione cujusdam Scripti super Appropriacione Ecclesie Sancti Aluni habenda; et, eciam, de bonis Ecclesiasticis predictorum Canonicorum . . . fieri faciatis xiij*s.* iiij*d.* quos debent eidem Consorti nostre, de auro suo, de fine x *marc.* pro confirmacione quarundam Literarum et cujusdam Scripti habenda; et de bonis Ecclesiasticis predicti Cancellarii . . . fieri faciatis xxvj*s.* viij*d.*, quos debent eidem Consorti nostre, de auro suo, de fine xx *marc.* pro confirmacione cujusdam Scripti Petri, nuper Exon. Episcopi, super Appropriacione Ecclesie Sancte Neweline in Cornubia habenda; et de bonis Ecclesiasticis predicti Precentoris . . . fieri faciatis iiij *marc.* quas debet eidem Consorti nostre, de auro suo, de fine xl *marc.*, pro confirmacione cujusdam Scripti predicti Episcopi super Appropriacione Eccl. de Peyntone, Precentorie dicte Eccl. Exon. facta,—ita quod denarios illos habeatis . . . ad Scaccarium nostrum . . . in crastino S. Hillarii [14 Jan.], Johanni Deneri, custodi auri ejusdem, solvendos, et hoc Breve" (Westminster, 10 Dec.).—*Return,*—"adeo tarde, etc."

294.—Rd. Sprigge (*as before, No.* 211).—*Return,*—2 marks (by Bealde).

A.D. 1315-16. 295.—*Revocacio Brevis de Liskered* (Clipston, 8 March),—"certis de causis mandamus quod, non obstante Mandato nostro predicto . . . ulterius in hac parte fieri faciatis quod ad forum Ecclesiasticum noveritis pertinere."

fol. 208b. 296.—Thos. de Sweyneseye (*as before, No.* 93).—*Return,*—The "modica Prebendula" had yielded barely 20*s.* (sent by Bealde).

297.—Rob. de Cestre (*as before, No.* 17).—*Return,*—No effects.

298.—Roger de Sancto Constantino (*as before, No.* 201).—*Return,* —Sequestration —40*s.*

399.—Rd. Sprigge (*as before, No.* 211).—*Return,*—"tarde venit."

300.—The Vicars of Glasney, etc., (*see* No. 293).—*Return,*—The moneys were paid, some time ago, to John Denery, the Queen's Receiver.

A.D. 1316 301.—Dated Westminster, 28 April,—The Bp. to deal forthwith with the case of the R. of St. Cleer, who had not paid xiij*s.* iiij*d.*, due on account of the Tenth granted to the King the year before.—*Return,*—The Writ was received just as the Bp. was starting for Foreign Parts; he had passed it on to his Official.

302.—Dated Westminster, 6 May,—*The King to the Bishop,*—"Ex parte . . . Prioris Eccl. Christi Cantuar. nobis est ostensum quod, licet ipse Cs. redditus,

A.D. 1316. cum pertinenciis, in Dockumbe, in Parochia de Mortone [*Moreton-Hampstead*], habeat, pro quibus, tanquam de Temporalibus Spiritualibus annexis, decimam cum Clero dat et hactenus dare consuevit, et aliqua alia Temporalia seu Spiritualia in Diocesi illa non habeat, nec habuerit temporibus retroactis, Collectores, tamen, Decime in Diocesi vestra predicta, asserentes ipsum Priorem bona Spiritualia in Diocesi predicta ad vj*li.* taxata, ultra predictum redditum, habere, cum non habeat, xij*s.* ab ipso Priore ad Decimam nobis inde prestandam exigunt, in ipsius Prioris dispendium non modicum et gravamen. Et, quia eidem Priori justiciam fieri volumus in hac parte, vobis mandamus quod, vocatis coram vobis illis de visneto de Dockumbe quos ad hoc videritis fore vocandos, per sacramentum eorundem diligenter inquiratis si idem Prior habeat, seu unquam habuit, aliqua alia bona Spiritualia seu Temporalia, alibi in Episcopatu predicto, quam ea que habet in presenti in prefata Parochia de Mortone; et si sic, tunc que bona Spiritualia vel Temporalia, et ubi. Et de toto facto vestro in hac parte Thesaurario et Baronibus de Scaccario nostro, apud Westmonasterium, quam primum poteritis . . . constare faciatis."—*Return,*—The Prior has nothing
fol. 209. in the Diocese, except at Doccumbe; and never had.

303.—Received in London,—Wm. de Forestret (*as before, No.* 283.—*Return,*—As No. 301.

304.—"*Ad inquirendum de Pluralitate,*—Quia Decanus et Capitulum Exon., Collectores Decime nobis a Clero Cantuariensis Provincie Anno Regni nostri octavo concesse in Episcopatu predicto, nuper computantes ad Scaccarium nostrum de Decima predicta, petierunt allocacionem sibi fieri de vj*s.* pro Eccl, Sancte Grade, et de iij*s.* pro Eccl. de Udno Parva [*St. Perran-Uthno*], et de iiij*s.* pro Prebenda que fuit Willelmi Pauncefot in Eccl. Sancti Karantoci, et de v*s.* pro Eccl. Sancti Ermetis, et de iiij*s.* pro Prebenda que fuit Magistri Thome de Buttone in Eccl. Sancti Probi, de quibus onerantur super compotum suum de Decima antedicta, pro rata Decime predicte Ecclesias et Prebendas predictas contingentis, pro eo quod in Rotulis Taxacionis bonorum Spiritualium Cleri Episcopatus predicti ad Scaccarium nostrum in Thesauro existentibus inseritur quod possessores Ecclesiarum et Prebendarum predictarum alibi beneficiati existunt, et unde—propter exilitatem eorundem Beneficiorum, et pro eo quod iidem possessores alia Beneficia non optinent in presenti,—nichil levarunt, ut asserunt,—nos, volentes, priusquam fiat hiis allocacio in hac parte, per vos cerciorari si possessores . . . aut eorum aliquis, alia Beneficia quam ea que superius nominantur habeant in presenti, et, si sic, tunc que et ubi" (Westminster, 12 May).—*Return,*—"Inquisita juxta formam hujus Brevis et super contentis in eodem veritate, invenimus quod . . . alia Beneficia . . . non habent in presenti."

305.—Adam de Carletone (*as before, No.* 213).—*Return,*—The revenues of the Archdeaconry sequestrated—5 marks.

306.—Rd. Sprigge (*as before, No.* 211).—*No Return.*

307.—Wm. de Forstrete (*as before, No.* 283).—*Return,*—60*s.* (by Brankescombe).

308.—Gilbert, "Persona Eccl. Sancti Martini, de Rokebere," and the D. and C. of Rouen,—"de Placito quare vi et armis bona et catalla ipsorum Decani, etc., ad valenciam C*s.*, apud Oteri" . . . cepit, etc.—*Return,*—Sequestration—40*s.*

fol. 209b. 309.—"Ad levandum de illis bladis Edmundi de Knovyle [*R. of Georgeham*] et Magistri Reginaldi de Campo Arnulphi [*R. of Ifracombe*], in terris crescentibus dicti Edmundi ad valenciam x *marc.*, et . . Reginaldi ad valenciam xx*s.*, que nuper per nos sequestrata fuerunt, . . predictas x *marc.* quas . . Edmundus debet Domino Regi de fine pro transgressione, et predictos xx*s.* quos . . Reginaldus debet Domino Regi pro eodem; et habendum illos denarios ad Scaccarium . . in crastino S. Michaelis.—*Return,*—So little time allowed that the Bp. could only send 5 marks (by Brankescombe).

310.—Slade and Coliforde (*as before, No.* 246).—*Return,*—Slade's "modica Vicaria" [*Dean-Prior*] sequestrated –20*s.* Coliforde not beneficed in the Diocese.

311.—Rob. de Cestre (*as before, No.* 17).—*Return,*—20*s.* (by Brankescombe).

312.—Thos. de Sweyneseye (*as before, No.* 93).—*Return,*—40*s.* (by Brankescombe), raised with difficulty from the "Prebendula."

313.—Walter, "Persona Eccl. de Thorntone"; his debt to the Abbat of Oseney. —*Return,*—"Licet plures sunt Persone diversarum Ecclesiarum, nostre Diocesis, vocate hoc nomine *Walterus,* nullus, tamen, est in eadem nostra Diocesi vocatus *Walterus, Persona Ecclesie de Thorntone,* quia nulla est Ecclesia in nostra Diocesi taliter nuncupata."—*See* No. 321.

A.D. 1316. 314.—The same, varied thus,—"quare ipse [Walterus *quondam* Persona, etc.], simul cum Elia de Tyngewike, Persona Eccl. de Thorntone, et Malculmo Chastiloun, vi et armis, bona et catalla ipsius Abbatis ad valenciam *Cli.*, apud Thorntone inventa, cepit, etc."—*Return,*—Istud Breve nullo modo exequi potuimus, ex eo quod, licet multi vocati hoc nomine *Walterus* beneficiati sint in nostra Diocesi, nescimus, tamen, quod aliquis sit beneficiatus in eadem vocatus *Walterus, quondam Persona Eccl. de Thorntone*, quia nulla est Ecclesia, etc."

315.—John de Sanghefele, clerk,—"ad respondendum Joh. le Moneke de Placito quare secutus est Placitum in Curia Christianitatis, etc."—*Return,*—"adeo tarde, etc."

316.—John de Glasneye [*R. of Clyst-St. George*], and Roger de Sydeburi, V. of Heavitree, Executors of Thos. de Harpetrewe; their debt to Walter Gambon, "de Blakepole."—*Return,*—"adeo tarde, etc."

317.—Slade and Coliforde (*as before, No.* 246).—*Return,*—"adeo tarde, etc."

fol. 210. 318.—Rob. de Cestre (*as before, No.* 17).—*Return,*—20*s.* (by Brankescombe).

319.—Knovyle and Champernoun (*as before, No.* 309).—*Return,*—5 marks from Knovyle; 20*s.*, from Champernoun (by Brankescombe).

320.—Thos. de Sweyneseye (*as before, No.* 93).—*Return,*—No effects.

321.—As Nos. 313 and 314; *but right this time*—"Walterus de [Cromhalle], Persona Ecclesie de Blaketoritone,"—"ad reddendum Ade de Herwyntone et Thome de Elyngham, clericis, assignatis Abbatis de Oseneye, etc."—*Return,*—"tarde venit."

322.—John [de Penfenten], V. of Antony—"ad respondendum Steph. de Haccombe de Placito quare secutus est Placitum in Curia Christianitatis, etc."—*Return,*—Sequestration—20*s.*

323.—John de Okebere, jun.; his debt (25 marks) to Jas. de Hyspannia.—*Return,*—20*s.*, "per Sequestrum . . cujusdam modice Capelle [*Rousdon*] quam optinet in nostra Diocesi."

324.—Wm. de Forstrete (*as before, No.* 283).—*Return,*—20*s.* (by Belde), raised with great difficulty, owing to the poverty of the Benefice.

325.—Slade and Coliforde (*as before, No.* 246).—*Return,*—"adeo tarde, etc."

326.—Rob. de Cestre (*as before, No.* 17).—*Return,*—No effects.

327.—Thos. de Sweynesey (*as before, No.* 93).—*Return,*—No effects.

fol. 210b. 328.—Walter, R. of Black Torrington (*No.* 321).—*Return,*—100*s.* (by Belde).

329.—Dated at Scrobi, 8 Dec.,—"*Super Decima, secundo Regi concessa.*"

330.—Wm. de Forstrete (*as before, No.* 283).—*Return,*—"tarde venit."

331.—Rd. de Plumstoke,—"ad levandum . . Cs., quos Joh. de Merkynfeld et socii sui, Executores Testamenti Willelmi de Hameltone, recuperarunt . . . occasione cujusdam debiti xij*li.*, et quos . . assignaverunt Rob. de Notyngham, Clerico Brevium de Scaccario."—*Return,*—"tarde venit."

332.—The same—demanding £6 on account.—*Return,*—"tarde venit."

333.—Rob. de Cestre (*as before, No.* 17).—*Return,*—No effects.

A.D. 1317. 334.—Received in London, 16 April,—Rd. de Plumstoke (*as before, No.* 331).—*Return,*—45*s.* "quos per particulas et cum difficultate levari fecimus."

335.—Received in London, 18 April,—Ralph de Doune, jun., R. of Goodleigh, near Barnstaple; his debt to Wm. de Forstret, V. of Axminster.—*Return,*—Istud Breve nobis liberatum fuit die Lune post Quindenam Pasche [18 April], Londoniis, ita quod ipsum exequi non potuimus quoquo modo."

fol. 211. 336.—Received in London, 22 April,—Wm. de Forstrete (*as before, No.* 283).—*Return,*—40*s.* (by Brankescombe), "eciam cum magna difficultate."

337.—Received in London, 2 May,—Reginald, V. of St. Crowan, "ad respondendum Nich. Pollard . . quare vi et armis in ipsum Nicholaum, apud Margasyou [*Marazion*], insultum fecit, et ipsum verberavit, vulneravit, etc." The Bp. to shew cause why he had not executed the former Writ, or made Return thereof.—*Return,*—Sequestration—1 mark; the Bp. had not received the Writ referred to.—But see No. 264.

338.—Received in London, 8 May,—Steph. de Brawode, clerk,—"ad reddendum compotum de exitibus minere de toto tempore quo habuit inde custodiam ex parte Domini Regis."—*Return,*—His Benefice sequestrated..

339.—Received at Stockwell, 11 May,—Glasneye and Sideburi (*as before, No.* 316).—*Return,*—"adeo tarde."

340.—Received at Stockwell, 12 May,—Steph. de Brawode; his debt (£700) to Queen Margaret.—*Return,*—His Benefice sequestrated.

341.—Received (same day and place),—Jordan, R. of Cardinham—"ad respon-

A.D. 1317. dendum Margarete, que fuit uxor Jocei de Dynham, de Placito quare, vi et armis, arbores ipsius Margarete, ad valenciam *xli.*, apud Cardinan nuper crescentes, succidit et asportavit, etc."—*Return*—Sequestration—20*s.*

342.—Received at Stockwell, 18 May,—Rd. de Plumstoke (*as before, No.* 331).—*Return*,—The Bp. had done all he could, in obedience to the former Writ, and could do no more.

343.—Received, same day and place,—Ralph de Doune (*as before, No.* 335).—*Return*,—"adeo tarde."

344.—Received (same place) 22 May,—Rob. de Cestre (*as before, No.* 17).—*Return*,—No effects.

fol. 211b. 345.—Received in London, 18 June,—Rd. de Plumstoke (*as before, No.* 331).—*Return*,—55*s.* (by Brankescombe).

346.—Dated, Westminster, 7 June,—"Sciatis quod concessimus Thome de Sweyneseye quod reddat nobis . . xxv*li.* xiij*d. ob. quad.*, quos nobis debet de remanente compoti sui de tempore quo fuit custos minere in Comitatu Devonie ad terminos quos ei dedimus." He was not to be disturbed till Michaelmas; the Sequestration to be relaxed meanwhile.

347.—Received in London, 3 July,—Walter de Ferers, R. of Beer [*Bere Ferrers*]; his debt to John Elger, "heymonger."—*Return*,—Sequestration—40*s.*

348.—Received in London, 2 July,—"ad venire faciendum coram Justiciariis . . . apud Westmonasterium, a die S. Michaelis in xv dies, vel coram Joh. de Benstede, si prius die Lune proxima post Festum S. Mathei, Apostoli [26 Sept.], apud Launcevetone venerit, Henricum Bisshop, clericum, testem nominatum in quadam Carta quam Rogerus le Taillour, de Bodminia, et Meliora uxor ejus, in Curia ejusdem Regis . . apud Westmonasterium, proferunt, sub nomine Joh. de Arundel, de una carucata terre, cum pertinenciis, in Tregeusteke juxta Withiel, unde Walterus, Episc. Exon., in Curia Regis . . clamat Custodiam, ut jus suum, versus eos, ad faciendum juratam illam simul cum Michaele le Petit, conteste predicti Henrici in predicto Scripto nominato, et xij juratoribus de Comitatu Cornubie."—*Return*,—His Benefice, Treneglos, sequestrated—20*s.*

349.—Dated, 5 July,—Steph. de Brawode (*see No.* 338) having begun to render his account, the King commands the Sequestration to be relaxed.

350.—Received at Stockwell,—Walter, R. of Black Torrington (*as before, No.* 321).—*Return*,—100*s.* (by Bealle).

351.—Received at Schelford, near Nottingham, 26 July,—John de Lyneleghe, R. of Diptford; his debts to Ralph de Paxtone, V. of Camel Queen's, and Rd. de Paxtone, V. of Somerton; also, the debts to the same of Nich. de Wedergrave, R. of Compton-Martin, and Nich. de Wavyndone, R. of Mapperton [who was R. of Diptford, before Lyneleghe. He resigned for Mapperton and was succeeded by Wedergrave in 1323 (*Weaver*)].—*Return*,—Sequestration—40*s.*

352.—Received at Bishopsnympton, 18 Aug.,—Rob. de Cestre (*as before, No.* 17).—*Return*,—20*s.* (by Brankescombe), obtained with difficulty; Robert had sold his produce, etc., "et magnam pecuniam pro eisdem premanibus recepit."

fol. 212. 353.—Received, same day and place,—The Prior of Christchurch, Canterbury (*as before, No.* 302).—*Return*,—As before.

354.—Received at Chudleigh, 5 Sept.,—Stephen de Brawode (*as before, No.* 340—now, £500),—*No Return.*

355.—Received at Clyst, 6 Oct.,—Glasneye, etc. (*as before, No.* 316).—*Return*,—"tarde venit."

356.—Received at Ashill, 22 Oct.,—Ralph [de Kaerlunyeck], V. of St. Wendron, "ad respondendum Joh. le Grim de roberia et pace Regis fracta, unde eum appellat."—*Return*,—Sequestration—2 marks.

357.—Received at Clyst, 28 Oct.,—Rob. de Cestre (*as before, No.* 17).—*Return*,—"tarde venit."

358.—Received in London, 17 Nov.,—Geoffrey de Farnham (*as before, No.* 47).—*Return*,—Sequestration—2 marks.

359.—Received in London, 28 Nov.,—Wm. de Forstrete (*as before, No.* 283).—*Return*,—The Writ received late; but a small sum sent by Brankescumbe.

360.—Received at Stockwell, 29 Nov.,—Rd. de Plumstoke (*as before, No.* 331).—*Return*,—Sequestration—£6.

fol. 212b. 361.—Received at Stockwell, 19 Dec.,—Rob. de Cestre (*as before, No.* 17).—*Return*,—20*s.* by Brankescombe.

362.—Received at Horseley, 28 Dec.,—Stephen de Brawode (*as before, Nos.* 340 *and* 354),—*Return*,—"adeo tarde."

A.D. 1317-18. 363.—Received in London, 24 Feb.,—John [de Malestone], R. of Portlemouth, "ad respondendum Rad. de Vernoun de Placito quod teneat convencionem inter eos factam de uno mesuagio, cum pertinenciis, in Portlesmuthe."—*Return*,—Sequestration—40*s*.

364.—Received at Horseley, 18 March,—Rd. de Plumstoke (*as before, No.* 331).—*Return*,—60*s*. (by Belde).

365.—Received, same day and place,—Rob. de Cestre (*as before, No.* 17).—*Return*,—No effects.

366.—Received, same day and place,—Wm. de Forstrete, an Executor of Wm. de Egleby, deceased; "ad respondendum Joh. de Merkyngfeld, nuper Cancellario de Scaccario, una cum Sibilla, que fuit uxor W. de Egleby, Rogero de Stoke, Thoma Cole, Thoma le Wodere, et Ric. le Juggere, coexecutoribus suis . . . de xiiij *marc.*, quas ei injuste detinent."—*Return*,—The Obventions of the V. of Axminster sequestrated—20*s*.

367.—Received, same day and place,—"*Breve de Compoto* [*Collectorum Decime*] reddendo."—*Return*,—The Collector in Devon, Roger, Prior of St. Nicholas', Exeter, elected Abbat of Battle, had left the Diocese, and some delay was inevitable.

A.D. 1318. 368.—Received at Clyst, 19 April,—Glaseneye, etc. (*as before, No.* 316).—*Return*,—Admonished, and their Benefices sequestrated.

fol. 213. 369.—Rob. de Cestre (*as before, No.* 17).—*Return*,—No effects.

370.—Received at "Kalitone (*Callington*), 7 June,—John Fabian, chaplain, "ad respondendum Nich. de Northpole de Placito quare, vi et armis, quendam bovem ipsius Nicholai, precii xx*s*., ac alia bona et catalla sua ad valenciam xl*s*., apud Northpole inventa, cepit, abduxit, etc."—*Return*,—Not beneficed in the Diocese.

371.—Received at "Cutyngbeke" (*in St. German's*), 15 June,—John de Harlowe and Matthew de Penfern, "ad respondendum Joh. de Lannerke de Placito quare ipsi, simul cum Adam de Carletone, Joh. de Northecote, Waltero de Carnedone, et Joh. de Penhalou, secuti sunt Placitum in Curia Christianitatis, etc."—*Return*,—Herlawe (*sic*) not beneficed in the Diocese; Penfern's Benefice [*St. Ruan-Minor*], sequestrated—20*s*.

372.—Received at Tywardreath, 11 Aug.,—Gilbert Berd, of Asshe [*Saltash*], chaplain, "ad respondendum Nich. de Carletone, Persone Eccl. de Dulo, quare domos et hayas ipsius Nicholai, apud Dulo, vi et armis fregit, et maheremium domorum predictarum, ac alia bona et catalla ibidem inventa, ad valenciam xl*s*., cepit, asportavit, etc.; necnon herbam et blada ejusdem Nicholai ibidem nuper crescencia, ad valenciam xl*s*., cum averiis suis vicissim depastus fuit, consumpsit, et conculcavit, etc.—*Return*,—"tarde venit."

373.—Received at Crediton, 4 Sept.,—Rd. de Plumstoke (*as before, No.* 331).—*Return*,—"tarde recepimus"—but we will remit within the Quinzaine of Michaelmas.

374.—Received at Faringdon, 23 Dec.,—Okebere (*as before, No.* 323).—*Return*,—"tarde venit."

A.D. 1318-19. 375.—Received in London, 17 March,—Tristam de Hauville, clerk; his debt (£6) to John de Wintone and Rob. de Lambourne, Executors of Wm. de Parys, *draper*, of London,—*Return*,—"tarde venit."

A.D. 1319. 376.—Received at York, 11 May,—John de Knoville, clerk; his debt to John de Wottone,—*Return*,—He has only a poor Prebend, which had been sequestrated—one silver mark. [He died Canon of Exeter in 1322; *see* fol. 169].

377.—Received, same day and place.—Rob. de Pentelowe, R. of Stoke-Fleming, Henry de Coume, and Wm. de Cherletone, chaplain; their debt to Rd. de Morley.—*Return*,—"tarde venit."

fol. 213b. 378.—Received in London, 13 June,—Nich. de Wedergrave, clerk; his debt to Rd. Tuddeworthe.—*Return*,—"tarde venit."

379.—Received in London, 7 Aug.,—The Master, etc., of St. John's Hosp., Bridgewater (109*s*. 7*d*., on account of Bovey-Tracy); Edm. de Knoville (10 marks—"de fine pro transgressione"),—*Return*,—"tarde venit."—And the 10 marks had been sent already.

380.—Received at Clyst, 27 Aug.,—Adam de Carletone (*as before, No.* 213).—*Return*,—Sequestration—100*s*.

381.—Received at Exeter, 23 Sept.,—John de Knoville, clerk; his debt to Henry le Forester.—*Return*,—"tarde venit."

382.—Received at Exeter, 5 Oct.,—Wm. de Keynes, R. of Broadwoodwidger, and

A.D. 1318. Adam de Stapeldone, R. of Tedburn [-St. Mary], "ad respondendum Hugoni de Curtenay de Placito quare, vi et armis, liberam chaceam ipsius Hugonis, apud Okamptone, intraverunt, et in ea, sine licencia et voluntate sua, fugaverunt et feras ceperunt et asportaverunt, et in homines et servientes suos ibidem insultum fecerunt, verberaverunt, vulneraverunt, et male tractaverunt; per quod idem Hugo servicium suum eorundem hominum et serviencium suorum per magnum tempus amisit; et alia enormia, etc."—*Return*,—Sequestration—40*s.*, each.

A.D. 1319-20. 383.—Received at Clyst, 12 Jan.,—The Hosp. at Bridgewater (*as before, No.* 379).—*Return*,—"tarde venit."

A.D. 1320. 384.—Received in London, 14 April,—Reginald Chambron, Parson of Ilfrecome; his debt (40*s.*) to Arnold de Boweye.—*Return*,—"Non est in Diocesi nostra Reginaldus de *Chambron*, Persona Eccl. de *Ilfrecome*; Reginaldus, tamen, de *Chambernon*, Persona Eccl. de *Ilfardicome*, districtus est ad valenciam unius marce."

385.—Received in London, 29 April,—Adam de Carletone (*as before, No.* 213).—*Return*,—Sequestration—10 marks.

fol. 214. 386.—Received in London, 8 June,—Wm. de Wengrave [*R. of Witheridge*], Matthew de Clivedone, John Cary, and Wm. de Pillonde, Executors of Rob. le Fuiz Payn; their debt to Master Rob. de Haselshaghe.—*Return*,—Sequestration (Wengrave)—40*s.*

387.—Received at Salisbury, 15 Aug.,—Nich. de Wedergrave (*as before, No.* 378).—*Return*,—Sequestration—40*s.*

388.—Received at Chudleigh, 3 Sept.,—Wm. [de Quentone], V. of Awliscombe, clerk, "ad respondendum Priori Hosp. S. Joh. Jerusalem in Anglia de Placito quare, vi et armis, clausum ipsius Prioris apud Bothemescombe fregit, et pullos expervariorum suorum [*sparrow-hawks*], ibidem nidificancium, cepit et asportavit, etc."—*Return*,—Before the Writ was issued he exchanged for Tolland (Dioc. of B. and W.).

389.—Received in London, 11 Oct.,—Wm. de Wengrave (*as before, No.* 386).—*Return*,—"Non fuit retornatum, quia querens non prosequitur."

390.—Received in London, 16 Oct.,—Baldwin de Bello Prato, clerk, "ad respondendum Bonefacio de Saliciis de Placito quod reddat ei racionabilem compotum suum de tempore quo fuit receptor denariorum ipsius Bonefacii."—*Return*,—"tarde venit."

391.—Received in London, 15 Nov.,—Roger de Sancto Constantino, R. of Silverton; his debt (£20) to John de la Pomeray, "valleto . . Walteri, Exon. Episcopi, Thesaurarii Regis."—*Return*,—Sequestration—1 mark.

392.—Received in London, 25 Nov.,—John Lovedrem, R. of Landewednack, and Rd. de Eresi, V. of St. Mullion; their debt (£400) to the Queen, "occasione cujusdam transgressionis eidem Regine . . facte." They had been convicted before the Justices at Launceston.—*Return*,—No effects.

393.—Received in London, 13 Dec.,—Alan de Bloyhou, R. of Ludgvan (10 marks, "de fine transgressionis"), and Adam de Carletone, Archdn. of Cornwall (£9 12*s.* 4*d.*—"de arreragiis firme Ville et Castri de Tremetone.—*Return*,—Bloyou was dead. Carleton's Benefices sequestrated to the full amount due.

fol. 214b. 394.—Received at Lambeth.—Dated, 16 Dec.,—Baldwin de Bello Prato (*as before, No.* 390).—*Return*,—No effects.

A.D. 1320-1. 395.—Received, 22 Feb.,—John [de Chernebury], R. of Combmartin, "ad respondendum Henrico de Thorpe de Placito quare, vi et armis, blada ipsius Henrici, ad valenciam x*li.*, apud Ludeforde nuper crescencia, messuit et asportavit. [Henry de Thorpe was admitted, 31 Jan., 1310-11, to the Custody of the R. of West Lydford, Somerset, vacant by the resignation of John de Charnbury (*Reg. Drokenesford*, Ed. Hobhouse, p. 37].—*Return*,—Sequestration—40*s.*

396.—Received in London, 24 Feb.,—Philip de Edyndone, R. of Bradninch; his debt (50 marks) to Roger de Sancto Constantino.—*Return*,—Sequestration—40*s.*

397.—Received at Faringdon, 15 March,—Stephen de Brawode; as to £7 10*s.*, part of £83 5*s.* 10½*d.*, "quos . . in Curia Regis . . recognovit se debere Thome, Comiti Norffolcie et Marescallo Anglie, Gilberto de Wigetone, et Johanni de Curtiniaco, Executoribus Testamenti Margarete, quondam Regine Anglie, Matris Regis."—*Return*,—"tarde venit."

A.D. 1321. 398.—Dated, Westminster, 1 Dec.—Received at Chidham, 2 April,—Wedergrave (*as before, No.* 378).—*Return*, —Sequestration—40*s.*

399.—Received in London, 13 May,—"aliud Breve Brawode" (*as before, No.* 397).—*Return*,—Sequestration to the full amount due.

400.—Received in London, 30 May,—Thos. Wyger, R. of Merton, Wm. de Keynes, R. of Broadwoodwidger, and Reg. de Clifforde; their debts (45*s.*, 40*s.*, and 40*s.*) to Wm. de Pennarthe, of Oxford.—*Return*,—Sequestration—20*s.* each.

A.D. 1321. 401.—Received in London, 17 June,—Lovedrem and Eresi (*as before, No.* 392).—*Return,*—Sequestration (Lovedrem)—20*s.* The Bp. could do nothing with Eresi, whose Vicarage was too poor to support a priest.

fol. 215. 402.—Received at Exeter, 19 Sept.,—Adam de Stapeldone, R. of Tetteburi, and John de Keynes (*as before, No.* 382).—*Return,*—There is no *John* de Keynes, Parson of Brodewode, in the Diocese [his name was *William*], and no such Church as Tetteburi [a mistake for *Tetteborne*—i.e. Tedburn-St. Mary].

403.—Dated, 12 Nov.—Received at Chudleigh, 20 Dec.—Andrew [de Tregiliou], V. of St. Gwinear, "ad respondendum Michaeli le Petit de Placito quare, conspiracione inter ipsum Andream et quosdam Walterum de Coiswynyne, Ivonem de Coiswynyne, Benedictum de Bray, Steph. de Tregiliou, Alanum de Tregiliou, Nich. le Taverner, de Lananta [*Lelant*], et Willelmum Waryn, de Treguny, apud Coiswynyne in Comitatu Cornubie prehabita, ipsum Michaelem per Rog. de Suttone de quadam roberia quam eidem Rogero in Comitatu Cumbrie fecisse debuerat, coram nobis, in Curia nostra, ipso Michaele hoc penitus ignorante, appellari, et, pro eo quod non venit hujusmodi appellacioni responsurus in predicto Comitatu Cumbrie postmodum in exigenda[1] poni, et ea occasione ibidem utlagari, et, postea, apud Trenerthe, in eodem Comitatu tuo, capi, et abinde usque Westmonasterium duci, et in prisona Marescallie nostre coram nobis inprisonari [et in] communi prisona ibidem, quousque per consideracionem ejusdem Curie nostre coram nobis inde quietus recessisset, detineri falso et maliciose procuravit; ad grave dampnum ipsius Michaelis, et contra formam Ordinacionis in hujusmodi casu provise. Et unde Vicecomes noster Cornubie nobis retornavit a die S. Michaelis in tres septimanas, quod predictus Andreas clericus est, et non habet laicum feodum per quod, etc."—Two similar Writs were received, the same day, by John le Petit, senior and junior.—*Return,*—Sequestration—10*s.*, each; 30*s.* in all.

404.—Received at Paignton, in Dec.,—Ralph Lercedekne, an Executor of Odo Lercedekne, with Alice, widow of Odo, coexecutor, "ad reddendum Thome Lercedekne, nuper Vicecomiti et Senescallo Cornubie, compotum nondum redditum de tempore quo idem Odo fuit ballivus et receptor denariorum ipsius Thome, et Custos Castri et Manerii de Tremetone, cum pertinenciis, sub eodem Thoma, ut idem Thomas dicit."—*Return,*—"tarde venit."

405.—Dated, Westminster, 12 July.—Received at Paignton, in Dec.,—Steph. de Brawode (*as before, No.* 397).—*Return,*—"tarde liberatum fuit." Sequestration—£7 10*s.*; it was impossible to find buyers in so short a time.

fol. 215b. 406.—Dated, Westminster, 1 Dec.—Received at Paignton, 29 Dec.,—Adam de *Stapeltone*, Parson of *Tuttebourne*, and Wm. de Kaynes, Parson of *Bodewode* (*as before, No.* 402).—*Return,*—There is no Adam de *Stapeltone*, Parson of *Tuttebourne*, and no Wm. de Caynes, Parson of *Bodewode*, in the Diocese.

A.D. 1321-2. 407.—*The King to the Bishop.*—"Quia Joh. de Lambrun convictus est de iterata desseisina quam fecit Ric. de Londone de tenemento in Penweres et Cargannowe, pro qua captus est et detentus in prisona nostra de Lancevetone, nec inde potest sine Mandato nostro speciali deliberari, dedimus vobis potestatem recipiendi a prefato Johanne racionabilem finem, ad opus nostrum, pro transgressione predicta. Et ideo vobis mandamus quod finem illum recipiatis in forma predicta; et, cum eum receperitis, Thesaurarium et Barones nostros de Scaccario, et Vicecomitem nostrum Cornubie, inde sub sigillo vestro distincte et aperte certificetis. Mandavimus, enim, eidem Vicecomiti quod, recepta certificacione vestra in hac parte, ipsum Johannem a prisona predicta, si ea occasione, et non alia, detineatur in eadem, sicut in hujusmodi casu fieri consuevit, deliberari faciat.—Teste meipso, apud Pontfrait[2] super Thamasiam" [28 Nov.]. Istud

---

[1] "*Exigenda,*—Vox fori Anglici; ita, autem, dicitur conditio ejus qui quinquies in comitatu aperto exactus, aut vocatus ad comparendum, non venit, ideoque exlex propter contumaciam proclamari potest."—*D'Arnis.*

[2] The places closely bordering upon London have undergone such great changes during the last two centuries that the names of many old places and Manors have disappeared, their very sites being unknown, or only to be traced with great difficulty. The King was at Ilford on 25 and 26 Nov., 1321; on the 27th he was at Stratford at Bow and *Pontefract on Thames,* where he remained till the 30th. It was, probably, an antient Manor within the area now known as the Isle of Dogs. In *Inquis. post Mortem,* 16 Edw. II, we find "Johannes Abel et Margeria uxor ejus—Ponfrayt Manerium super Thama-

A.M. 1321-2. Breve retornatum fuit in Oct. S. Hillarii, Anno predicto, ut sequitur:—"Joh. de Lambrun fecit finem, coram nobis, pro x marcis, pro transgressione in hoc Brevi contenta. Plegii,—Nicholaus de Talgullou et Galfridus de Geuely. Et de hoc certificamus Vicecomitem Cornubie, ut ipsum Johannem a prisona, qua ea occasione et non alia detinetur, juxta tenorem Brevis Domini Regis sibi inde directi, poterit liberare." [A Copy of the Certificate follows, dated at Clyst, 17 Jan.].

408.—Received at Clist, 16 Jan.,—"*Breve de Consilio dando*":—*The King to the Bishop*,—"Cum Hugo le Despenser, senior, et Hugo le Despenser, junior, nuper ad prosecucionem quorundam Magnatum de Regno nostro, per quandam Consideracionem per ipsos factam, ab eodem Regno exulati fuissent et exheredati, ac iidem Hugo et Hugo postmodum per peticionem suam nobis porrectam nobis suggesserint quod in Consideracione predicta plures errores intervenerint, quorum pretextu dicta Consideracio revocari et adnullari de jure debet, et nobis cum instancia supplicaverint ut nos ad vinculum juramenti per nos prestiti tempore Coronacionis nostre, necnon ad tenorem Magne Carte de Libertatibus Anglie, que Sentencia Excommunicacionis confirmatur, et in qua continetur quod nulli negabimus aut differemus rectum aut justiciam, necnon ad Ordinaciones nuper per Prelatos et Proceres dicti Regni nostri factas, et per nos approbatas, ac de voluntate et mandato nostro juratas, in quibus, eciam, continetur quod dicta Magna Carta in singulis suis Articulis observetur, debitam consideracionem habentes, predictis Hugoni et Hugoni justiciam in hac parte fieri, et errores predictos debito modo corrigi et emendari faceremus; quam, quidem peticionem Venerabilibus Patribus Waltero, Archiepiscopo Cantuariensi, Episcopis, et aliis Prelatis, et Clero Cantuariensis Provincie, in Provinciali Concilio tunc apud Londonias existentibus, fecimus liberari, eis in fide et ligiancia quibus nobis tenentur firmiter injungentes quod, diligencius examinatis in eadem peticione contentis, nobis consulerent quid inde de jure facere deberemus. Ac iidem Archiepiscopus, Episcopi, et Prelati tunc in eodem Concilio presentes, pro se et Procuratoribus ceterorum Episcoporum ejusdem Provincie absencium, nobis responderunt quod, habito avisamento pleniori super negocio predicto, eis videbatur Consideracionem predictam quantum ad exilium et exheredacionem predictorum Hugonis et Hugonis erronice factam fuisse totaliter et injuste; per quod ipsi Archiepiscopus et Episcopi, ut Patres Spirituales, nobis omni instancia supplicarunt consulendo, et ut pares Regni nostri concordarunt et unanimiter assensum prebuerunt ut nos Consideracionem predictam, ita erronice et contra Deum et justiciam factam, revocare et adnullare faceremus; adicientes quod nec ipsi, nec aliquis eorum Consideracioni predicte unquam consenserunt seu consensit, set quod unusquisque eorum, tempore Consideracionis predicte facte, protestabatur in Scriptis se nolle nec posse eidem consentire. Nosque postmodum peticionem et responsionem predictas coram nobis in presencia Prelatorum et Cleri predictorum, necnon et dilectorum et fidelium nostrorum, Edm. Comitis Cancie, Fratris nostri, Joh. de Britannia Richemundie, Adomari de Valencia Pembrochie, Edm. Arundellie, Comitum, ac aliorum Procerum Regni nostri nobis tunc assistencium, de assensu eorundem, publice recitari fecimus; qui, quidem Comites et Proceres responsioni Prelatorum et Cleri predictorum super premissis in omnibus concordarunt, et nobis, una cum Prelatis predictis, supplicarunt ut nos Consideracionem predictam revocari et adnullari faceremus, et ad hoc assensum suum prebuerunt. Dictique Richemundie, Pembrochie, et Arundellie Comites asseruerunt quod assensus quos Consideracioni predicte

---

siam"; the extent of the Manor is given, and the County—*Middlesex*. In 36 Edw. III., "Thomas Vaughan, Chivaler—Pomfreyth Manerium ut de Manerio de Stortford (*Middlesex*)." In 43 Edw. III., "Margareta, uxor Walteri Heryng—Pomfreit Manerium, tercia pars, ut de Manerio de Stortfort (*Middlesex*)." In 7 Henr. V., "Ricardus Muttone, Chivaler, et Margareta uxor ejus—Pounfreit, sexta pars duarum parcium Manerii (*Middlesex*)." In 8 Henr. V., "Philip Bokiltone, Armiger, (the same part). In 10 Henr. VI., "Margeria, que fuit uxor Baldwini Straunge, Militis, defuncti,—Pountfreit, tercia pars Manerii *in Stephenethe Mershe*," i.e., "Stepney Marsh or the Isle of Dogs," as it is called in an old Book entitled "Ambulator, or a Pocket Companion in a Tour round London," of which the 8th Edition was published in 1796. It must have been a place of considerable importance, and Edward II. frequently rested there [F.J.B.].

A.D. 1321-2. adhibuerunt fecerunt pre timore posse indebiti quod dicti Magnates in Consideracione predicta subito ipsis ignorantibus duci fecerunt. Ac nos similiter, habito cum Justiciariis nostris et ceteris de Consilio (*sic*) nostro, super premissis tractatu diligenti, iidem Justiciarii, et ceteri asseruerunt Consideracionem predictam contra Legem et Consuetudinem Regni nostri fuisse factam. Nos pro eo quod in dicto Concilio absentes fuistis, volentes cerciorari utrum vobis videatur quod responsiones, consilium, requisicio, et consensus per predictos Archiepiscopum et Prelatos, in dicto Concilio tunc presentes, et per predictos Comites et Proceres ac ceteros de Consilio nostro nobis super negocio predicto sic facta rite facta fuerint, et utrum eisdem responsionibus et consilio, quantum in vobis est consentire volueritis necne, vobis mandamus, in fide et ligiancia quibus nobis tenemini, firmiter injungentes quod, habita deliberacione super premissis, de eo quod inde senseritis, et facere volueritis, ac per nos consuleritis fieri in eisdem, per vestras Patentes Literas, sine dilacione qualibet, rescribatis remittentes nobis hoc Breve.—Teste meipso, apud Wigorniam" [4 Jan.].

fol. 216.

409.—"*Responsio ad Breve proximo precedens*:—Excellentissimo Principi, etc., Walterus, etc.—Majestatis vestre Regie Breve recepimus, quod huic Litere sub sigillo nostro annexum vestre Celsitudini, ut mandatur, remittimus, et ad contenta in eodem, quatenus singulariter et absque majori deliberacione cum discrecioribus ad presens possumus, prout sequitur respondemus; videlicet, quod responsionibus, consilio, requisicioni, et consensui Domini nostri Archiepiscopi, Prelatorum, Cleri, Comitum, Procerum, Justiciariorum, et aliorum de Concilio vestro, super revocacione Consideracionis exilii et exheredacionis Dominorum Hugonis le Depenser, senioris, et Hugonis le Despenser, junioris, de quibus in dicto Brevi fit mencio, nolumus contradicere; set non videtur nobis et nostro concilio quod deceat, expediat, vel oporteat, absque deliberacione communi et pleniori discussione, super modo et forma et materia predictarum Consideracionis revocacionis exilii et exheredacionis, cum peritis de Consilio vestro, propter pericula que inde forsitan evenire poterunt, et statui nostro non conveniunt, per nos singulariter et expresse eisdem consentire. Credimus, tamen, quod Prelati, Clerus, Proceres, Justiciarii, et ceteri de vestro Consilio, de quibus fit mencio in dicto Brevi, sicut fecerint vestre Dominacioni non responderent, consilium darent, requirerent, vel consentirent, nisi crederent hec rite facta; precipue cum sint homines sane consciencie, profundi consilii, magne discrecionis, et in Legibus et Consuetudinibus Regni Anglie multum scioli et sufficienter experti, et multi eorum vestro Consilio juramenti vinculo firmiter astricti; qui, eciam, modum, formam, et materiam omnium de quibus fit mencio in dicto Brevi inter se communiter tractantes et discucientes, melius quam nos, predictorum ignari, scire poterunt quid in premissis vestre Majestati Regie consulcius sit agendum. Et, licet nos predicte Consideracioni exheredacionis et exilii non interfuerimus, nec eidem aliquo tempore consenserimus; quia, tamen, dicta Consideracio tempore Parliamenti facta fuit, videtur nobis, absque prejudicio melioris consilii, quod revocacio predicte Consideracionis honorificencius, utilius, et securius fieri poterit in Parliamento quam alibi, si tempus permiserit et vestre Celsitudini placuerit—utinam pacifico, et pacifice—in loco competenti, propter hec et alia, convocando. Advertentes, vero, quantum periculum sit, in arduo negocio, ne dum per Literas Patentes set eciam viva voce consilium dare Principi quod possit postea notabiliter reprehendi, aliud consilium per Literas Patentes super hiis vestre Celsitudini dare nescimus nec audemus ad presens, ne ex inproviso vel ignorancia in dando consilio per Literas nostras Patentes convincamur errasse. Igitur, vestram Clemenciam devotis precibus inploramus quod, si in aliquo ad Mandatum vestrum minus sufficienter sit responsum, nostram insufficienciam, que non ex malicia set ex ignorancia et justo timore procedit, habere velit, si libeat, excusatam. Celsitudinem vestram Regiam conservet Altissimus per tempora diu et prospere processura! Datum apud Chuddeleghe" [31 Jan.].

410.—"*Litera Regia, sub Privato Sigillo, ad responsionem aliam optinendam Brevi precedenti*:—Edwarde, etc.—Honurable Piere en Dieu, W., par la meisme grace Evesqe Dexcestre, salutz.—Nous avoms receu et entenduz voz Lettres de certificacion des choses acordrez en darrein Concil lercevesqe de Canterbire a Londres, dont nous vous mandasmes par Lettres sous nostre Grant Seal, et nous merveilloms durement de ce qe vous nous avez si miement certefiez des pointz contenuz en nostre dit Mandement desicome touz aultres Prelatz de nostre Roialme, as queux nous en avoms maudez nous enont rescript lour entencions

A.D. 1321-2. acordantes a ce qe adonqes feut assentuz en dit Concil, et vous de qi entre touz les aultres Prelatz nous nous asseuramES et entendoms qe vous estes especialment tenuz de voler bon issu de cele busoigne, nous avez si covertement remandetz, sanz aver regard a la fourme de nostre dit Mandement par quey vous mandioms et chargeoms qe vous nous certefiez distinctement et apertement de pointz en point de ce qe vous sentez de choses contenuez en meisme nostre Mandement. Et pur aucunes grosses et chargeants busoignes qe nous avoms a faire, es queux nous voloms aver especialment vostre consail et vostre avis, vous prioms et chargeoms especialment qe vewes cestes Lettres, totes excusacions cessantes, veignez a nous a plus en haste qe vous unqes porret. Et ce en nule manere ne lesset. Done souz nostre Prive Seal, a Gloucestre, le x jour de Feverer, lan de nostre Regne xvme."

411.—"*Breve de subsidio optinendo contra inimicos,*"—*The King to the Bishop,*—"Dum homicidia, depredaciones, incendia, et alia dampna innumera, que Scoti inimici et rebelles nostri, tempore bone memorie Domini Edwardi, Genitoris nostri, contra quem in rebellionem proruperunt, et nostro postmodum infra Regnum nostrum multipliciter perpetrarunt, in mente revolvimus, anxietate gravi ex hiis interius perforamur, et vias et modos cogimur exquirere per quos, Divina opitulante clemencia, ipsorum maliciam poterimus refrenare. Et, quia iidem rebelles nostri, finita treuga inter nos et ipsos nuper inita, Regnum nostrum in magna multitudine jam sunt ingressi, in eodem consimilia facinora perpetrantes, etati vel sexui, seu Loco Sacro vel Religioso, non parcentes; nos, volentes contra inimicos nostros in manu potenti qua forcius poterimus, cum omni festinacione progredi, ad ipsorum maliciam, cum Dei adjutorio, refrenandam, et ad tranquillitatem et quietem perpetuam Sancte Ecclesie et Populi dicti Regni nostri contra ipsorum jacula providendas; sperantes, eciam, quod in premissis velitis manum extendere adjutricem, vobis mandamus, rogantes quatinus de hominibus ad arma tot quot habere poteritis, vel alio subsidio pro hujusmodi dampnis et periculis eradicandis, et commodis nostri et Populi nostri ac Ecclesie predicte procurandis, competente, ad opus nostrum provideatis. Ita quod dictos homines, armis competentibus bene munitos, paratos et promptos habeatis demittendos ad nos, ad certos diem et locum, quos in brevi vobis scire faciemus, ad proficissendum (*sic*) nobiscum contra dictos inimicos nostros, vel de auxilio nobis tunc destinando, cum super hoc per nos fueritis premuniti. Et, sicut nos et honorem nostrum, et salvacionem Ecclesie Sacre ac dicti Regni nostri, et tranquillitatem et quietem perpetuam Populi predicti diligitis, modis omnibus faciatis. Et de eo quod inde facere volueritis nobis per vestras Literas distincte et aperte, sine dilacione aliqua constare faciatis.– Teste meipso, apud Gloucestriam" [7 Feb.].

412.—"*Finalis Responsio ad Breve de consilio dando quod supra scriptum existit,*—Excellentissimo, etc., Walterus, etc.—Vestre Regie Celsitudinis apices nuper recepimus, quatenus nunc recolimus continentes quod, cum Domini Hugo le Despenser, senior, et Hugo le Despenser, junior, nuper ad prosecucionem quorundam Magnatum de Regno vestro, etc.—*The Bishop recites the terms of the Writ, in a somewhat abridged form, and proceeds as follows,*—"prout hec, inter cetera in predicto Brevi Regio, vestre Regie Majestati nuper per nos remisso, ut meminimus, plenius continentur. Et cum nostra Responsio per Patentes Literas nostras predictas, vestre Celsitudini transmissas, ut recepimus, non placeret, licet revera vobis per eam crediderimus placuisse, cupientes ea facere que vestre Regie cedere poterunt voluntati, habitis interim et ulterius deliberacione et consilio super hiis pleniori, vestre Celsitudini Regie tenore Presencium intimamus quod memorata Consideracio videtur nobis, quatenus nos de ipso negocio, qui eidem non interfuimus, nec in dicto Concilio presentes eramus, decernere nunc valemus, fuit et est, quantum ad exilium et exheredacionem, de quibus supra fit mencio, erronea pariter et injusta. Unde nos responsionibus, consilio, requisicioni, et consensui predictorum Dominorum, Archiepiscopi, Prelatorum, Comitum, et Procerum, ac ceterorum de Consilio vestro, super memorato negocio, ut in eisdem vestris apicibus pretenditur vobis factis, quantum in nobis est, quodque hujusmodi Consideracionis revocacio congruo modo fiat, per has nostras Patentes Literas consentimus. Quantum, vero, ad consilium quod a nobis expetitur in premissis, videtur nobis, absque prejudicio consilii sanioris, quod finalis revocacio Consideracionis predicte, que tempore Parliamenti licet absque consensu et presencia Prelatorum facta extitit, honorificencius, utilius, et securius in Parliamento fieri poterit quam alibi, si

A.D. 1321-2. tempus id permiserit et vestre Celsitudini placuerit—utinam pacifico et pacifice! —in loco competenti propter hec et alia convocando. Et, si discrecioribus et in Legibus Anglie magis expertis expediens videatur, per securitatem ydoneam de stando recto in proximo Parliamento, dicta Consideracio forsitan revocari poterit interim vel suspendi; licet, enim, Consideracio predicta per injusticiam facta fuerit et errorem, non tamen videtur expediens quod injusticia seu error aliquis interveniat in revocacione ipsius quomodolibet facienda.—Celsitudinem vestram conservet Altissimus per tempora prospere valitura!—Datum apud Chuddeleghe" [20 Feb.].

The following Document [*temp. Ric. II.*] *is bound up with the Writs, between folios* 212 *and* 213,—

Rex dilectis sibi in Christo, Priori et Canonicis Ecclesie Sancti Germani in Cornubia, salutem.—Compertum fuit nuper per quandam Inquisicionem coram Johanne Skyrbek, Escaetore Domini Edwardi [III], nuper Regis Anglie, avi nostri, Anno Regni sui tricesimo secundo (1358-9), de Mandato ejusdem avi nostri captam, et in Cancellariam suam retornatam, quod quidam Rex Anglie, nomine Knout, dedit Deo et Ecclesie Sancti Germani, et ibidem Deo servientibus, terras et tenementa in Brevi ipsius avi nostri contenta. Et tunc fuit ibidem Sedes Episcopalis Cornubie, nomine Brithewoldus, ac Canonici Seculares. Demum, regnante Rege predicto, quidam Lyvyngus, Episcopus Cryditonie, optinuit Episcopatum Cornubie, post mortem predicti Brithewoldi, qui ultimus fuit Cornubie Episcopus, uniri cum Episcopatu Cryditonie. Cui Lyvyngo successit Leofricus, qui optinuit illos duos Episcopatus, sic unitos, usque tempus Beati Edwardi, Regis et Confessoris. Qui, quidem, Edwardus, de precepto et assensu Pape Leonis, transtulit Sedem Cryditonie in Civitatem Exonie. Et, postea, idem Leofricus Episcopus fundavit apud Sanctum Germanum Prioratum Canonicorum Regularium, Canonicis Secularibus ammotis. Et quod sic est dictus Prioratus de fundacione et patronatu Episcopi Exonie continuatim usque ad diem Inquisicionis predicte. Et Episcopus Exonie qui pro tempore fuerit habeat vacaciones Prioratus predicti cum contigerint; et habuit a tempore cujus contrarii memoria non existit. Ac prefatus avus noster, octavo die Octobris, dicto anno Regni sui tricesimo secundo, tenorem Inquisicionis predicte per Literas suas Patentes exemplificari fecit. Et nos, quintodecimo die Octobris ultimo jam preterito, dictas Literas Patentes ipsius avi nostri, ad requisicionem Venerabilis Patris, Thome de Brantyngham, Episcopi Exonie, per Literas nostras Patentes duxit (*sic*) exemplificandas. Et hoc vobis tenore Presencium significamus, ut super hiis que jus ipsius Episcopi concernunt in hac parte melius et evidencius possitis informari, ad effectum quod idem Episcopus in premissis per vos nullatenus injurietur.—Teste Rege apud Westmonasterium, x die Novembris, anno Regni nostri septimo [1383].—*Endorsed*,—"Germani in Cornubia."

The following "Composition," belonging to Bp. Bytton's Episcopate, has been bound up with Vol. II. of Bishop Grandisson's Register, at the beginning. It supplies the names of the Rectors of Cheriton-Bishop, Drewsteignton, and Upton [-Pyne *or* Hellions ?] and of the Vicar of Bishopsteignton, at the time for which we have no Register.

Cheriton-Bishop,—

Acta sunt hec in Majori Ecclesia Exoniensi, secundo die Juridico post Festum Sancti Gregorii Pape, Anno Domini Millesimo tricentesimo, coram nobis, Officiali Domini Exoniensis Episcopi, in causa que vertitur, seu verti speratur, inter Dominum Thomam de Hentone, Rectorem Ecclesie de Churytone Episcopi, per Willelmum Nywenham, Procuratorem suum, ex parte una, et Parochianos ejusdem Ecclesie, per Ricardum de Gorsene et Robertum Ronewode, caventes sub pena decem librarum quod dicti Parochiani ratificabunt, et ratum habebunt, quicquid iidem Ricardus et Robertus, penales defensores antedicti, in causa seu negocio predictis egerint, fecerint, seu quoquo modo fieri procuraverint, ex altera comparentes; videlicet, cum mota esset contencio seu controversia inter Partes predictas super percepcione secundi melioris averii de bonis Parochianorum dicte Ecclesie decedencium nomine mortuarii persolvendi; necnon, super duobus cereis processionalibus et candela benedicta, ac candelis in Purificacioni

